

HOMERI

ILIAS AD VERBVM translata, Andrea Diuo Iustinopolitano interprete.



SALINGIACI, Ioannes Soter excudebat, Anno M. D. XL.

Cum Gratia & Priuilegio in Sexennium.

ANDREAE DIVI IVSTINOPOLITANI IN HOMERI translationem ad clarissimũ uirum Petrum Paulum Vergerium, ciuem Iustinopolitanum, eiusdemq; urbis Episcopum honoratissimum, Præfatio.



VE Madmodum, sanctissime, ac doctissime uir, summa semper eos laude, summaq; prædicatione extollendos iudicaui, qui suas omnes cogitationes eò dirigunt, idq; unum studiose agũt, ut sui nominis memoriam aduersus tẽporis iniuriã uirtutis præsidio tueantur: sic, quĩ prauis cupiditatibus dediti, uoluptatũq; blanditijs capti, ac deliniti, nihil aliud nisi præsentia considerãt, posteritatis nullã curã gerũt, omni sanè cõtumelia insectãdos, neq; magis hominũ, q̃ pecudũ numero habẽdos esse duxi. Quid enim nõ dicã turpius, sed flagitiosius esse potest, q̃ hanc aciẽ ingenij, traditã nobis à natura ad præstantissimarũ rerũ contemplationẽ, ita præstringi sinere inanissimis splẽdoris insignibus, ut eã deinde lucẽ, quæ uerissima est, quæq; uirtutis est propria, intueri nulla ratione possit? Præclara ad decus, & ad laudẽ instrumẽta habemus, animũ, & ingeniũ: sed his abutimur ad deteriora: & appetitui magis, q̃ ratiõi parẽtes, quæ turpia sunt, laudabilia credimus, itemq; turpia, quæ laudabilia. Veteres aũt illi siue philosophi, siue ciuitatũ rectores, qui etsi iampridẽ mortui sunt, gloriæ tamẽ laude uiuũt. nunq̃ essent profecto æternitatẽ consecuti, nisi sua omnia & cõsilia, & facta ad unã uirtutẽ retulissent,

eamq; per se, & propter se expetendã iudicassent. In qua senten tia cum ego ab ineunte ætate fuissem, nulla omnino ratione inductus, tantũ ita suadẽte natura: tũ multo magis id sentire cœpi, ex quo, quid unaquaq; in re uel boni, uel mali inesset, iudicare potui. Et quoniã à sapiẽtissimis uiris ita præcipi uidebã, ut non nobis modo nos esse natos meminissemus, sed omnibus, quicunq; iuuari à nobis & possent, & deberẽt: dedi operã diligẽter, ut uertẽdis Græcis auctoribus bonarũ artiũ studiosis, quantum in me esset, consulerẽ. Cuius quidẽ instituti nostri ratio q̃ fœliciter nobis cesserit, aliorũ esto iudiciũ: nos certe, quod affirmare nõ tã libẽter, q̃ uere possumus, magna laborũ, magna uigiliarũ assiduitate, magna etiã rei familiaris iactura elaborauimus, ut id, quod studiu secuti eramus, aliquãdo assecuti esse uideremur. Quãta id aũt fide, ac diligẽtia, itemq; eorũ qui Græcæ linguæ studẽt, utilitate præstiterimus, etsi nõ arbitror meũ esse ut exponã, tamẽ illud & dicam, & polliceri non dubitabo: in hoc ipso uertẽdi Græcos auctores studio uel nihil, uel parũ à me esse prætermissum, quod ad uerborũ aut proprietatẽ, aut etiã lucẽ attinere uideret. Quod siqui erũt, qui nõnihil minus elegãter à me latinitate donatũ censeãt, his ego ita me excusabo: Primũ nõ tã me studuisse, ut latinæ linguæ ornamẽta, lenocinia'ue ostentarẽ, q̃ ut Homeri, cæterorũq; poëtarũ, quos hic una opera cõplexi sumus, lineamẽta, q̃ fideliter possem, exprimerẽ, nullis illa coloribus illustrãs, nullo fuco exornãs, tantũ imaginẽ ipsam ducens, ac ueluti carbone notatã ad ueritatẽ cõformãs: Deinde Græcas persæpe figuras reperiri, quarũ si uelimus uerũ & rectũ sensum latine interpretari, necessario summũ illũ ornatũ, summãq; uetustatẽ omittendã esse: Postremò etiã si aliquãdo defecerim, ut his qui uolũt, elargiar: stare tamẽ à me doctissimorũ ac sapiẽtissimorum hominũ sententiã, à quibus memoriæ proditũ est, qui ad

maximas res, maximeq; expetendas animũ adiecerint, etiã si ad summũ illud fastigiũ nõ perueniãt, posse tamẽ eos in secũdis tertijsq; subsellijs non sine laude consistere. Et hæc quidẽ, quæ diximus, eò tantũ spectãt, ut rationẽ anteactæ uitæ meæ cũ doctis omnibus, tũ ciuitati nostræ tibiq; in primis, si nõ probarẽ, at certè redderẽ. Te uero Vergeri clarissime cuius semper & probitatem, & eruditionẽ maxime sum admiratus, unũ ex omnibus delegi, cuius nomini hosce ingenij mei fœtus consecrarẽ: nõ quo te crederẽ meorũ scriptorũ dedicatione celebriorẽ posse fieri: (iã enim omni laude ita cumulatus es, ut ad existimationẽ tuã accedere nihil possit) sed ut ipsi mihi, monumẽtisq; meis, quæ fortasse obscuriora per se fuissent, tui nominis inscriptione quasi claritatẽ & lucẽ darẽ. Quis enim est, qui tecũ in omni genere laudis cõparari merito possit? qui cũ Venetijs ita uiueres, ut omnes te diligerẽt, pleriq; etiã obseruarẽt, & colerẽt: tamen maioris gloriæ cupiditate incẽsus, ut ingenij tui dotes frequẽtiore, ut ita dicam, theatro spectarẽtur, Romã te cõferre uoluisti. Quo cũ uenisses, paucissimis diebus Clemẽti VII. Pont. Max. ita familiaris es factus, itaq; tibi gratiã tãti uiri ac beneuolentiã cõciliasti, ut honestissimã ad inuictissimũ regẽ Ferdinandũ legationẽ ultro tibi detulerit, cum eã petentibus multis anteà denegasset. In illo munere quid ego dicã, q̃ enituerit lumẽ ingenij, cõsilijq; tui? Mediusfidius in illo terrarũ tractu nemo est, quin cum summis ac uerissimis laudibus in cœlũ te ferat, tũ tui memoriã diligẽter sanctèq; seruet. Clemente aũt defuncto, aduolasti Romã, accitus literis Pauli III. Pont. Max. cui cum rerũ in legatione gestarum rationẽ prudẽtissimis uerbis reddidisses, tantũ abest, ut in tui locũ quenquã sufficiendũ censuerit, ut etiã multo maiore, atq; ampliore cũ potestate remiserit. Nam cũ ad tollẽdas [illegible] ses conciliũ cõuocare decreuisset: uoluit uniuersæ Germa[illegible]

principes per te couenire, ut eorũ animos diligẽter perscrutare re, & super cõcilij cõstitutione sententiã eliceres. Qua re celeriter tuaq; summa cũ laude cõfecta rediisti Romã, indeq; Neapolim, Orator itẽ Pontificis ad Cæsarẽ. Demũ ornatus episcopatu patriæ tuæ, domũ reuersus, otio frueris honesto, & in sacrarum literarũ studijs, quorũ semper amore flagrasti, libentissime conquiescis: imitatus uidelicet maiores tuos, in primisq; doctissimũ ac eloquentissimũ uirum Petrum Paulũ Vergeriũ, cuius tu & nomẽ, & uirtutẽ refers. Fuit autẽ ille uir clarissimũ ætatis suæ lumẽ, & ornamentũ minime uulgare. Claruit in concilio Constantiensi centesimũ abhinc annũ, liberaliũ omniũ disciplinarũ bene peritus, ut eius scripta, quæ permulta edidit, testãtur. Pontificibus eius tẽpestatis gratissimus fuit, itẽq; Sigismũdo Impe. apud quẽ etiã decessit, ut à doctissimis uiris ꝓditũ uideo. Quæ quidẽ licet magna sint, & perpetuo duratura: effecisti tu tamẽ, & cõsecutus es singulari uirtute tua, non modo ut nulla maiorũ tuorũ cõmendatione indigere uidearis, sed etiã ut illi ipsi ꝓpter egregia, quæ in te sunt, & naturæ, & doctrinæ ornamenta clariores apud nos hodie sint. Qua de re cũ oĩm, qui te norũt, propẽsissima in te studia cognoscerẽ: (nemo enim fere est, qui tantarũ laudũ admiratiõe ductus, maxima te & beneuolẽtia, & obseruãtia nõ prosequatur) facile speraui fore, ut hac unica meorũ laborũ dedicatione, atq; hoc unico officio, nõ dicã te, cuius iampridẽ inter familiares sum, sed uniuersos ciues meos, quibus tu charissimus es, q̃ maxime nobis deuincirem. De utilitate uero operis, deq; auctoris commendatione, nihil est, quod dicam, ne lucernam, quod aiunt, ad solem. Finem igitur faciam, si prius à te petam, ut me tui studiosissimum & esse & semper fuisse tibi persuadeas. Vale decus, atq; ornamentum patriæ tuæ.

INDEX RERVM MEMORABILIVM, QVAE PASSIM IN Iliade continentur.

Ad indicem hunc intelligendum, scito lector candide, per a literam, primam faciem: per b uero, secundam intelligi.

Digitized by Google

FINIS INDICIS Iliadis.

ANDREAS DIVVS IVSTINO-
politanus, Studiosis Græcarum literarum.



*Vmida nox magnum tene-
bris obduxerat orbem,
Claraq́; fraterno splēdebat
lumine Phœbe,
Quum fractus animū curis,
multumq́; labore
Factꝰ hebes, musas hilares pertæsus, & ipsum
Præsidet humanis studijs qui pulcher Apollo,
Languida somnifero distendi membra cubili,
Multa mouēs animo, quare hic palatia ponat,
Erigat ille pius celsas superantia nubes
Tēpla deis, hic munifica det plurima dextra
Munera pauperibus, doctos amet ille Poëtas,
Ieiunans alius maceret sua corpora, & ille
Summittat duris se relligionis habenis:
Nempe ut olympiacas diuerso tramite sedes
Poßideant nostri, solā hæc est meta laboris.
Hæc mecum reputans, dignum nihil ergo re-
pones?
Vtile nil facies, laudent quòd, amētq́; nepotes,*

Eſſe quoq; aſtriferi merearis ut incola cœli.
Dum mecum hæc, pigris Somni deus affuit alis,
Vrentes pellens ægro de pectore curas:
Sed mulcere ſuis mentem & præcordia donis
Nō potuit, ſemperq́; mei pars optima ſurſum
Ipſa ferebatur, ſuaui nec uicta ſopore eſt.
Sed mihi tum ſummus uatū diuinus Homerus,
Qualis erat quondam cum bella horrenda canebat,
Obtulit, & talem ſacro dedit ore loquelam:
Quid curis animum maceras? cape robora mentis,
Tolle moras, tibi nempe dabo (ſi præmia laudis
Exoptas) digni digna argumenta laboris:
Fac totum relegar latio ſermone per orbem:
Tu uero cœlum magnamq́; merebere laudem.
Hæc dicens abijt, ſomnus mea membra meūq́;
Ingenium liquit. tunc atramenta, papyrum
Arripui, calamum, uatemq́; (ut iuſſit) Homerum,

Exposui uobis pariter iuuenesq; senesq;.
Accipite hoc igitur grato de pectore munus,
Doctaq; Aristophanis, nec non sublimia magni
Hesiodi scripta, & quæcunq; Theocritus ipse
Aedidit. Ecce meo uobis deprompta labore
Hæc legite, & memores me in longum tempus amate.
Tum Græca Ausonijs miscentes carmina uerbis
Ornate excultam non uno dogmate mentem.

ARGVMENTVM A. HOMERI COMPOSITIONIS.

Chryses sacerdos Apollinis accedit ad nauale Grȩcorum volens redimere filiam suam Chryseida: non recuperãs autem, sed & cum contumelia expulsus ab Agamemnone, precatus est Apollinem contra Græcos. Peste autem orta, & multis, vt consentaneum est, corruptis: concionem Achilles coëgit. Calchante autem aperiẽte veram causam, & iubente Achille placare deum, Agamemnõ iratus altercatus est aduersus Achillẽ: & ipsius præmium abstulit Briseida. Is vero irascitur Græcis. Thetis autem filio precante cum in cœlum ascendisset, petijt à Ioue, vt Troianos superiores faciat. Iuno autem noscens hoc, altercata est aduersus Iouem, quousq; eos reconciliauit Vulcanus, vinũ fundens in poculo aureo. Illi autem reliquum diei conuiuantes in somnũ vertuntur.

(*)

ILIADIS

ILIAS HOMERI

ANDREA DIVO IVSTINOPOLItano interprete, ad uerbum translata.

ILIADIS A. HOMERI COMPOSITIONIS.

Alpha, preces Chrysæ, pestem exercitus, odium regum.



RAM cane Dea Pelidæ Achillis
Perniciosam: quæ infinitos Achiuis
dolores inflixit,
Multas aũt fortes aĩas inferis misit
Heroũ, ipsos aũt laniamẽta fecit canibus
Auibusq; oĩbus. Iouis aũt pficiebat̃ uolũtas.
Ex quo sanè primũ diuisi sunt cõtẽdentes
Atridesq; rex uirorum, & diuus Achilles.
Quis nam ipsos deorum contẽtionis commisit pugnare?
Latonæ & Iouis filius, hic enim regi iratus
Morbũ per exercitũ suscitauit malum: pibant aũt populi — Chryses sacerdos.
Quoniam Chrysem inhonorauit sacerdotem
Atrides: hic enim uenit celeres ad naues Achiuorum,
Liberaturusq; filiam, ferensq; infinita dona,
Coronas habens in manibus lõgeiaculãtis Apollinis
Aureo cum sceptro, & obsecrabat omnes Achiuos,
Atridas autem maxime duos principes populorum.
Atridæq; & alij beneocreati Achiui,
Vobis quidem dij dent cœlestes domos habentes
Expugnare Priami ciuitatem: bene uero domum reuerti.
Filiam autem mihi soluite dilectã, hæc dona accipite,
Venerantes Iouis filium longeiaculantem Apollinem.
Tunc alij quidem omnes laudauerunt Achiui
Reuerendũq; esse sacerdotẽ & splẽdida accipiẽda dona.

Sed non Atridæ Agamemnoni placuit animo:
Sed male dimisit, grauem & sermonem iussit.
Ne te senex concauas ego apud naues comprehendam,
Vel nunc tardantemq;, uel post retro uenientem:
Nō utiq; tibi proderit sceptrū & corona dei.
Hāc aūt ego nō soluā anteq̄ ipsam & senectus inuadat,
Nostra in domo in Argis procul à patria
Telam texentem, & meum lectum instruentem.
Sed abi, ne me irrites, sanus ut redeas.
Sic dixit: timuit aūt senex & obediuit uerbo.
Ibat aūt tacitus iuxta litus multisonantis maris.
Multum aūt postea seorsum iens precabatur senex
Apollinem regem, quē pulchricoma peperit Latona
Exaudi argenteūarcū habēs, qui Chrysam custodis,
Cillamq; perdiuinam, Tenedoq; fortiter imperas.
Smintheu, siquando tibi gratum templum coronaui,
Vel siquando tibi perpinguia crura cremaui
Taurorum & caprarum, hoc mihi perfice uotum:
Pendant Danai meas lachrymas tuis sagittis.
Sic dixit orans. hunc aūt exaudiuit Phœbus Apollo.
Venit autem ex cœli summitatibus iratus cor,
Arcus humeris habens circumtectamq; pharetram.
Resonuerunt autem sagittæ in humeris irati,
Ipso moto: ipse aūt ibat nocti similis:
Sedit postea seorsum à nauib⁹: posthæc aūt sagittā emisit.
Terribilis autē clangor factus est argentei arcus.
Mulos quidem primum inuasit & canes ueloces,
Sed postea in ipsos sagittam mortiferam remittēs
Iecit. semper aūt pyræ mortuorū incendebātur frequētes.
Nouemdies quidem per exercitum ibant sagittæ dei.

Reges offensæ raro obliuiscuntur.

Chryses ad Apollinem.

Peste laborant Græci.

Decimo aũt ad concionem uocauit populum Achilles.
Huic enim in mentibus posuit dea albasulnas habẽs Iuno:
Curã nãq; gerebat Danaorũ, quia utiq; morietes uidebat,
Hi aũt postq̃ congregati sunt simulq; conuenerunt,
Hos exurgens interfatus est pedes uelox Achilles.
Atride, nunc nos iterum errantes puto
Retro recessuros. si modo mortem quidem fugiamus:
Ecce simul bellumq; domat & pestis Achiuos.
Sed age iam aliquem uatem interrogemus, uel sacerdotẽ,
Vel & somniorũ interpretẽ (etenim somniũ ex Ioue est) *Somnia ab Ioue.*
Qui dicat, cur tantum iratus est Phœbus Apollo.
Siue hic supplicationis accusat, siue hecatombes.
Si forte ouium nidorem caprarumq; perfectarum
Vult assecutus, nobis pestem auertere.
Certe hic ita locutus consedit. his aũt exurrexit
Calchas Thestorides augurum longe optimus, *Calchas uates Thestoris filius.*
Qui sciebat & præsentia, & futura, & præterita:
Et nauibus dux fuit Achiuorum Ilium intra.
Suã ꝓpter uaticinationẽ, quã ei præbuit Phœbus Apollo:
Qui ipsis benesapiens concionatus est & interfatus est.
O Achilles, iubes me Ioui dilecte loqui
Iram Apollinis longeiaculantis regis?
Igitur ego dico: tu autem paciscere, & mihi iura,
Certe quidẽ mihi prõptus uerbis & manibus auxiliari.
Certe enim puto uirum irasciturum, qui ualde omnium
Argiuorum dominatur, & ei obediunt Achiui.
Potentior enim rex quando irascitur uiro inferiori,
Quãuis enim iram & eodem die decoxerit,
Tamen & postea continet iram, donec perfecerit
In pectoribus suis. tu autem dic si me seruabis.

Achilles calchanti.

Huic aũt respondẽs allocutus est pedes uelox Achilles.
Confisus ualde dic uaticinium quod scis.
Non enim per Apollinẽ Ioui dilectum, quẽ tu Calchas
Precatus Danaus uaticinia ostendis,
Nemo me uiuente & in terra uidente,
Tibi concauas apud naues graues manus inferet
Cunctorum Danaorum: neq; si Agamemnona dicas,
Qui nunc longe optimus in exercitu iactatur esse.

Calchas uates causam pestis apit.

Et tunc iam fidit & dixit uates irreprehensibilis.
Neq; hic supplicationis accusat, neq; hecatombes,
Sed gratia sacerdotis quem inhonorauit Agamemnon:
Neq; liberauit filiam, & non accepit dona.
Idcirco dolores dedit longeiaculans, & item dabit.
Neq; hic prius à peste graues manus continebit,
Quàm patri dilecto reddatur nigraoculos puella
Inempta, sine munere, & ducatur sacra hecatomba
In Chrysam, tunc ipsum forte placantes persuadebimus.
Certe hic ita locutus consedit. his autem surrexit
Heros Atrides latedominans Agamemnon
Contristatus. ira autem ualde præcordia circùm nigra
Plena erant, oculi aũt sibi igni lucenti similes erant:
Calchanta primum male intuens allocutus est.

Agamemnonis indignãtis uerba.

Vates malorum, nunquam mihi bonum dixisti.
Semper tibi mala sunt amica mentibus ad uaticinandũ.
Bonum aũt nondũ aliquod dixisti uerbum, neq; pfecisti:
Et nunc inter Danaos uaticinans concionaris
Quod idcirco ipsis longeiaculans dolores facit,
Quoniam ego Puellæ chryseidis clara dona
Nequaquã uolui accipere: quoniã multum uolo ipsam
Domi habere. etenim Clytemnestræ præposui

Puellari uxori: quoniam non ipsa est peior
Neq; corpore, neq; ætate, neq; mentibus, neq; uẽ operibus.
Sed & sic uolo dare retro. si hoc est melius.
Volo ego populum saluum esse, non perire.
Sed mihi præmium statim præparate: ut non solus
Argiuorum præmiocarens sim: quoniam neq; decet.
Videtis enim hoc omnes quod mihi præmiũ recedit alio.

Huic aũt respõdit postea pedibus præstãs diuus Achil-
Atride gloriosissime, auarissime omnium: (les.
Quomodo enim tibi dabunt præmiũ magnanimi Achiui?
Neq; uẽ adhuc scimus cõia posita multa. (diuisa sunt.
Sed ptim quidẽ ex urbibus deprædati sumus, partim uero
Populos autẽ non decet iterum collecta hæc congregare.
Sed tu quidem nunc hanc deo permitte. at Achiui
Triplicia quadrupliciaq; renumerabimus: siquãdo Iupiter
Dabit urbem Troiam benemuratam debellare.

Achilles Agamemnoni

Huic aũt respondens interfatus est rex Agamemnon.
Neq; sic fortis quãuis existens deosimilis Achilles,
Tege mente, quoniã non præteribis, neq; mihi psuadebis.
Nũquid uis ut ipse habeas præmium, sed me inuanum
Sedere indigentem? iubes aũt me hanc reddere?
Sed siquidem dabunt præmium magnanimi Achiui
Componentes secundum animum, ut æquale sit:
Si autem non dabunt, ego certe ipse accipiam
Vel tuum, uel Aiacis ueniens, præmium, uel Vlyssis
Abducam accipiens: ille aũt irascetur ad quem ibo.
Sed certe quidem hæc post consultabimus & rursus.
Nunc autem age nauem nigram trahemus in mare diuum
Intus aũt remiges idoneos cõgregemus, intus aũt hecatõ-
Ponamus, ipsam uero Chryseida pulchramgenas (ben

Agamemnõ Achilli.

Ascēdere faciamus, unus aūt aliqs prīceps uir cōsultor sit
Vel Aiax uel Idomeneus, uel diuus Vlysses,
Vel tu Pelide omnium splendidissime uirorum,
Vt nobis longeiaculantem places sacra faciens.

Achilles Agamēnoni

Hūc aūt torue intuēs allocut⁹ est pedes uelox Achilles:
Heu impudentia indute, astute,
Quomodo aliqs tibi prōptus uerbis obediet Achiuorum,
Vel uiam ire, uel aduersus uiros fortiter pugnare?
Non enim ego Troianorum gratia ueni bellicosorum
Huc pugnaturus: quia nullæ mihi causæ sunt:
Non enim unq̄ meas boues abegerunt, neq; equos,
Neq; unquam Phthia fertili populosa
Fructum læserunt: quoniam ualde multi
Montes umbrosiq;, intermedij sunt, mareq; resonans.
Sed te o ualde impudens consequimur, ut tu gaudeas
Pœnam sumentes Menelao tibiq; canino uir aspectu
A' Troianis: quos neq; aduertis neq; curas:
Et iam mihi præmium ipse auferre minaris,
Sup quo multū laboraui. dederūt aūt mihi filij Achiuorum.
Non equidē tibi unq̄ æquale habeo præmiū, quādo Achiui
Troianorum destruent benehabitatam urbem.
Sed quidem plus impetuosi belli
Manus meæ gubernant. sed si quando diuisio uenerit,
Tibi præmium multo maius. ego aūt paruūq; dilectumq;
Venio habens ad naues postq̄ laboraui bellans.
Nunc aūt uado Phthiam, quoniam multo melius est
Domum ire cum nauibus rostratis: neq; te puto
Hic inhonoratus existens diuitias & opes exhausturum.

Agamēnon Achilli.

Huic aūt respondit postea rex uirorum Agamemnon.
Fuge ualde, si tibi animus turbatur: neq; te ego

Rogo gratia mei manere. apud me & alij,
Qui me honorabunt: maxime autem prudens Iupiter.
Inimicissimus autem mihi es Ioue nutritorum regum.
Semper enim tibi contentioq́; amica, bellaq́; pugnæq́;.
Si ualde fortis es: deus certe tibi hoc dedit.
Domũ uero iens cum nauibusq́; tuis, & tuis socijs,
Myrmidonibus impera. te autem ego non curo,
Neq; aduerto irascentem, minabor autem tibi sic:
Quoniam à me aufert Briseida Phœbus Apollo,
Hanc quidem ego cum nauiq́; mea & meis socijs
Mittam: ego autem duco Chryseida pulchramgenas
Ipse ueniens ad tentorium, tuum præmiũ, ut bene scias
Quanto melior sim te: timeat aũt & alius
Aequalem se mihi dicere & assimilari contra.
Sic dixit. Pelidæ aũt dolor factus est: intus aũt sibi cor Achilles.
In pectoribus hirsutis bifariam cogitauit:
An ipsemet ensem acutum extrahens à femore,
Hos quidem fugaret, ipse aũt Atridem interficeret,
An iram sedaret, compesceretq́; furorem,
Donec hic hæc agitaret per mentem & per animum.
Traxit aũt ex uagina magnum ensem. uenit autẽ Pallas
Cœlitus, præmiserat enim deá albaulnas Iuno,
Ambos simul animo amansq́; curansq́;.
Stetit aũt retro: per flauã aũt comã apprehendit Pelidẽ
Soli apparens, aliorum autem nullus uidebat.
Expauit aũt Achilles: retro aũt conuersus, statim cognouit
Palladem Atheniensem, terribiles autem ei oculi lucebãt,
Et ipsam uocans uerba alata allocutus est.
Cur huc Aegiochi Iouis progenies uenisti?
An ut iniuriam noscas Agamemnonis Atridæ?

Iuno Palladẽ ad Achillẽ mittit.

Sed tibi dico,hoc aũt & perficiendum puto.
Suis superbijs cito tandem animam perdet.

Pallas Achillem admonet ne Agamemnonẽ gladio confodiat.

Hunc aũt rursus allocuta est dea cæsios oculos habens
Veni ego sedatura tuã irã si nõ persuadearis (Minerua
Cœlitus. præmisit aũt me dea albaulnas Iuno,
Ambos simul animo diligensq; curansq;.
Sed age quiesce à contentione,neq; ensem trahe manu.
Sed certe uer'is quidem iniuria affice, sicut erit.
Sic enim edico hoc & perfectum erit.
Et aliquando tibi ter tot aderunt splendida dona
Iniuriæ causa huius. tu aũt cohibere, obtẽpera aũt nobis.
Huic aũt respondẽs allocutus est pedesuelox Achilles.

Achilles Agamemno. inuasurus gladio à Pallade retrahit.

Oportet quidem uestrum dea uerbum custodire,
Etiam ualde animo iratum. sic enim melius.
Quisquis utiq; dijs obtẽperauerit,magis exaudiũt ipsum.
Dixit,& in argenteo manubrio tenebat manum grauem.
Retro aũt in uaginã impulit magnum ensem: neq; nõ obe
Verbo Mineruæ.hæc aũt cœlum ascendit (diuit
In domos Aegiochi Iouis ad dæmonas alios.
Pelides autem iterum contumeliosis uerbis

Achilles Agamemnoni.

Atridem allocutus est,& nondum cessabat ab ira,
Vino grauis,canis oculos habens,cor uero cerui.
Neq; unq̃ in bellum unà cum populo armari,
Neq; ad insidias ire cum optimatibus Achiuorum
Ausus es animo:hoc aũt tibi mors uidetur esse.
Certe multo melius est per exercitum latum Achiuorum
Dona auferre quicunq; tibi contrarium dixerit:
Populiuorator rex, quoniam uilibus imperas.
Certe enim Atride nunc postremum damnum intulisses,
Sed tibi edico,& super magnum iuramentum iuro,

Certe per hoc sceptrũ, quod quidẽ nunq̃ folia & ramos
Producet, postq̃ primum incisionem in montibus reliquit,
Neq; pullulabit: circùm enim gladius decorticauit
Foliaq́; & corticem: nunc iterum ipsum filij Achiuorum
In manibus portant iudices quiq; leges
A Ioue hauserunt. hoc aũt tibi erit iuramentum.
Certe aliquãdo Achillis desideriũ habebit filios Achiuorũ
Vniuersos. his autem non poteris contristatus quanuis
Prodesse, quãdo multi ab Hectore homicida
Morientes cadent: tu autem intus animum lacerabis,
Iratus, quando optimum Achiuorum non honorasti.

Sic dixit Pelides. sceptrum autem proiecit in terram
Aureis clauis transfixum. consedit autem ipse.
Atrides uero ex alia parte irascebatur, his aũt Nestor
Suauiloquus surrexit suauis Pyliorum concionator:
Cuius & à lingua melle dulcior fluebat sermo.
Huic iam duæ quidem ætates mortalium hominum
Defecerãt, qui cũ ipso antea simul nutriti sunt, & geniti
In Pylo diuina: cum autem tertijs regnabat. (sunt
Hic illis benesentiens concionatus est, & dixit.

Achilles sceptrum humi deijcit.

O heu. certe magnus luctus Achiuam terram inuadit.
Certe lætabitur Priamus, Priamiq; filij,
Alijq́; Troiani ualde gaudebunt animo,
Si uos hæc omnia audient decertatos:
Qui quidẽ consilio Danais antecellitis & pugnãdi peri-
Sed persuadeamini: ambo aũt iuniores estis me (tia.
Iam enim aliquando ego & cum melioribus quàm uos
Cũ uiris cõuersatus sum, & nunq̃ me ipsi paruipenderũt.
Non enim unq̃ tales uidi uiros, neq; uidebo:
Qualem Pirithouq́;, Dryanq́; gubernatorem populorum.

Nestoris oratio.

Pirithous.
Dryas.

Caeneus. Caeneaq́;, Exadiumq́;, & aequalem deo Polyphemum,
Exadius. Theseumq́; Aegiden similem immortalibus.
Polyphemus Fortissimi iam illi terrestrium, qui nutriti sunt uirorũ.
Theseus. Fortissimi quidem erant, & cum fortissimis pugnabant
Gigantibus monticolis, & gloriose interfecerunt.
Et quidem cum his conuersabar ex Pylo ueniens
Procul ex Apia terra. uocabant enim ipsi,
Et pugnabam per meipsum ego. cum illis autem nullus
Eorum qui nunc homines sunt terrestres, pugnaret.
Et quidem mea consilia audiebant, obediebantq́; uerbo.
Sed obedite & uos, quia obedire melius.
Neq; tu ab isto fortis quanuis sis, auferas puellam,
Sed cõcede sicut ei primũ dederũt praemiũ filij Achiuorũ.
Neq; tu Pelide uelis cõtendere regem
Contra: quia nunq̃ similem sortitus est honorem
Sceptriger rex, cuiq́; Iupiter gloriam dedit.
Regum potestas ab Ioue est. Si autem tu fortior es, dea te generauit mater.
Tamen hic potentior est: quia pluribus imperat.
Atride tu autem compesce tuam uim. sed ego
Precor Achillem deponere iram, qui magnum omnibus
Propugnaculum Achiuis est belli mali.
Hunc aũt respondens allocutus est rex Agamemnon.
Agamemnõ Nestori. Ita sane haec omnia senex secundum decens dixisti.
Sed hic autem uir uult supra omnes esse alios,
Omnes quidem uincere uult, omnibus & dominari,
Omnibus & praecipere, quae non persuasurum puto.
Si aũt ipsum bellicosum fecerunt dij semper existentes,
Propterea ipsi permittunt contumelias loqui?
Huic aũt interpellato sermone respondit diuus Achilles:
Achilles. Certe timidusq́; & uilis uocari possem,

Si iam tibi per omne opus subijciar quod dicis.
Alijs iam hæc iube, non enim mihi
Præcipe: non enim me tibi obtemperaturum puto.
Aliud autem tibi dico: tu autem in mentibus mitte tuis:
Manibus quidem non ego pugnabo gratia puellæ,
Neq; tecum, neq; cum alio: quoniam à me aufertis dãtes.
Aliarũ autẽ rerũ quæ mihi sunt uelocẽ apud nauẽ nigrã,
Harum nihil utiq; auferes accipiens inuito me.
Sin autem, age, fac periculum, ut cognoscant & hi,
Statim tibi sanguis niger fluet per lanceam.
Sic hi contrarijs contendentes uerbis
Surrexerunt: soluerũt aũt concionẽ apud naues Achiuo-
Pelides quidem ad tentoria & naues æquales (rũ.
Iuit, cumq; Menœtiade & proprijs socijs,
Atrides aũt nauem uelocem in mare protraxit,
Intus autem remiges elegit uiginti, intus aũt hecatomben
Imposuit deo, supra uero Chryseidẽ pulchrigenã (lysses
Sedere fecit: ducẽs: ĩ ea aũt prĩceps ascẽdit multicõsilij V-
Qui quidẽ quũ ascẽdissent innauigabãt ꝑ humidas uias.
Populos aũt Atrides purgari iussit:
Qui purgati sunt, & in mare sordes iecerunt.
Sacrificabat autem Apollini perfectas hecatombas
Taurorum & caprarũ iuxta litus maris infructuosi.
Nidor autem ad cœlum ibat inuolutus circa fumum.
Sic hi quidem hæc opabãtur per exercitũ: neq; Agamẽnõ
Cessabat à rixa quam primum minatus est Achilli.
Sed hic Talthybiumq;, & Eurybatem affatus est:
(Hi ipsi erant præcones & fortes ministri)
Abite ad tentorium Pelidæ Achillis,
Manu accipientes ducite Briseida pulchrigenam:

Vlysses Chryseidẽ ad patrẽ reducit.

Talthybius & Eurybates Græcorũ præcones

Si autem non dabit, ego ipse auferam
Veniens cum pluribus: quod illi & horribilius erit.
Sic dicens præmisit, forte & uerbum iussit.
Hi inuiti iuerunt iuxta litus maris infructuosi:
Myrmidonum uero ad tentoriaq; & naues peruenerũt.
Hunc aũt inuenerunt apudq; tentoriũ & nauem nigram
Sedentem: neq; sanè hos intuitus lætatus est Achilles.
Hi quidem timentes & reueriti regem
Steterũt, nequaq̃ uero ipsum alloquebantur, neq; interrogabant
Sed hic cognouit suis in mentibus, uocauitq;.
Auete præcones Iouis nuncij atq; etiam uirorum:
Propius accedite, nihil mihi uos culpabiles, sed Agamemnon:
Qui uos præmisit Briseidis causa puellæ.
Sed age generose Patrocle educ puellam:
Et ipsis da ut ducant. uos ipsi autem testes estote
Corám dijs beatis, corámq; mortalibus hominibus,
Et corám rege crudeli, si unquam posthac
Indigentia mei fuerit indecentem pestem remouere
Alijs. certe enim hic perniciosis consilijs insanit.
Neq; quicquam nouit intelligere simul ante & retro:
Quomodo sibi apud naues salui pugnare queant Achiui.
Sic dixit. Patroclus autem dilecto obediuit socio.
Eduxit autem ex tentorio Briseida pulchrigenam:
Dedit aũt ducere. hi aũt retro iuerũt ad naues Achiuorũ.
Illa uero inuita unà cum his mulier ibat, sed Achilles
Lachrymans seorsum à socijs statim sedit separatus,
Litus maris cani respiciens in nigrum pontum.
Multa autẽ matri dilectæ precabatur manus porrigens.
Mater postq̃ me peperisti breuis temporis existentem,
Honorem mihi debebat Olympius tradere

Achilles alloquitur præcones Græcos.

Aufertur ab Achille Briseis.

Achilles matri.

Iupiter altitonãs:nunc aũt neq; me paululũ honorauit,
Certe enim me Atrides latedominans Agamemnon
Inhonorauit:capiens .n.habet præmium ipse auferens.
Sic dixit lachrymãs.hũc aũt exaudiuit uenerãda mater
Sedens in profunditatibus maris apud patrem senem.
Statim autem prodijt ex cano mari,uelut nebula,
Et ante ipsum sedit lachrymantem:
Manu'q; ipsum demulsit,uerbum'q; dixit,& denominauit:
Fili quid fles?quis uero tibi mentem inuadit mœror?
Dic:ne tege animo,ut sciamus ambo.
Hanc aũt grauiter suspirans allocutus est pedes uelox
Nosti cur tibi hæc scienti omnia dicam. (Achilles:
Iuimus in Thebem sacram ciuitatem Eetionis:
Hanc depopulati'q; sumus, & portauimus huc omnia.
Et hæc quidem bene diuiserunt inter se filij Achiuorum.
Elegerunt autem Atridæ Briseida pulchrigenam.
Chryses autem postea sacerdos longeiacientis Apollinis
Venit ad ueloces naues Achiuorum ferrouestitorum,
Liberaturus'q; filiam,ferens'q; infinita dona,
Coronam'q; habens in manibus longeiacientis Apollinis
Aureo cum sceptro,& deprecabatur omnes Achiuos
Atridas autem maxime duos principes populorum.
Tunc alij quidem omnes laudauerunt Achiui,
Venerandum esse sacerdotẽ,& splendida accipienda esse
Sed non Atridæ Agamemnoni placuit animo: (dona.
Sed male dimisit:forte & uerbum mandauit.
Iratus aũt senex retro abiuit.hunc autem Apollo
Precantem exaudiuit,quoniam ualde sibi amicus erat.
Misit autem in Argiuos malam sagittam:hi autem populi
Moriebantur frequẽtes:ibant autem spicula dei

Thetis Achilli.

Achilles matri.

Græcorum principes adeuntur.

Quoquouersus per exercitum latū Achiuorū. nobis autē
Bene sciēs cōcionabat uaticinatiões lōgeiaciētis. (uates
Statim ego primus iussi deum placari,
Atridem autē postea ira cepit. statim autem exurgens
Minatus est uerbum, quod iam perfectum est.
Hanc quidem .n. cum naui ueloci nigrioculos Achiui
Ad Chrysem mittunt: ducunt autem dona regi.
Hanc autē nuper ex tentorio iuerunt præcones ducentes
Puellam Brisei, quam mihi dederant filij Achiuorum.
Sed tu, si potes, auxiliare filio tuo
Vadens ad cœlum Iouem precare, si unquam aliquid
Vel uerbo iuuisti cor Iouis uel etiam opere:
Sæpe enim te patris in ædibus audiui
Gloriantem, quod dicebas facieti nigras nubes Saturnio,
Sola inter immortales indecentem cladem expulisse:
Quoniam ipsum colligare cœlestes uoluerunt alij
Iuno & Neptunus & Pallas Minerua.
Sed tu hunc profecta dea liberasti à uinculis,
Statim Centimanum uocans in altum olympum,
Quem Briareum uocant dij, uiri autem omnes
Aegeonem: hic .n. rursus potentia proprio patre melior.
Qui apud Saturnium sedebat superbia tumens.
Hunc & timuerunt immortales dij, neq; ligauerunt.
His nūc illi in memoriā reuocatis asside & accipe genua,
Si aliquo modo uelit Troianis auxiliari.
Hos aūt usq; ad puppesq; & circa mare expellere Achi-
Occisos, ut omnes fruantur rege. (uos
Nōscat autem & Atrides latedominans Agamemnon
Suum detrimētum, quod optimum Achiuorū nihilifecit.
Huic respondit postea Thetis lachrymas effundens:

Aufertur ab Achille Briseis.

Thetis Iouē à morte liberat.

Deorum aduersus Iouē coniuratio.

Cētimanus.

Briareus.

Aegeon.

Thetis filio.

Heu fili mi, cur te enutriui in malum pariens?
Vtinam posses apud naues sine lachrymis & illæsus
Sedere: quoniam tibi parca paululum neq; multum diu.
Nunc aūt simul citomoriturus, & ærumnosus supra oēs
Es: idcirco te malo fato peperi in ædibus.
Hoc autem dictura uerbum Ioui gaudenti fulmine
Vado ipsa in Olympum ualde niuosum, si persuadeatur.
Sed tu quidem nunc nauibus assidens uelocibus
Irascere Achiuis, bello autem abstine omnino:
Iupiter enim in Oceanum ad bonos Aethiopas
Hesternus iuit ad cōuiuium. dij aūt simul oēs secuti sunt:
Duodecima autem rursus ueniet ad cœlum,
Et tunc postea uadam Iouis ad solidam domum,
Et ipsius genibus aduoluar, & ipsum persuasurum puto.
Sic utiq; locuta abijt: hunc reliquit ibi
Iratum in animo propter formosam mulierem
Quam ui ab inuito abstulerant. Sed Vlysses
In Chrysem peruenit ducens sacram hecatomben.
Hi quando iam portū ualde profundū intra peruenerūt,
Vela quidem collegerunt, posueruntq; in naui nigra,
Malum aūt in thecam reposuerunt funibus demittentes:
Statim hanc autem in portum pertraxerunt remis,
Anchoras iecerunt, ac funibus puppium ligauerunt.
Verum & ipsi exierunt in litus maris,
Et hecatombem exposuerunt longe iacienti Apollini.
Sed & Chryseis naui exiuit pontigrada:
Hanc quidem postea ad altare ducens prudens Vlysses,
Patri charo in manibus posuit, & ipsum allocutus est:
O Chryse, præmisit me rex uirorum Agamemnon,
Filiamq; tibi ut ducerem, Phœboq; sacram hecatombem

Iupiter in cōuiuio Aethiopum.

Redditur Chryseis patri.

Sacrificarem pro Danais ut placemus regem,
Qui modo Argiuis multisuspirij dolores immisit.
Sic dicens in manibus posuit: hic suscepit gaudens
Filiam dilectam. hi autē statim deo gloriosam hecatōben
Deinceps statuerunt bene ædificatum circa altare.
Manus lauerunt autem postea, & molas sumpserunt.
His autem Chryses ualde precabatur manus eleuans.
Audi me argenteū arcū habens, qui Chrysen gubernas.
Chryses ad Apollinem. Cillamq́; ualde diuinam, Tenedoq́; generose imperas.
Iam quidem aliquando me antea exaudisti precantem.
Honorasti quidē me: ualde autem nocuisti populo Achi-
Iam item & nunc mihi perfice desiderium. (uorum.
Iam nunc Danais indecentem pestem remoue.
Sic dixit orans. hūc aūt exaudiuit Phœbus Apollo.
Apollo Græcis placatur. Sed postq̄ precati sunt, & molas proiecerunt:
Retro traxerūt quidē primū, & iugulauerūt, & excoria
Femoraq́; secuerunt, aruinaq́; operuerunt, (erunt,
Dupliciter facientes: super ipsis aūt cruda posuerunt.
Adolebat aūt in lignis incisis senex: in aūt rubrū uinum
Libabat: iuuenes aūt apud ipsum tenebant uerua quin-
que ordines habentia manibus.
Sed postq̄ femora cocta sunt, & uiscera comederunt
Ac minutatim secuerunt, alia & in uerubus trāsfixerunt
Assaruntq́; accurate, traxeruntq́; omnia.
Cæterū ubi quieuerūt à labore, præparauerūtq́; cōuiuiū,
Cōuiuati sunt: neq; in aliquo anim⁹ indiguit cibo æquali.
Sedpostq̄ potus & escæ desideriū eiecerunt,
Pueri quidem crateras coronauerunt uino,
Distribueruntq́; omnibus incipientes poculis.
Hi autem totamdiem cantu deum placabant,
Pulchrum canentes peana pueri Achiuorum

Canentes lõgeoperantẽ. hic aũt mentẽ delectabatũ audiẽs.
Quando autem sol occidit, & crepusculum superuenit,
Tunc sanè dormierunt in puppibus nauis.
Quando aũt manegenita apparuit roseadigitos aurora,
Et tũc postea recesserunt ad exercitũ latum Achiuorum.
His aũt concitatum uentum misit longeiaculans Apollo.
Hi uero malum erexerũt, supráq; uela alba extenderunt.
Ventus aũt perflabat medium uelum, circum autẽ unda
Carinam nigra ualde resonabat naui eunte.
Hæc autem currebat per undam pertransiens uias.
Sed postq̃ uenerunt ad exercitum latum Achiuorum,
Nauem quidem hi nigram in continentem traxerunt
In summam harenã, ac sustentacula lõga subextenderũt.
Ipsi autem sparsi sunt per tentoriaq; nauesq́;.
Verum hic irascebatur nauibus assidens uelocibus
Generosus Pelei filius pedesuelox Achilles.
Neq; unq̃ in concione uersabatur gloriososuirosfaciente,
Neq; unq̃ in prælio: sed consumebat dilectum cor
Illic manens. desiderabat autem clamoremq́; pugnamq́;.
Sed quando iam ex illo, duodecimus factus est dies,
Et tunc ad olympum iuerant dij semper existentes
Omnes simul: Iupiter aũt præibat, Thetis aũt non oblita
Filij sui, sed emersit ex unda maris, (est maudatorũ
Matutináq; conscendit in magnum cœlum olympumq́;:
Inuenit aũt latesonãtẽ Saturnidẽ seorsum sedẽtẽ ab alijs
In summo uertice eminentis olympi:
Et ante ipsum sedit, & prehendit genibus
Siuistra: dextera autem mento apprehendens,
Supplicans allocuta est Iouem Saturnidem regem:
. Iupiter pater, siquando te inter mortales iuui, Thetis Ioui.

Vel uerbo uel opere, hoc mihi perfice desiderium:
Honora mihi filium, qui breuissimæ uitæ inter alios
Est. sed ipsum nunc rex uirorum Agamemnon
Inhonorauit: auferens .n. habet præmiũ ipse abstrahens.
Sed tu ipsum honora cœlestis consiliator Iupiter.
Tandiu autem Troianis adijce robur, donec Achiui
Filium meũ honorent, augeantq́; ei honorẽ.
Sic dixit. hãc aũt nihil allocutus est nubescõgregãs Iupiter,
Sed tacitus diu sedit. Thetis aũt sicut apprehẽderat genibus,
Sic inhærebat aduoluta, & rogabat secũdò iterũ:
Verum quidem iam mihi promitte & annue,
Vel abnue (quoniam non tibi est timor) ut bene sciam
Quantũ ego inter oẽs inhonoratissima dea sim. (Iupiter:
Hãc aũt grauiter suspirãs allocutus ẽ nubiũcõgregator
Iupiter Thetidi. Exitialia sanè opera, quòd me inimicari adhortaris.
Iunoni, quandò me irritat contumeliosis uerbis.
Hæc aũt & uane mecũ semper inter immortales deos
Contendit, &q; me dicit in pugna Troianis auxiliari.
Sed tu quidem nunc rursus abi, ne te intelligat
Iuno: mihi autem hæc erunt curæ ut perficiam.
Sed age, iam tibi capite annuam, ut credas:
Hoc enim à me cum immortalibus maximum
Signum: non.n. meum irreuocabile, neq; deceptorium,
Neq; imperfectibile, quodcunq; capite annuam.
Dixit: & nigris superciliis annuit Saturnides.
Ambrosiæ autem comæ concussæ sunt regis
Ex capite immortali, ac magnum tremefecit olympum.
Hi sic consultantes diuisi sunt: hæc quidem postea
In mare dilapsa est profundum à splendido olympo,
Iupiter aũt in suam domũ: dij uero simul oẽs surrexerũt

Ex sedibus sui patris in occursum, neq; aliquis sustinuit
Expectare uenientem, sed obuij steterunt omnes.
Sic hic quidem illic sedit in solio, neq; ipsum Iuno
Ignorauit intuita quòd ei consultasset consilia
Argenteos pedes habens Thetis filia marini senis.
Statim irritatiuis Iouem Saturnium allocuta est:
Quis aût rursus tibi dolose deorû consultauit consilia? Iuno cum
Semper tibi amicum est me sine absentem Ioue.
Occulta sapientem iudicare: neq; aliquod adhuc mihi
Promptus tolerasti dicere uerbum quodcunq; cogitas.
Huic respondit postea pater uirorumq; deorumq;:
Iuno, ne omnia mea spera uerba
Scire, difficilia tibi erunt uxori quamuis existenti.
Sed quod quidem decens fuerit audire, nullus postea
Neq; deorum prior hoc sciet, neq; hominum.
Hoc autem ego seorsum à dijs uellem intelligere,
Ne tu hæc singula interroga, neq; perscrutare.
Huic respondit postea bouinos oculos habẽs uenerãda Iu
Molestissime Saturnide, quale uerbum dixisti? (no:
Et ualde te ante neq; interrogaui, neq; inquisiui,
Sed ualde tacitus hæc consultas quæ uis.
Nunc autem ualde timeo in mente, ne te seducat
Argenteos pedes habens Thetis filia marini senis:
Matutina enim tibi assedit, & apprehendit genibus,
Cui te puto annuisse uerum, ut Achillem
Honores, perdas autem multos in nauibus Achiuorum.
Hãc respõdẽs allocutus ẽ nebularũ cõgregator Iupiter:
Misera, semper quidem suspicaris, neq; te lateo:
Facere autem tamen nihil poteris: sed ab animo
Magis mihi eris, hoc tibi & molestum erit.

Si autem hoc sic est, mihi debet charum esse.
Sed tacita sede, meo & obedi uerbo.
Ne te non iuuent quotquot dij sunt in olympo
Propè uenientem, quãdo tibi intangibiles manus iniecero.
Sic dixit. timuit aũt bouinos oculos habẽs ueneräda Iu-
Et tacita sedit inclinans dilectum cor. (no,
Ingemuerunt autem in domo Iouis dij cœlicolæ:
His autem Vulcanus inclytus artifex incepit concionari,
Matri dilectæ amabilia ferens albasulnashabenti Iunoni.
Vulcanus cũ Iunone. Certe pestifera opera hæc erunt, neq; tolerabilia,
Si iam uos gratia mortalium contendetis sic,
Inter deos autem tumultum excitetis. neq; conuiuij
Boni erit uoluptas: quoniam peiora uincunt.
Matrem aũt ego admoneo ipsam, q̃uis intelligentem,
Patri dilecto amabilia afferre Ioui, ut ne iterum
Contendat pater nobiscum, & conuiuium turbet.
Si uult cœlestis fulminator
Ex sedibus quatere, hic enim multum potens est.
Sed tu hunc uerbis demulce mollibus,
Statim postea beneuolus cœlestis erit nobis.
Sic dixit. & surgens poculum rotundum
Matri dilectæ in manibus posuit, & ipsam allocutus est:
Tolera mater mea & suffer, mœsta quamuis,
Ne te dilectam quamuis existentem oculis uideam
Verberatam: tunc non in aliquo potero tristatus quamuis,
Iuuare: difficilis enim cœlestis ut repugnetur.
Iam enim me & aliâs adiuuare desiderantem
Vulcanus è cœlo deiect⁹ Iecit pede extrahens à cœlo diuino.
Totam autem diem ferebar. unà aũt cum sole occidente
Decidi in Lemno, paucus autem animus erat.

Tunc me Sintij uiri statim exceperunt cadentem.
Sic dixit. risit autem dea albasulnas habens Iuno.
Ridens autem filij suscepit è manu poculum.
Sed hic alijs dijs apte omnibus
Propinabat dulce nectar ab cratere hauriens.
Inextinguibilis autem excitatus est risus beatis dijs,
Postquam uiderunt Vulcanum per domum ministrantē.
Sic tunc quidem totam diem usq; ad solem occidentem
Cōuiuabāt: neq; amplius animus indiguit cōuiuio æquali
Neq; lyra pulchra, quam tenebat Apollo,
Musisq;, quæ canebāt inuicē excipientes se uoce pulchra.
Sed postquam occidit splendida lux solis,
Hi quidem dormiturientes iuerunt domum unusquisq;,
Vbi singulis domum inclytus utroq; pede claudus
Vulcanus fecerat doctis artibus.
Iupiter autem ad suum lectum iuit cœlestis fulminator,
Vbi antea dormiebat, quādo ipsum dulcis somn° iuaderet.
Illic dormiuit ascendens, iuxtaq; aureā sedē habens, Iuno.

Vulcanus ridetur à dijs alijs ob claudos pedes.

Apollo citharā pulsat in deorum conuiuio.

Deorum domus distinctæ.

ARGVMENTVM B. HOMERI COMPOSITIONIS

IVpiter somnium immittēs Agamemnoni, hortatur Grecos ut educant ipsum ad bellū. Hic autem primum quidem optimatum concilium congregauit. Postea autem cōcilio initio tentat ipsos, hortās fugere in patrias: detinet autem ipsos Vlysses Mineruæ prudentia, & Nestor concionans. Postea cibo sumpto armati sunt ipsiq; & ductores, similiter autem

Cui populi sunt commissi,& tot curæ sunt.
Nūc aūt mihi mentē adhibe cito,Iouis aūt tibi nūtius sum
Qui te longe habitans ualde curat & miseratur.
Armare te iussit crinitos Achiuos
Omnibus copijs: nunc autem capias ciuitatem latam
Troianorū,non enim amplius diuersa cœlestes domos te-
Immortales sentiunt:inflexit enim omnes (nentes
Iuno supplicans. Troianis autem mala impendent
Ex Ioue. sed tu tuis habe mentibus,neq; te obliuio
Capiat,quando te dulcis somnus dimiserit.
Sic fatus abijt. illum autem reliquit ibi
Hæc cogitantem per animum , quæ non perfici poterant.
Putauit enim is capturum Priami urbem die illo
Stultus:neq; ea sciebat,quæ Iupiter cogitabat opera.
Ponere enim parabat insuper doloresq́; singultusq;
Troianisq́;& Danais per fortes pugnas.
Surrexit autem ex somno, diuina aūt ipsum circūsparsit
Sedit aūt arrectus,mollem aūt induit tunicam (uox.
Pulchram,nouam:circa aūt magnum iecit pallium:
Pedibus aūt sub teneris ligauit pulchra calceamenta:
Circum autem humeros posuit ensem argenteis clauis:
Accepit aūt sceptrum paternum incorruptum semper,
Cum hoc iuit ad naues Achiuorum loricatorum.
Aurora quidem dea conscendit magnum olympum,
Ioui lumen allatura & alijs immortalibus.
Sed is præconibus stridulis iussit
Edicere ad concilium crinitos Achiuos.
Hi quidem edixerunt:illi frequentes affuerunt ualde ce.
Conciliū aūt primū magnanimorū statuit senū (leriter.
Nestoream apud nauem Pylij regis.

Quos hic cum coëgisset, prudentem induxit sermonem:
Audite amici, diuinus mihi in somnijs uenit somnideus
Diuinam per noctem, maxime autem Nestori diuino
Figuraq; magnitudineq; corporeq; similis erat.
Stetit autem supra caput, & ad me uerba fecit:
Dormis Atrei fili prudentis equûm domitoris
Non oportet pertotamnoctem dormire consiliariũ uirũ,
Cui populiq; commissi sunt, & tot curæ sunt.
Nunc aũt mihi mentem adhibe propere, Iouis aũt tibi nũ-
Qui te lõge habitans ualde curat & miserat. (tius sum,
Armare te iussit crinitos Achiuos
Omnibus copijs: nunc enim capias ciuitatem latam
Troianorum:non.n amplius diuersa cœlestes domos habẽ
Immortales sentiunt: inflexit enim omnes (tes
Iuno supplicans. Troianis autem dolores sunt
Ex Ioue. sed tu tuis habe mẽtibus. sic hoc quidem locutus
Iuit aduolans, me autem iucundus somnus reliquit.
Sed agite quomodo armemus filios Achiuorum.
Primum autem ego uerbis tentabo, sicut æquum est,
Et fugere cum nauibus multorum transtrorum iubebo:
Vos autem aliunde alius cohibete uerbis.
Verum hic sic locutus consedit. in his autem surrexit
Nestor, qui Pyli rex erat harenosæ,
Qui ipsis bene sentiens concionatus est, & allocutus:
O amici Argiuorum ductores & principes,
Siquidem aliquis somnium Achiuorum alius dixisset,
Mendacium diceremus, & repudiaremus amplius:
Nunc autem uidit qui multo optimus in exercitu gloriat
Sed agite quomodo armemus filios Achiuorum. (esse.
Sic locutus, concione incepit excedere.

Agamennõ somnium suum exponit.

Nestoris oratio.

Nestor somnio Aga. acquiescẽdum putat.

comparatio euri atq; austri.

Pelagi Icarij, quos quidem Eurusq; Notusq;
Excitauit erumpens patris Iouis ex nebulis:
Sicutq; cum mouerit Zephyrus ingentem segetē ueniens,
Vehemens irrumpens, ingruitq; spicis.
Sic horum omnis concio mota est. hi autem clamore
Naues adibant, sub pedibus autem puluis
Extitit sublatus. hi autem inter se adhortabantur
Attingere naues, & trahere in mare diuinum,
Sentinasq; expurgabant: clamor autem in cœlum iuit
Domum euntium: subtrahebant autem fulcra nauibus.
Tunc Argiuis præter fatum reditus contigisset,
Nisi Mineruam Iuno sermone affata fuisset:
Papæ, ægidem tenentis Iouis filia indefessa,
Sic domum, dilectam in patriam terram
Argiui fugient in lata dorsa maris,
Gloriam autem Priamo, & Troianis relinquent
Argiuam Helenam? cuius gratia multi Achiuorum
In Troia perierunt dilecta à patria terra.

Iuno Palladē ad Græcos mittit.

Sed abi nunc ad populum Achiuorum loricatorum,
Tuisq; blandis uerbis detine quenq;,
Neq; sine naues in mare trahere æquabiles.
Sic dixit. nec aduersata est dea glaucorūoculorū Minerua,
Profecta aūt est à olympi uerticibus cōcitata,
Statimq; uenit ueloces ad naues Achiuorum:
Inuenit autem Vlyssem Ioui consilio parem
Stantem: neq; hic nauem idoneam
Tangebat: quoniā ipsum dolor corde & opere cœperat.
Propè autem stans allocuta est cæsia Minerua:

Pallas Vlyssi.

Diuine Laërtiadæ prudentissime Vlysses,
Sic domum dilectam in patriam terram

Fugietis in nauibus multa transtra habentibus incidentes,
Gloriam autem Priamo, & Troianis relinquentes
Argiuam Helenam, cuius gratia multi Achiuorum
In Troia perierunt, dilecta procul à patria terra:
Sed i nunc ad populum Achiuorum, neq; recedas,
Tuis autem blandis uerbis detine uirum quenq;,
Neq; finas naues in mare trahere æquabiles.
Sic dixit. hic autem audiuit deæ uocem loquentis:
Iuit aũt currendo, pallã aũt proiecit: illud etiam tulit
Præco Eurybates Ithacensis, qui eum sequebatur.
Ipse autem Atridæ Agamemnoni obuius ueniens
Apprehẽdit eius sceptrum paternum incorruptũ semper,
Cum hoc iuit circum naues Achiuorum loricatorum,
Quemcunq; quidem regem & principẽ uirum inuenit,
Hunc blandis uerbis detinebat astans:
Diuine, non te decet ut timidum trepidare, Vlyssis oratio ad Græcos
Sed ipseq; sede, & alios seda populos:
Nondum enim perspicue scis quis amicus Atridæ.
Nunc quidem tentat, fortè aũt lædet filios Achiuorum:
In concilio enim non omnes audiuimus quid dixerit,
Ne aliquo iratus afficiat malo filios Achiuorum.
Ira autem magna est diuini regis.
Honor aũt ex Ioue est, diligit aũt ipsum cõsultus Iupiter. Regibus dignitas ab Ioue tribuitur
Quẽcũq; aũt rursus plebis uirũ uidit, uociferantẽq; offendit,
Hunc sceptro percussit, increpitauitq; uerbo:
Diuine quietim sede, & aliorum uerba audi
Qui te meliores sunt: tu autem imbellis & inualidus,
Neq; unquam in bello numeratus neq; in concilio.
Non quidem ullo pacto omnes regnabimus hic Græci.
Non bonum multorum principatus, unus princeps sit,

Vnus rex, cui dederit Saturni filius uersuti
Sceptrumq; & iura, ut ipsis dominetur.
Sic hic regens gubernabat exercitum. ij aũt ad concilium
Rursus abibant à nauibus & tentorijs
Sonitu, sicut cum fluctus perturbati maris
Litore magno mugit, resonat autem pontus.
Alij quidem sedebant quiescebantq; per sedes,
Thersites autem adhuc solus incōtinens tumultuabatur.
Qui consilia mentibus suis immoderataq; multaq; sciebat
Temere: sed nō secundũ decens, ut aduersaretur regibus.
Sed quodcunq; ei uidebatur, ridiculum Argiuis
Esset. turpissimus autem uir sub Troiam uenit:
Strabo erat, claudus autem altero pede, & ipsius humeri
Curui in pectus contracti, & desuper
Acutus erat capite, rara & inerat lanugo.
Inimicissimus autem Achilli maxime erat & Vlyssi,
Hos enim calumniabat. tunc rursus Agamemnoni diuino
Acute clamans dicebat contumelias. hunc Achiui
Vehementer oderant, indignabanturq; in animo.
Sed hic multũ uociferãs Agamemnonẽ obiurgabat sermo
Atride, quid adhuc conquereris & postulas? (ne:
Plena tibi ære tentoria, multæ & mulieres
Sunt in tentorijs electæ, quas tibi Achiui
Primo damus cum urbem capimus.
An item & auro indiges quod quis apportet
Troiainorum equitum ex Troia filij redemptiones,
Quem ego uinctum ducam, uel alius Achiuorum?
An mulierem iuuenem, ut miscearis per amorem?
Quamq; ipse seorsum detineas? non quidem decet
Principem in mala inducere filios Achiuorum.

O imbelles, mala uituperia, Achaides, nõn item Achiui,
Domum cum nauibus eamus, hunc finamus
Ibidem in Troia præmia digerere, ut sciat
An in aliquo ipsum nos adiuuemus, an non:
Qui & nunc Achillem ipso multo meliorem uirum
Iniuria affecit: auferens enim habet donum ipse fruens.
Sed ualde non Achilli ira mentibus, sed negligens.
Certe enim Atride nunc postremum læsisses.

Sic dixit obiurgans Agamemnonem rectorẽ populorũ
Thersites. huic autem cito astitit diuinus Vlysses,
Et ipsum torue intuens, duro allocutus est sermone:
Thersite inelegans, uocalis quanquàm concionator, Vlysses
Desine, neq; uelis solus contendere cum regibus. Thersitæ.
Non enim ego te censeo peiorem mortalium alium
Esse, qui cum Atridis sub Troiam uenerunt.
Quare non reges in ore habens concioneris,
Et ipsis iurgia inferas, reditumq; serues.
Neq; adhuc aperte scimus, quomodo erũt hæc opera,
An bene an male redibimus filij Achiuorum.
Quare nunc Atridæ Agamemnoni ductori populorum
Desine contendere, quia ei ualde multa dant
Heroës Danai. tu autem conuicians concionaris.
Sed tibi edico, hoc & perfectum erit:
Si qua te insanientem inuenero sicut hic,
Ne & posthac Vlyssi caput humeris adsit,
Neq; Telemachi pater uocatus sim,
Si nõ ego te cõprehendens quidẽ proprias uestes exuero,
Pallamq; & intusium, quæq; pudendã contegunt,
Te autem flentem ueloces ad naues dimisero,
Verberans in concione acribus plagis.

Sic dixit: sceptroq; scapulas atq; humeros
Percussit. hic aũt inclinatus est, salsaq; ei excidit lachry-
Vibex autem cruenta scapulis exorta est (ma,
Sceptro ab aureo. ipse autem sedit, timuitq;
Lugens, & turpiter intuens absorbebat lachrymam.
Illi autem quamuis mœsti, super ipso suauiter riserunt.
Sic autem quis dicebat ad propinquum alium:
Papæ', certe infinita Vlysses bona fecit,
Consiliaq; incipiens bona, bellumq; armans.
Nunc autem hoc q̃optimum in Argiuis fecit,
Qui hunc conuitiatorem nugatorem prohibuit concione:
Non ipsum iterum rursus permittet animus superbus
Obiurgare reges contumeliosis uerbis.
Sic dixerunt multitudo. sed urbispopulator Vlysses
Discessit sceptrum habens: apud autem cæsia Minerua
Similis præconi silere populum iussit:
Vt simulq; primiq; & postremi filij Achiuorum
Sermonem audirent, & intelligerent consilium,
Qui ipsis bene sentiens concionatus est, & dixit:
Vlysses Agamemnoni & Græcis.
Atride, nunc te rex uolunt Achiui
Omnibus uituperatissimũ facere mortalibus hominibus,
Neq; tibi perficiunt promissum quod receperunt tibi
Huc uenientes ab Argo equestri,
Ilio exciso beneædificato redire.
Tanq̃ enim uel pueri adolescentuli uiduæ'ue mulieres
Inter se desiderant domum redire.
Certe quidem & opus est pertæsum redire:
Etenim aliquisq; unũ mensem manẽs procul à sua uxore,
Tristatur cum naui multas sedes habente, quam procellæ
Hybernæ intercludunt commotumq; mare.

Nobis autem nonus est reuertens annus
Hic permanentibus, quo non reprehendo Achiuos
Tristari apud naues rostratas. sed tamen etiam
Tupe diuq; manere, inanemq; redire.
Tolerate amici, & manete in annum, ut sciamus
Si uerum Calchas uaticinatur, an & non:
Probè enim iam hoc scimus in mētibus, estis autem omnes
Testes, quos non Parcæ iuerunt mortis ferentes
Heriq; & nudiustertius, quādo in Aulidē naues Græcorū
Congregabantur, mala Priamo & Troianis ferentes,
Nos autem circùm apud fontem sacra per altaria
Sacrificamus immortalibus perfectas hecatombas
Pulchra sub platano, unde fluebat liquida aqua.
Hic apparuit magnum signum draco per dorsa rubeus,
Horribilis, quem ipse Olympius misit in lucem,
Sub altari egrediens ad platanum perrexit,
Vbi erant passeris pulli parui filij
Ramo in extremo sub folijs uolitantes
Octo, sed mater nona erat, quæ peperit filios.
Ibi ille hos miserabiliter comedit stridentes:
Mater autem circumuolabat lugens dilectos filios.
Hanc circunuolutus ala comprehendit circùm clamātem.
Sed postq̄ filios deuorauit passeris & ipsam,
Hunc quidem clarum fecit deus qui reddidit:
Lapidem enim ipsum fecit Saturni filius uersuti.
Nos autem stantes admirabamur quod factum est.
Vt igitur non leuia portenta deorum subiere hecatombas.
Calchas autem statim postea uaticinans, dixit:
Cur muti facti estis comati Achiui?
Nobis quidē hoc ostendit signū magnū cōsiliarius Iupiter

Græcis in Aulide uisum portentum.

Calchantis uaticinium.

& Troiani, cõtentione ipsis annũtiata. Numeratione autẽ Poeta fecit exercituũ & nauium.

ALITER.

IVpiter recordatus est Thetidis supplicationis, alijs de isq; hominibus q; somno vacantibus. Ante oculos statuens filium Pelei, somniũ Agamemnoni mittit, iubẽs ipsum educere omnes Græcos in pugnã: & consultans ipsi scilicet & ipsum Achillem adiungere. Is autẽ non intelligẽs somnium optimatibus suis narrat: & post hoc in concionem congregans omnes Græcos, suspicione apud ipsos affectus, quòd putaret Achillem aduersari ipsius imperio, conciliare omnem multitudinem tentans, recedere ipsos in patrias iubet. Illi autem non intelligentes, ad deducendũ naues, & in patrias concedendũ se conferunt. Vlysses autem monẽte ipsum Minerua, optimos quidem oratione cohibet, milites autem acerbe obiurgat. Sedat autem Thersitẽ inepte contra regem contendentem, & Græcos manere, & Troiam capere adhortatur: Suadente autem & Nestore eadem, Agamemnon sacrificans Ioui senes inuitat: & cohortatus Græcos ad bellũ educit omnes. Deinde autem est enumeratio nauium, in quibus venerunt Græci: & Ducum ipsarum, & Troianorum, & sociorum.

Vita autem somniū habet, concionē, & naues enumerat.



Lij quidem dijq; & uiri galeati
Dormiebant per totamnoctē, Iouem autē non cæperat dulcis somnus,
Sed is cogitabat per mentem quomodo Achillem
Honestaret, perderet autem multos in nauibus Achiuorum.
Hoc autem ei in animo optimum uisum est consilium,
Mittere ad Atridē Agamemnonē pniciosum somnij deū,
Et ipsum compellans, uerba cita dixit illi:
Vade abi perniciose somnij deus citas ad naues Achiuorū,
Ingressus in tentoriū Agamemnonis Atridæ,
Omnia ualde constanter nuntia sicut iubeo.
Armare ipsum iube crinitos Achiuos
Omnibus copijs, nunc enim capiat ciuitatem latam
Troianorū: non. n. amplius diuersa cœlestes domos habentes
Immortales sentiunt: inflexit enim omnes
Iuno supplicans: Troianis autem mala impendent.
Sic dixit. iuit aūt somnij deus, postq̄ sermonē audiuit.
Statim autem peruenit citas ad naues Achiuorum:
Iuit autem ad Atridem Agamemnonē, hunc aūt inuenit
Dormientē in tentorio, circum aūt diuinus fusus erat somnus.
Stetit aūt super capite Nelei filio similis
Nestori, quem maxime senum honorabat Agamemnon.
Huic se assimilans allocutus est diuinus somnij deus:
Dormis Atrei fili ualde prudentis equūmdomitoris?
Non oportet pertotamnoctem dormire consiliariū uirum,

Iupiter cæteris dijs dormientibus, somnum non capit.

Somniū ad Agamemnonē mittitur.

Principis cura.

Princeps solidam noctē dormire nō debet.

Cui populi sunt commissi, & tot curæ sunt.
Nũc aũt mihi mentẽ adhibe cito, Iouis aũt tibi nũtius sum
Qui te longe habitans ualde curat & miseratur.
Armare te iussit crinitos Achiuos
Omnibus copijs: nunc autem capias ciuitatem latam
Troianorũ, non enim amplius diuersa cœlestes domos te-
Immortales sentiunt: inflexit enim omnes (nentes
Iuno supplicans. Troianis autem mala impendent
Ex Ioue. sed tu tuis habe mentibus, neq; te obliuio
Capiat, quando te dulcis somnus dimiserit.
Sic fatus abijt. illum autem reliquit ibi
Hæc cogitantem per animum, quæ non perfici poterant.
Putauit enim is capturum Priami urbem die illo
Stultus: neq; ea sciebat, quæ Iupiter cogitabat opera.
Ponere enim parabat insuper doloresq; singultusq;
Troianisq; & Danais per fortes pugnas.
Surrexit autem ex somno, diuina aũt ipsum circũsparsit
Sedit aũt arrectus, mollem aũt induit tunicam (uox.
Pulchram, nouam: circa aũt magnum iecit pallium:
Pedibus aũt sub teneris ligauit pulchra calceamenta:
Circum autem humeros posuit ensem argenteis clauis:
Accepit aũt sceptrum paternum incorruptum semper,
Cum hoc iuit ad naues Achiuorum loricatorum.
Aurora quidem dea conscendit magnum olympum,
Ioui lumen allatura & alijs immortalibus.
Sed is præconibus stridulis iussit
Edicere ad concilium crinitos Achiuos.
Hi quidem edixerunt: illi frequentes affuerunt ualde ce-
Conciliũ aũt primũ magnanimorũ statuit senũ (leriter.
Nestoream apud nauem Pylij regis.

Quos hic cum coëgisset, prudentem induxit sermonem:
Audite amici, diuinus mihi in somnijs uenit somnideus
Diuinam per noctem, maxime autem Nestori diuino
Figuraq; magnitudineq; corporeq; similis erat.
Stetit autem supra caput, & ad me uerba fecit:
Dormis Atrei fili prudentis equûm domitoris
Non oportet pertotamnoctem dormire consiliariũ uirũ,
Cui populiq; commissi sunt, & tot curæ sunt.
Nunc aũt mihi mentem adhibe propere, Iouis aũt tibi nũ-
Qui te lõge habitans ualde curat & miserat. (tius sum,
Armare te iussit crinitos Achiuos
Omnibus copijs: nunc enim capias ciuitatem latam
Troianorum: non.n. amplius diuersa cœlestes domos habẽ
Immortales sentiunt: inflexit enim omnes (tes
Iuno supplicans. Troianis autem dolores sunt
Ex Ioue. sed tu tuis habe mẽtibus. sic hoc quidem locutus
Iuit aduolans, me autem iucundus somnus reliquit.
Sed agite quomodo armemus filios Achiuorum.
Primum autem ego uerbis tentabo, sicut æquum est,
Et fugere cum nauibus multorum transtrorum iubebo:
Vos autem aliunde alius cohibete uerbis.
Verum hic sic locutus consedit. in his autem surrexit
Nestor, qui Pyli rex erat harenosæ,
Qui ipsis bene sentiens concionatus est, & allocutus:
O amici Argiuorum ductores & principes,
Siquidem aliquis somnium Achiuorum alius dixisset,
Mendacium diceremus, & repudiaremus amplius:
Nunc autem uidit qui multo optimus in exercitu gloriat
Sed agite quomodo armemus filios Achiuorum. (esse.
Sic locutus, concione incepit excedere.

Agamemnõ somnium suum exponit.

Nestoris oratio.

Nestor somnio Aga. acquiescẽdum putat.

Hi surrexerunt, parueruntq; rectori gentium
Sceptiferi reges: accurrebant autem gentes
Sicut genera eunt apum frequentium
Petra ex cauata semper recens uenientium
Racematim uolant super floribus uernis:
Quædam quidem huc simul uolauerunt, aliæ autē illuc.
Sic horum gentes multæ à nauibus & tentorijs
Litus ante immensum procedebant
Concursim in concionē. inter aūt ipsos Fama cōcreuerat
Concitans ire Iouis nuntia, hi autē frequentes fuere:
Turbata aūt fuerat concio, subter autem gemuit terra
Gentibus sedentibus. tumultus aūt erat: nouem aūt ipsos
Præcones uociferantes cohibebant, siquando à tumultu
Desisterent, audirent & diuinos reges.
Cum festinatione aūt sedit populus, tenebant aūt sedes,
Cessantes à clamore: sursum aūt diuinus Agamemnon
Cōstitit sceptrū tenēs, quod quidē Vulcanus laborauit fa(bricans:
Sceptrū Agamēnonis. Vulcanus quidē dedit Ioui Saturnio regi,
Sed Iupiter dedit internuntio Argiinterfectori,
Mercurius autem rex dedit Pelopi domitoriequorum,
Sed rursus Pelops dedit Atreo duci populorum,
Atreus autem moriens reliquit diuitipecudum Thyestæ,
Sed rursus Thyestes Agamemnoni concessit gestare,
Multis insulis & Argo omni imperare:
Huic is incumbens uerba cita dixit:
O amici heroës Danai, satellites Martis,
Agamemnō militibus. Iupiter me ualde Saturnius detrimēto deuinxit graui
Infestus, qui antea quidem mihi promisit & annuit,
Troiam depopulatum pulchram recedere:
Nunc autem malam deceptionem cogitant, & me iubet

Infamem Argum ire, postq̃ multum perdidi populum.
Sic Ioui contingit præpotenti gratum esse,
Qui iam multarum urbium dissoluit fastigia,
Et adhuc dissoluet: huius enim potentia est maxima.
Turpe enim hoc est & posteris auditu,
Incassum sic talem tantumq; populum Achiuorum
Imperfectum bellum gerere & pugnare
Cum uiris paucioribus: exitus aũt nondũ patefactus est.
Si enim uelimus Achiuiq; Troianiq;
Fœdera fidelia ferientes numerari utriq;,
Troianos quidem eligere indigenæ quicunq; sunt,
Nos autem in decimas disponi Achiui,
Troianorũ aũt uirum singulum accipiamus administrandi
Multæ decimæ indigerent propinatore. (causa potũ,
Tantum ego censeo plures esse pueros Achiuorum
Troianis qui habitant in urbe: sed auxiliares
Multis ex ciuitatibus milites uiri sunt,
Qui me ualde cõturbant, & non sinunt uolentem
Troiæ perdere pulchrum oppidum.
Nouem iam præterierunt Iouis magni anni,
Et iam tabulæ corruptæ sunt, & funes dissolutæ sunt:
Et nostræ uxores & imprudentes nati
Sunt in ædibus expectantes: nobis autem opus
Sic imperfectum, cuius gratia huc uenimus.
Sed agite, ut ego dexero pareamus omnes:
Diffugiamus cum nauibus dilectam in patriam terram,
Non enim amplius Troiam capiemus latam.
Sic dixit. his autem animum in pectoribus concitauit
Omnibus per multitudinẽ, quicũq; nõ consiliũ audiuerũt.
Mota est autem concio, ut fluctus magni maris

comparatio euri atq; austri.

Pelagi Icarij, quos quidem Eurusq; Notusq;
Excitauit erumpens patris Iouis ex nebulis:
Sicutq; cum mouerit Zephyrus ingentem segetē ueniens,
Vehemens irrumpens, ingruitq; spicis.
Sic horum omnis concio mota est. hi autem clamore
Naues adibant, sub pedibus autem puluis
Extitit sublatus. hi autem inter se adhortabantur
Attingere naues, & trahere in mare diuinum,
Sentinasq; expurgabant: clamor autem in cœlum iuit
Domum euntium: subtrahebant autem fulcra nauibus.
Tunc Argiuis præter fatum reditus contigisset,
Nisi Mineruam Iuno sermone affata fuisset:
Papæ, ægidem tenentis Iouis filia indefessa,
Sic domum, dilectam in patriam terram
Argiui fugient in lata dorsa maris,
Gloriam autem Priamo, & Troianis relinquent
Argiuam Helenam? cuius gratia multi Achiuorum
In Troia perierunt dilecta à patria terra.

Iuno Palladē ad Græcos mittit.

Sed abi nunc ad populum Achiuorum loricatorum,
Tuisq; blandis uerbis detine quenq;,
Neq; sine naues in mare trahere æquabiles.
Sic dixit. nec aduersata est dea glaucorūoculorū Minerua,
Profecta aūt est à olympi uerticibus cōcitata,
Statimq; uenit ueloces ad naues Achiuorum:
Inuenit autem Vlyssem Ioui consilio parem
Stantem: neq; hic nauem idoneam
Tangebat: quoniā ipsum dolor corde & opere cœperat.
Propè autem stans allocuta est cæsia Minerua:

Pallas Vlyssi.

Diuine Laërtiadæ prudentissime Vlysses,
Sic domum dilectam in patriam terram

Fugietis in nauibus multatransftrahabentibus incidentes,
Gloriam autem Priamo, & Troianis relinquentes
Argiuam Helenam, cuius gratia multi Achiuorum
In Troia perierunt, dilecta procul à patria terra?
Sed i nunc ad populum Achiuorum, neq; recedas,
Tuis autem blandis uerbis detine uirum quenq;,
Neq; finas naues in mare trahere æquabiles.
Sic dixit. hic autem audiuit deæ uocem loquentis:
Iuit aũt currendo, pallã aũt proiecit: illud etiam tulit
Præco Eurybates Ithacensis, qui eum sequebatur.
Ipse autem Atridæ Agamemnoni obuius ueniens
Apprehẽdit eius sceptrum paternum incorruptũ semper,
Cum hoc iuit circum naues Achiuorum loricatorum,
Quemcunq; quidem regem & principẽ uirum inuenit,
Hunc blandis uerbis detinebat astans:
Diuine, non te decet ut timidum trepidare,
Sed ipseq; sede, & alios seda populos:
Nondum enim perspicue scis quis amicus Atridæ.
Nunc quidem tentat, fortè aũt lædet filios Achiuorum:
In concilio enim non omnes audiuimus quid dixerit,
Ne aliquo iratus afficiat malo filios Achiuorum.
Ira autem magna est diuini regis.
Honor aũt ex Ioue est, diligit aũt ipsum cõsultus Iupiter.
Quẽcũq; aũt rursus plebis uirũ uidit, uociferantẽq; offen (dit,
Hunc sceptro percussit, increpitauitq; uerbo:
Diuine quietim sede, & aliorum uerba audi
Qui te meliores sunt: tu autem imbellis & inualidus,
Neq; unquam in bello numeratus neq; in concilio.
Non quidem ullo pacto omnes regnabimus hic Græci.
Non bonum multorum principatus. unus princeps sit,

Vlyssis oratio ad Græcos

Regibus dignitas ab Ioue tribuitur

Vnus rex, cui dederit Saturni filius uersuti
Sceptrumq; & iura, ut ipsis dominetur.
Sic hic regens gubernabat exercitum. ij aūt ad concilium
Rursus abibant à nauibus & tentorijs
Sonitu, sicut cum fluctus perturbati maris
Litore magno mugit, resonat autem pontus.
Alij quidem sedebant quiescebantq; per sedes,
Thersites autem adhuc solus incōtinens tumultuabatur.
Qui consilia mentibus suis immoderataq; multaq; sciebat
Temere: sed nō secundū decens, ut aduersaretur regibus.
Sed quodcunq; ei uidebatur, ridiculum Argiuis
Esset. turpissimus autem uir sub Troiam uenit:
Strabo erat, claudus autem altero pede, & ipsius humeri
Curui in pectus contracti, & desuper
Acutus erat capite, rara & inerat lanugo.
Inimicissimus autem Achilli maxime erat & Vlyssi,
Hos enim calumniabat. tunc rursus Agamemnoni diuino
Acute clamans dicebat contumelias. hunc Achiui
Vehementer oderant, indignabanturq; in animo.
Sed hic multū uociferās Agamemnonē obiurgabat sermo
Atride, quid adhuc conquereris & postulas? (ne:
Plena tibi ære tentoria, multæ & mulieres
Sunt in tentorijs electæ, quas tibi Achiui
Primo damus cum urbem capimus.
An item & auro indiges quod quis apportet
Troiainorum equitum ex Troia filij redemptiones,
Quem ego uinctum ducam, uel alius Achiuorum?
An mulierem iuuenem, ut miscearis per amorem?
Quamq; ipse seorsum detineas? non quidem decet
Principem in mala inducere filios Achiuorum.

O imbelles, mala uituperia, Achaides, non item Achiui,
Domum cum nauibus eamus, hunc sinamus
Ibidem in Troia præmia digerere, ut sciat
An in aliquo ipsum nos adiuuemus, an non:
Qui & nunc Achillem ipso multo meliorem uirum
Iniuria affecit: auferens enim habet donum ipse fruens.
Sed ualde non Achilli ira mentibus, sed negligens.
Certe enim Atride nunc postremum læsisses.
Sic dixit obiurgans Agamemnonem rectorē populorū
Thersites. huic autem cito astitit diuinus Vlysses,
Et ipsum torue intuens, duro allocutus est sermone:
Thersite inelegans, uocalis quanquàm concionator, Vlysses Thersitæ.
Desine, neq; uelis solus contendere cum regibus.
Non enim ego te censeo peiorem mortalium alium
Esse, qui cum Atridis sub Troiam uenerunt.
Quare non reges in ore habens concioneris,
Et ipsis iurgia inferas, reditumq; serues.
Neq; adhuc aperte scimus, quomodo erūt hæc opera,
An bene an male redibimus filij Achiuorum.
Quare nunc Atridæ Agamemnoni ductori populorum
Desine contendere, quia ei ualde multa dant
Heroës Danai. tu autem conuicians concionaris.
Sed tibi edico, hoc & perfectum erit:
Si qua te insanientem inuenero sicut hic,
Ne & posthac Vlyssi caput humeris adsit,
Neq; Telemachi pater uocatus sim,
Si nō ego te cōprehendens quidē proprias uestes exuero,
Pallamq; & intusium, quæq; pudenda contegunt,
Te autem flentem ueloces ad naues dimisero,
Verberans in concione acribus plagis.

Sic dixit: sceptroq; scapulas atq; humeros
Percussit. hic aũt inclinatus est, salsaq; ei excidit lachry-
Vibex autem cruenta scapulis exorta est (ma,
Sceptro ab aureo. ipse autem sedit, timuitq;
Lugens, & turpiter intuens absorbebat lachrymam.
Illi autem quamuis mœsti, super ipso suauiter riserunt.
Sic autem quis dicebat ad propinquum alium:
Papæ', certe infinita Vlysses bona fecit,
Consiliaq; incipiens bona, bellumq; armans.
Nunc autem hoc q̃optimum in Argiuis fecit,
Qui hunc conuitiatorem nugatorem prohibuit concione:
Non ipsum iterum rursus permittet animus superbus
Obiurgare reges contumeliosis uerbis.
Sic dixerunt multitudo. sed urbispopulator Vlysses
Discessit sceptrum habens: apud autem cæsia Minerua
Similis præconi silere populum iussit:
Vt simulq; primiq; & postremi filij Achiuorum
Sermonem audirent, & intelligerent consilium,
Qui ipsis bene sentiens concionatus est, & dixit:
Vlysses Agamemnoni & Græcis. Atride, nunc te rex uolunt Achiui
Omnibus uituperatissimũ facere mortalibus hominibus,
Neq; tibi perficiunt promissum quod receperunt tibi
Huc uenientes ab Argo equestri,
Ilio exciso beneædificato redire.
Tanq̃ enim uel pueri adolescentuli uiduæ'ue mulieres
Inter se desiderant domum redire.
Certe quidem & opus est pertæsum redire:
Etenim aliquisq; unũ mensem manẽs procul à sua uxore,
Tristatur cum naui multas sedes habente, quam procellæ
Hybernæ intercludunt commotumq; mare.

Nobis autem nonus est reuertens annus
Hic permanentibus, quo non reprehendo Achiuos
Tristari apud naues rostratas. sed tamen etiam
Turpe diuq; manere, inanemq; redire.
Tolerate amici, & manete in annum, ut sciamus
Si uerum Calchas uaticinatur, an & non:
Probè enim iam hoc scimus in mētibus, estis autem omnes
Testes, quos non Parcæ iuerunt mortis ferentes
Heriq; & nudiustertius, quādo in Aulidē naues Græcorū
Congregabantur, mala Priamo & Troianis ferentes,
Nos autem circùm apud fontem sacra per altaria
Sacrificamus immortalibus perfectas hecatombas
Pulchra sub platano, unde fluebat liquida aqua.
Hic apparuit magnum signum draco per dorsa rubeus, Græcis in Aulide uisum portentum.
Horribilis, quem ipse olympius misit in lucem,
Sub altari egrediens ad platanum perrexit,
Vbi erant passeris pulli parui filij
Ramo in extremo sub folijs uolitantes
Octo, sed mater nona erat, quæ peperit filios.
Ibi ille hos miserabiliter comedit stridentes:
Mater autem circumuolabat lugens dilectos filios.
Hanc circunuolutus ala comprehendit circùm clamātem.
Sed postq̄ filios deuorauit passeris & ipsam,
Hunc quidem clarum fecit deus qui reddidit:
Lapidem enim ipsum fecit Saturni filius uersuti.
Nos autem stantes admirabamur quod factum est.
Vt igitur non leuia portenta deorum subiere hecatombas.
Calchas autem statim postea uaticinatus, dixit: Calchantis uaticinium.
Cur muti facti estis comati Achiui?
Nobis quidē hoc ostendit signū magnū cōsiliarius Iupiter

Berum, longum, cuius gloria nunq̃ perit:
Sic hic filios deuorauit passeris, & ipsam,
Octo, sed mater nona erat quæ peperit filios.
Sic nos tot annos bellabimus hic,
Decimo autem ciuitatem capiemus latam.
Ille sic significabat, hæ: iam nunc omnia perficiuntur.
Sed age manete omnes fortes Achiui
Hic, quousq; ciuitatem magnam Priami capiamus.
Sic dixit. Argiui aũt ualde clamauerũt, (circũ aũt na-
Terribiliter resonuerũt clamãtibus Achiuis) (ues
Sermonem laudantes Vlyssis diuini.

Nestor Græcis.

His autem dixit gerenius eques Nestor:
Papæ certe iam pueris similes loquimini
Infantibus, quibus non sunt curæ bellicosa opera:
Quo iam societatesq; & iuramenta ibunt nobis?
In igne iam consiliaq; eruntq; curæq; uirorum,
Sacraq; libata, & dextræ quibus credidimus:
Temere enim uerbis contendimus, neq; aliquod remediũ
Inuenire possumus multo tempore hic morantes:
Atride, tu autem sicut prius habens firmum consilium,
Impera Argiuis in fortibus prælijs,
Hos autem sine corrumpi unum & duos, qui Achiuorum
Seorsum consulent: perfectio autem non erit ipsis,
Ante Argos ire, quàm & Iouis ægidem tenentis
Cognoscamus an falsa promissio, an & non?
Dico enim igitur annuisse præualidum Saturnidem
Die illo, quando nauibus in citis uenerunt
Argiui, Troianis mortem & parcam ferentes,
Fulgurantem dextera, diuina signa ostendentem:
Quare non aliquis prius festinabit domum redire,

Priusquam aliquem apud Troianorum uxorẽ dormiat,
Punire & Helenæ incitamentaq; gemitusq;.
Si autem aliquis formidolose uelit domum ire,
Tangat suam nauem bonas sedes habentem nigram,
Vt ante alios mortem & fatum capiat.
Sed rex tu bene cura, & crede alteri,
Non abiectum uerbum erit quod dicam:
Secerne uiros per nationes Agamemnon,
Vt nationes nationibus auxilientur, gentes & gentibus:
Si autem sic facies, & tibi obedient Achiui,
Cognosces postea qui ducum malus quisq; populorum,
Siue qui bonus erit, per seipsos enim pugnabunt:
Cognosces uero si & uaticinio ciuitatem non destrues,
An uirorum malignitate & imperitia belli.
Hunc respondens allocutus est rex Agamemnon:
Certe quidem rursus concione uincis filios Achiuorum:
Vtinam enim Iupiterq; pater, & Pallas, & Apollo,
Tales decem mihi consultores essent Achiuorum,
Hoc cito caderet ciuitas Priami regis
Manibus sub uestris captaq;, destructaq;.
Sed mihi Aegiochus Saturnides Iupiter dolores dedit,
Qui me inter insolubiles lites & contentiones iniecit:
Etenim ego Achillesq; pugnauimus gratia puellæ
Contrariis uerbis: ego autem incœpi sæuiens.
Si autem unq̃ in unum consultabimus, non amplius postea
Troianis dilatio mali erit neq; paululum.
Nunc autem uenite ad cœnam, ut conducamus martem.
Bene quidem aliquis hastam acuat, bene & scutũ ponat,
Bene & aliquis equis cœnam det uelocespedes habẽtibus,
Bene & aliquis currum utrinq; uidẽs belli curam habeat,

Agamemnõ Nestori.
Decem Nestores optat Agamẽnon.

Vt per totam diem odioso diuisi simus marte:
Non enim cessatio postea erit neq; paululum,
Nisi nox ueniens dirimat robora uirorum.
Sudabit quidem alicuius lorum circa pectora (tigauit.
Scuti circūtegentis hominem, circa aūt lanceam manū fa
Sudabit & alicuius equus politum currum trahens.
Quem autem ego seorsum à pugna uolentem intelligam
Manere apud naues rostratas, non ei postea
Sufficientia erit fugere canes & aues.
Sic dixit. Argiui aūt ualde strepuerūt, sicut quādo un
Litore in alto quando mouet Notus ueniens (da
Proiecto scopulo, quem nunquam undæ relinquūt
Omnium uentorum, quando huc uel illuc fiunt,
Surgentes ruebant sparsi ad naues.
Fumigaruntq; in tentorijs, & cœnam capiebant.
Alius aūt alij sacrificabat deorum semper existentium,
Orans mortem fugere & stragem martis.
Sed hic bouem sacrificauit rex uirorum Agamemnon
Pinguem, quinquennem, ualde potēti Saturnidæ.

Agamēmnō summos Græcorum in cō uiuiū uocat.

Vocauit autem senes optimos omnium Græcorum,
Nestorem quidem primum & Idomeneum regem,
Sed postea Aiaces duos & Tydei filium,
Sextum autem rursus Vlyssem Ioui consilio similem,
Spontaneus autem ei uenit uocem bonus Menelaus,

Menela⁹ nō uocatus accedit fratris conuiuium.

Sciebat enim in animo fratrem quomodo laborabat.
Bouem autem circumstatuerunt, & molas acceperunt.
His & orans in dixit rex Agamemnō: (re habitās,
Iupiter gloriosissime, maxīe, nigras nebulas faciēs, ī æthe

Iupiter īplorat ab Aga.

Non prius in solem gredi & in tenebras uenire,
Quàm me pronum deijcere Priami palatium

Ardens, urere & igne combustiuo portas,
Hectoream & camiseam circa pectora diuidere
Ense scissam: multi & circa ipsum socij
Proni in pulueribus mordicus capiant terrã.
Sic dixit. neq; ei perfecit Saturnides:
Sed hic suscepit quidem sacrificia, laborẽ aũt magnũ au-
Sed postq̃ precati sunt, & molas proiecerunt, (gebat.
Rursus traxerunt quidẽ primũ, & iugulauerũt, & exco
Cruraq; inciderũt, ualdeq; omẽto coopuerũt (riauerũt,
Dupliciter facientes. in ipsis aũt crudas carnes posuerũt:
Et hæc quidem lignis scissis sine folijs, urebant:
Intestina aũt infigentes superhabebant Vulcano.
Sed postq̃ ualde crura cõbusserunt & intestina comede-
Minutimq; inciderũt alia & circũ uerua fixerũt (rũt,
Assaueruntq; ualde scienter, traxeruntq; omnia.
Sed postq̃ cessauerunt à labore, feceruntq; couuiuium,
Conuiuati sunt, neq; animus indigebat conuiuio æquali.
Sed postq̃ potus & cibi amorem perfecerunt,
His uerbis incepit gerenius eques Nestor:
Atride gloriosissime rex uirorum Agamemnon, Nestor Agamemnoni.
Ne nunc diu iterum dicamus, neq; diu
Differamus opus quod deus dabit.
Sed age præcones quidẽ Achiuorũ æreãloricãhabentium
Populum uocantes congregate ad naues:
Nos autem congregati hic in exercitu lato Achiuorum
Eamus, ut citius suscitemus uelocem martem.
Sic dixit. neq; non persuasus est rex uirorũ Agamemnon.
Statim præconibus stridulis iussit Græci ad pugnam se parant.
Vocare ad bellum capite comatos Achiuos. (citer.
Hi quidem uocauerunt, illi aũt cõgregati sunt ualde uelo-

Hi autem circa Atridem diuini reges (nerua,
Irruerunt diuidentes, simul aũt glaucos oculos habẽs Mi
Scutũ habens ualde bonoratũ, non senescẽs, immortaleq;,
Cuius centum fimbriæ totæ aureæ pendebant,
Omnes beneplicatæ, centum numorum & unaquæq;:
Cum hoc impetum faciẽs ibat per populum Achiuorum,
Concitans ire, in autem robur commouit unicuiq;
Corde incessanter bellare & pugnare.
His autem statim bellum dulcius factum est, q̃ redire
In nauibus concauis dilectam in patriam terram.
Velut ignis latens comburit immensam syluam
Montis in uerticibus, délonge aũt apparet splendor:
Sic horum abeuntium æris admirabilis
Splendor ualde apparens per aërem in cœlum ibat.
Horum sicutq; auium uolatilium gentes multæ
Anserum uel gruum, uel cygnorũ longũ collum habentium
Asiatico in prato Caystri circa fluenta.
Huc & illuc uolant gaudentes alis,
Resonanter sedentium resonat & pratum:
Sic horum gentes multæ nauibus & ab tentorijs
In planitiem ruebant Scamandriam: sed sub terra
Terribiliter resonabat pedibus ipsorum & equorum:
Steterunt autem in prato Scamandrio florido
Infiniti, quotq; folia & flores fiunt uere:
Veluti muscarum frequentium gentes multæ,
Quæq; in stabulo pastorali errant
Tempore in uerno, quandoq; lac uasa madefacit:
Tot contra Troianos capite comati Achiui
In campo stabant uastare prompti.
Compatio Hos & utq; greges magnas caprarum caprarij uiri

Facile diuidunt postq̄ pabulo miscent: *opilionum.*
Sic hos ductores diuidebant huc & illuc
Ad pugnam ire: cum autem rex Agamemnon *Agamemnō*
Oculos & caput similis Ioui gaudentifulgure, *Græcorū e-*
Marti autem cingulum, pectus autem Neptuno, *minētissim⁹*
Velut bos armento ualde eximius fuit omnium *Compara-*
Taurus, hic enim bobus in decet congregatis, *tio tauri.*
Talem Atridem posuit Iupiter die illo
Valde præstantem in multis & eximium heroibus,
Dicite nunc mihi musæ cœlestes domos habentes, *Poëta Mu-*
Vos enim deæ estis, adestisq;, scitisq; omnia, *sas inuocat.*
Nos autem famam solum audiuimus, neq; scimus,
Qui ductores Danaorum & domini erant.
Multitudinem autem non ego dicam, neq; nominabo,
Neq; si mihi decem quidem linguæ, decem & ora essent,
Vox & infrangibilis, æreum & mihi cor inessent,
Nisi cœlestes Musæ Iouis Aegiochi
Filiæ dicant, quot sub Ilium uenerunt.
Principes nauium dicam, nauesq; omnes.

DENVMERATIO NAVIVM, VEL, BOEOTIA.

Catalogus Græcorũ. Bœotij.



OEotijs quidem Peneleus & Leitus imperabant,
Arcesilausq́;, Prothenorq́;, Cloniusq́;
Quiq́; Hyrien habitabant & Aulidam petrosam,
Schœnumq́;, Scolumq́; multoscolles habentemq́; Eteonum,
Thespiã, Græamq́;, & latum locum habentẽ Mycalessum,
Quiq́; circum Harma habitabant, Ilesium, & Erythras,
Quiq́; Eleona habitabant, & Hilem, & Peteona,
Ocalen, Medeonaq́; beneædificatam urbem,
Copas, Eutresinq́;, multas columbas habentemq́; Thisben,
Quiq́; Coroneam & herbosam Haliartum,
Quiq́; Platæam habitabant, & qui Glissamq́; habitabant,
Quiq́; sub Thebis habitabant beneædificatam urbem,
Onchestumq́; sacrum Neptunium clarum nemus,
Quiq́; multas uuas habentẽ Arnẽ habitabãt, quiq́; Mideã,
Lissamq́; diuinam, Anthedonaq́; ultimam.
Horum quidem quinquaginta naues ibant, in unaquaq́;
Pueri Bœotiorum centum & uiginti ibant.
Quiq́; Aspledona habitabant, & Orchomenum Minyeũ,
His imperabat Ascalaphus & Ialmenus filij Martis,
Quos peperit Astioche in domo Actoris Azidæ
Virgo uerecunda superiorem partem domus ascendens
Marte forti: hic cum ipsa dormiuit clam.
Horum triginta concauæ naues ibant.

Phocenses. Sed Phocensibus Schedius & Epistrophus imperabant

Filij Iphiti magnanimi Naubolidæ.
Qui Cyparissum habitabant, Pythonaq; petrosam,
Crissamq; diuinam, & Daulida, & Panopea.
Quiq; Anemoriam, & Hyampolim circum habitabant,
Quiq; apud fluuium Cephisum diuinum habitabant,
Quiq; Lileam habitabant fonte in Cephiso.
Hos simul quadraginta nigræ naues sequebantur.
Hi quidem Phocensiũ turmas ordinarunt circa laborãtes,
Bœotiorum autem prope in sinistra armabantur.
Locrensibus autem dux erat Oileus uelox Aiax, Locrenses.
Minor, non tantus quantus Telamonius Aiax,
Sed multo minor, paruus quidẽ erat lineãthoracamhabẽs.
Lancea autem ornabat omnes Græcos & Achiuos.
Qui Cynumq; habitabant, Opoëntaq;, Calliarumq;,
Bessamq;, Scarphamq;, Augiasq; amabiles,
Tarphamq;, Throniumq;, Boagrij circum fluenta.
Hunc simul quadraginta nigræ naues sequebantur
Locrorum, qui habitant ultra sacram Euboiam.
Qui aũt Euboiam habitabant robore spirantes Abantes, Euboici.
Chalcidaq;, Eretriamq;, multasuuashabentemq; Istiæam
Corinthumq; maritimam, Dijq; altam urbem.
Quiq; Carystum habitabant, & qui Styram habitabant,
Horum autem rursus dux erat Elephenor ramus Martis
Chalcodonciades magnanimorum princeps Abantum.
Hũc & simul Abantes sequebant ueloces, à tergo comati,
Pugnatores prompti longis hastis fraxineis
Thoracas scindere inimicorum circa pectora.
Hunc simul quadraginta nigræ naues sequebantur.
Qui autem Athenas habitabant ædificatam urbem, Athenẽses.
Populum Erechthei magnanimi, quem aliquãdo Minerua Erechtheus,

Nutriuit Iouis filia, peperit autem fertilis terra:
In aut Mineruæ sedere fecit proprio in pingui templo:
Illic enim ipsam tauris & agnis placant
Pueri Atheniensium circumuoluentibus annis.
Horum rursus dux erat filius Penthei Mnestheus.
Huic nondum aliquis similis terrestris genitus est uir,
Ordinare equosq; & uiros scutatos.
Nestor solus contendebat: hic enim antiquior erat.
Hunc simul quinquaginta nigræ naues sequebantur.
Salamini. Aiax autem ex Salamine ducebat duodecim naues:
Stetit aut ducens ubi Atheniensium stabant phalanges.
Qui autem Argosq; habitabant, Tirynthaq; benemuratā,
Hermionē, Asinemq; profundū sinū detinētes, (daurū,
Trœzenā, Eïonasq; littorales, & uuibus abundātem Epi
Argiui. Quiq; habitabant Aeginā Masitamq; iuuenes Achiuorū.
Horum rursus dux erat uocem bonus Diomedes,
Et Sthenelus Capanei inclyti dilectus filius.
His autem simul Euryalus tertius ibat similis deo uir
Mecistei filius Talaïonidæ regis.
Cum omnibus autem dux erat prælio bonus Diomedes.
Hos autem simul octoginta nigræ naues sequebantur.
Mycenæi. Qui & Mycenas habitabant beneædificatam urbem,
Diuitemq; Corinthum, beneædificatasq; Cleonas,
Orniasq; habitabāt, Aræthyreamq; amabilem,
Et Sicyona, ubi Adrastus primum regnauit,
Quiq; Hyperesiamq;, & excelsam Gonoessam,
Pellenamq; habitabant, & Aegium habitabant,
Litusq; supra totum & circa Elicem latam.
Horum centum nauibus imperabat diuus Agamemnon
Atrides, simul hunc multi plurimi & optimi

Populi sequebantur: sed ipse induit splendidum æs,
Glorians quod omnibus præstabat heroibus:
Quoniã optimus erat multũ, et plurimos ducebat populos
Quiq; habitabant concauam Lacedæmonem immensam
Pharemq;, Spartemq; multarum columbarum messem,
Bryseasq; habitabant & Augias amabiles,
Quiq; Amyclas habitabant, Helosq; maritimam urbem
Quiq; Laam habitabant, & Oetylon habitabant.
Horum ipsius frater imperabat bonus Menelaus
Sexaginta nauibus: seorsum autem armabantur:
Sed ipse ibat suis prmptitudinibus persuasus,
Incitans bellumq; maxime, & cupiebat in animo
Punire Helenæ incitamentaq; suspirationesq;.
Quiq; Pylumq; habitabant & Arenem amabilem,
Et Thryon Alphei uadum, & beneædificatam Aepy;
Et Cyparissentem & Amphigeniam habitabant,
Et Pteleon & Helos, & Dorion, illicq; musæ
Obuiantes Thamyrim Threiciũ cessare fecerũt à cantu — Thamyris fabula.
Ex Aechalia uenientem ab Euryto Aechalio:
Promisit enim glorians uincere si etiam ipsæ
Musæ canerent filiæ Iouis Aegiochi:
Hæ autem iratæ cæcum fecerunt, & cantum
Diuinum abstulerunt, & obliuisci fecerunt citharistam.
Hos rursus ducebat gerenius eques Nestor.
Horum autem nonaginta concauæ naues ibant.
Quiq; habitabant Arcadiam sub Cyllenes monte altam — Arcades.
Aepytium apud sepulchrum, ubi uiri bellicosi,
Qui Pheneũq; habitabãt & Orchomenũ multarũ pecudũ,
Ripemq;, Stratiemq;, & uentosam Enispem,
Et Tegeem habitabant, & Mantineam amabilem.

Stymphelumq́; habitabant, & Parrasiem habitabant.
His imperabat Ancæi filius dominus Agapenor
Sexaginta nauibus. multi autem in naui singula erant
Arcades uiri inscenderant scientes præliari:
Ipse enim ipsis dedit rex uirorum Agamemnon
Naues bonas sedes habentes transire in nigrum pontum
Atrides: quoniam non ipsis marina opera erant curæ.
Qui & Buprasiumq́; & Elidem diuinam habitabant,
Quantum in Hyrmine & Myrsinus ultima
Petraq́; Olenia & Alisium intus continet.
Horũ rursus quatuor principes erant: decẽ aũt uirũ unũ-
Naues sequebant ueloces, multi & ibant iuuenes. (queq́;
Horum quidem Amphimachus & Thalpius imperauerant
Filij: alter quidem Cteati, alter autẽ Euryti Actorionis.
His autem Amarycides imperabat fortis Diores.
Horum autem quartus imperabat Polyxenus deosimilis,
Filius Agasthenis Augeiadæ regis,
Qui & ex Dulichio, Echinadibusq́; sacris
Insulis, quæ habitant ultra mare Elidam contra.
Hos rursus ducebat Meges similis Marti
Phylides, quem generauit Ioui dilectus eques Phyleus,
Qui quondam Dulichium reliquit patri iratus.
Hunc simul quadraginta nigræ naues sequebantur.
Vlysses. Sed Vlysses ducebat Cephalenienses magnanimos,
Qui Ithacam habitabant, & Neritum altam,
Et Crocyliam habitabant & Aegilipam asperam,
Quiq́; Zacynthum habitabant, & qui Samum habitabãt,
Quiq́; Epirum habitabant, & Antiperæa habitabant.
His quidem Vlysses imperabat Ioui consilio similis.
Hũc simul naues sequebãt duodecim proras rubras habẽtes.

Aetolis autem imperabat Thoas Andræmonis filius. Aetoli.
Qui Pleurona habitabāt, & Olenum, & Pylenā,
Chalcidaq́; maritimam, Calydonaq́; petrosam.
Non enim etiam Oenei magnanimi filij erāt:
Neq; item ipse erat amplius, mortuus aūt erat flauus Meleager.
Huic autem omnia erāt commissa imperare Aetolis.
Hunc aūt simul quadraginta nigræ naues sequebantur.
Cretenses aūt Idomeneus inhastagloriosus ducebat. Cretenses.
Qui Cnossumq́; habitabant, Gortynāq́; muratam,
Lyctum, Miletumq́;, & albam Lycastum,
Phæstumq́; Rhytiumq́; ciuitates benehabitatas,
Alijq; qui Cretam centumurbinm habitabant:
Hos quidem igitur Idomeneus inhastagloriosus ducebat.
Merionesq́; similis Marti uirosoccidenti.
Hos autem simul octoginta nigræ naues sequebantur.
Tleptolemus autem Heraclides bonusq́; magnusq́; Rhodij.
Ex Rhodo nouem naues ducebat Rhodiensiū superborū.
Qui Rhodum habitabant tripliciter ornantes,
Lindum, Ialyssumq́;, & albam Camirum.
Hos quidem Tleptolemus inhastagloriosus ducebat,
Quem peperit Astyochia fortitudine herculea,
Quam duxit ex Ephyre fluuio ab Selleente
Destruens ciuitates multas diuinorum iuuenum.
Tleptolemus aūt postq̄ nutritus est in domo benecōpacta,
Statim patrui sui dilectum auunculum interfecit
Iam senescentem Licymnium, ramum Martis.
Statim aūt naues fecit: multū aūt hic populū cōgregans
Iuit fugiens in Pontum: minati sunt enim ipsi alij
Filij nepotesq́; fortitudinis Herculeæ.
Sed hic Rhodum uenit errans, dolores patiens.

Tripliciter aũt habitata est secundũ tribus, & dilecta est
Ex Ioue, qui deis & hominibus imperat:
Et ipsis magnas diuitias fudit Saturnius.
Nireus autem rursus ex Syma duxit tres naues aequales,
Nireus Aglaïes filius Charopiq; regis,
Nireus, qui pulcherrimus uir sub Ilium uenit
Aliorum Danaorum post irreprehensibilem Pelidem,
Sed imbecillis erat, paucus aũt ipsum sequebatur populus.
Qui aũt Nisyrumq; habitabãt, Crapathumq;, Casumq;,
Et Con Eurypyli ciuitatem, insulasq; Calydnas:
Hos rursus Phidippusq; & Antiphus duxerant,
Thessali filij duo Herculidae regis.
Horum triginta concauae naues ibant.
Nunc autẽ ipsos quicunq; Pelasgicũ Argos habitabant,
Quiq; Alon, quiq; Alopem, quiq; Trechinam incolebant,
Quiq; habitabãt Phthiã & Hellada pulchras mulieres habentẽs:
Myrmidones aũt uocabant Hellenes & Achiui:
Horũ rursus quinquaginta nauiũ erat princeps Achilles:
Sed hi non belli malesonantis recordabantur:
Non enim erat qui ipsis in ordines dux esset,
Iacebat enim in nauibus pedibus uelox diuinus Achilles,
Puella iratus Briseide benecomata,
Quam ex Lyrnesso abstulit, multa laborans,
Lyrnessum destruens, & muros Thebae:
Sed Minytem deiecit & Epistrophum bellicosos
Filios Euenei Selipiadae regis.
Hac hic iacet dolens: cito autem surgere futurus erat.
Qui aũt habitabant Phylacem, & Parrhasum floridam
Cereris nemus, Itonaq; matrem ouium,
Maritimamq; Antrona, & Pteleum herbosam,

Nireus Graecorũ formosissimus.

Horum rursus Protesilaus bellicosus dux erat
Viuus existens: tunc autem iam detinebat terra nigra:
Huius autem & tota mœsta uxor Phylace relicta est,
Et domus semiperfecta. hũc aũt interfecit Dardanus uir
Naui exilientẽ multò primũ Achiuorũ (principem,
Neq; quidẽ neq; hi sine principe erant: desiderabãt quidẽ
Sed ipsos ornauit pedibus uelox ramus Martis
Iphicli filius multarum ouium Phylacidæ,
Frater magnanimi Protesilai,
Iunior ætate: hic prior & melior
Heros Protesilaus bellicosus: neq; populi
Indigebãt ductore: desiderabãt aũt ipsum bonũ existentẽ:
Hunc simul quadraginta nigræ naues sequebantur.
Qui autem Pheras habitabant apud Bœbeidem paludem,
Bœbem, & Glaphyras, & bene ædificatam Iaolcum:
Horũ imperabat Admeti dilectus filius undecim nauibus
Eumelus: hunc ab Admeto peperit diuina mulierum
Alcestis, Peliæ filiarum forma optima.
Quiq; Methonem, & Thaumaciam habitabant,
Et Meliboeam habitabant, & Olizonem asperam:
His autem Philoctetes ipse præerat arcuum peritus, Philoctetes.
Septem nauibus, remiges aũt in unaquaq; quinquaginta
Iuerunt, arcubus bene scientes fortiter pugnare.
Sed hic quidem in insula iacebat fortes dolores patiens,
Lemno in diuina, ubi ipsum reliquerunt filij Achiuorum,
Vlcere laborantem malo perniciosi hydri:
Illic hic iacebat: cito autem recordari futuri erant
Argiui apud naues Philoctetæ regis.
Neq; quidẽ neq; hi sine principe erãt: desiderabãt quidem
Sed Medon ornauit, Oilei nothus filius: (principẽ,

Quem peperit Rhena sub Oileo urbiumeuersore.
Quiq; habitabant Triccem & Ithomem asperam,
Podalyrius *Quiq; habitabant Oechaliam ciuitatem Euryti Oechalij:*
& Machaō *Hi rursus duces erant Aesulapij duo filij*
filij Aescu- *Medici boni, Podalyrius & Machaon:*
lapij. *Hi triginta concauae naues ibant.*
Quiq; habitabant Ormenium, quiq; fontem Hyperiam,
Quiq; habitabant Asterium, Titaniq; albos uertices:
Horum dux erat Eurypylus Euaemonis praeclarus filius.
Hos simul quadraginta nigrae naues sequebantur.
Quiq; Argissam habitabant, & Gyrtonim habitabant,
Orthem Elonemq;, ciuitatemq; Oloossena albam:
Meneptole- *Hi rursus dux erat Meneptolemus Polypoetes*
mus. *Filius Pirithoi, quem immortalis genuit Iupiter.*
Hunc sub Pirithoo peperit inclyta Hippodamia
Die illo, quando Centauros puniuit uillosos:
Hos ex Pelio expulit, & Ethicibus propinquare fecit,
Non solus, simul cum hoc Leonteus ramus Martis,
Filius magnanimi Coroni Caenidae.
Hos simul quadraginta nigrae naues sequebantur.
[illegible] *Guneus aūt ex Cypho ducebat duas & uiginti naues.*
Hunc Enienes sequebantur, bellicosiq; Peraeboi,
Qui cira Dodonem tempestuosissime domos posuerunt,
Quiq; circa desiderabilem Titaresium habitabant,
Qui in Peneum immittit pulchrefluentem aquam:
Neq; hic Peneo coniūgitur argenteosuorticeshabente,
Sed ipsum desuper influit tanq̃ oleum.
Prothous *Iuramenti enim grauis Stygis aquae est fluxus.*
princeps *Magnetis imperabat Prothous Terthredonis filius,*
Magnetū *Qui circa Peneum & Pelium altum*

Habitabant: his quidem Prothous uelox dux erat.
Hunc simul quadraginta nigræ naues sequebantur.
Hi ductores Danaorum & principes erant.
Quis horum optimus erat tu mihi dic Musa,
Ipsorum & equorum, qui simul Atridas sequebantur:
Equæ quidem multo optimæ erant Pheretiadæ, Equæ Eumeli uelocissimæ.
Quas Eumelus equitabat pedibus ueloces aues tanquam
Similium crinium, similis ætatis, circino in dorsum similes:
Quas in Pieria nutriuit argenteum arcum habēs Apollo,
Ambas fœminas, timorem Martis ferentes.
Virorum multo optimus erat Telamonius Aiax, Aiax fortissimus.
Donec Achilles erat iratus: hic. n. multo fortissimus erat: Achilles Græcorum omnium fortissimus.
Equi ipsius ferebant irreprehensibilem Pelidem:
Sed hic quidē in nauibus rostratis per pontū transeuntibus
Iacebat iratus Agamemnoni pastori populorum
Atridæ: populi autem apud litus maris
Discis delectabantur, & iaculis mittentes,
Arcubusq́;: equi autem apud currus proprios unusquisq́;
Lotum comedentes, in paludeq́; nutritum selinum,
Steterunt: currus autem bene ornati iacebant imperatorū
In tentorijs. hi autem principem bellicosum desiderantes
Ibant huc & illuc in exercitu, neq; pugnabant.
Hi autem ibant tanq̄ igne terra tota pasceretur,
Terra autem substrepebat Ioue tanq̄ fulminatore
Irato, quando circa Typheum terram uerberabat
In Arimis, ubi dicunt Typhei esse sedes.
Sic horum sub pedibus magna suspirabat terra
Venientium, ualde aūt ualociter pertransibant campum.
Troianis aūt nūtia uenit in pedibus uentū habēs uelox Iris,
A' Ioue Aegiocho cum nuntio tristi:

Hi conciones loquebantur in Priami uestibulis
Omnes congregati, & iuuenes & senes:
Prope autem stans allocuta est pedesuelox Iris:
Polites. Similis erat autem uoce filio Priami Politæ,
Qui Troianorum speculator sedebat pedũ uelocitatibus cõ
Sepulchro in summo Aesyeti senis, (fisus,
Expectans quando à nauibus irruerent Achiui:
Huic ipsum similis allocuta est pedibusuelox Iris:
Iris mittit ad Troiãos. O senex, semper tibi uerba dilecta multa sunt,
Sicut quando in pace, bellum aũt ineuitabile irruit:
Certe quidẽ iã ualde multas pugnas ingressi sunt uirorũ,
Sed nondum talem tantumq; populum uidi:
Valde enim folijs similes erant uel harenis,
Veniunt campo pugnaturi circa ciuitatem.
Iris ad Hectorem. Hector, tibi autem maxime iubeo sic & facere:
Multi enim in ciuitate magna Priami auxiliatores,
Alia autem aliorum lingua seminatorum hominum,
His unusquisq; uir iubeat quibus imperat:
His autem imperet ornans ciues.
Sic dixit. Hector autem non deæ uerbum ignorauit.
Statim autem soluit concionem, in arma autem ruebant.
Omnes aũt apertæ sunt portæ: extra aũt ruit populus,
Pedestresq; equestresq;: multus aũt tumultus cõmotus est.
Est autem quoddam ante ciuitatem altum iugum,
In planitie seorsum circumcurribile huc & illuc,
Hoc certe uiri Batieam uocant,
Myrines sepulchrum. Immortales autem sepulchrum Polyscarthmi Myrines:
Illic tunc Troianiq; diuisi sunt & auxiliatores:
Troiani in aciẽ pdeũt. Troianis aũt dux erat magnus ornatã galeã habẽs Hector
Priamides: simul cum hoc multò plurimi & optimi

Populi armabantur promptis lanceis.
Dardanijs rursus imperabat bonus filius Anchisæ
Aeneas. hunc autem sub Anchise peperit diuina Venus
Idæ in uirgultis, dea cum homine dormiens.
Non solus, simul cum hoc duo Antenoris filij
Archilochusq; Acamasq;, pugnæ bene scientes omnis.
Qui autem Zeleam habitabant sub pedem ultimum Idæ,
Diuites, bibentes aquam nigram Aesepi
Troiani: his rursus imperabat Lycaonis clarus filius
Pandarus, cui & arcum Apollo ipse dedit.
Qui aũt Adrestiãq; habitabant & populum Apæsi,
Et Pityam habitabant, & Teries montem altum:
His impabat Adrastusq;, & Amphius lineãthoracẽhabẽs,
Filij duo Meropis Percosii, qui super omnes
Sciebat uaticinia: neq; suos filios sinebat
Ire in bellum hominibus perniciosum. hi autem ipsi non
Obediuerunt: Parcæ enim ducebant nigræ mortis.
Quiq; Percotem & Practium habitabant,
Et Sestum & Abydum habitabant, & diuinam Arisbem:
His rursus Hyrtacides imperabat Asius, princeps uirorũ,
Asius Hyrtacides, quem ex Arisba ferebant equi
Ardentes, magni, fluuio à Selleente.
Hippothous aũt ducebat gẽtes Pelasgorum bellicosorum:
Horum aliqui Larissam fertilem habitabant:
His imperabat Hippothousq; Pyleusq; ramus Martis,
Filij duo Lithi Pelasgi Teutamidæ.
Sed Threicios ducebant Acamas & Pirous heros,
Quot Hellespontus perfluens intus continet.
Euphemus autem princeps Ciconum erat bellicosorum,
Filius Trœzenij diuini Ceadæ.

Aeneas Dardanis præest.

Pandarus Lycaonis filius.

Adrastus et Amphius filij Percosii.

Hyrtacides Asius.

Hippothous Pelasgis dux.

Pyleus.

Acamas.

Pirous.

Euphemus ciconũ dux

Pyræchmes | Sed Pyræchmes ducebat Pæonas curuis arcubus utentes
Longe ex Amydone ab Axio late fluente:
Axio, cuius optima aqua inspargitur terram.
Paphlagones. | Paphlagonibus autem præerat Pylæmenis hirsutum cor
Ex Enetis, ubi mulorum generatio agrestium.
Qui Cytorum habitabant, & Sesamum habitabant,
Circaq; Parthenium fluuium inclytas domos habitabant,
Crommamq;, Aegialumq;, & altos Erythinos.
Halyzonum principes. | Sed Halyzonis Dius & Epistrophus imperabant,
Longe ex Alybe, unde argenti est origo.
Mysiorum principes. | Mysis autem Chromis imperabat & Ennomus augur:
Sed non augurijs liberauit mortem nigram,
Sed interfectus est à manibus uelocis Aeacidæ
In fluuio, ubi Troianos interfecit & alios.
Phrygiorũ principes. | Phorcys rursus Phrygios ducebat, & Ascanius diuinus,
Longe ex Ascania: prompti autẽ erant pugna pugnare.
Mæonijs rursus Mesthlesq; & Antiphus præerant
Filij Pylæmenis: hos Gygæa peperit in palude,
Qui & Mæonas ducebant sub Tmolo natos.
Nastes rursus Caris præerat barbarè loquentibus.
Qui Miletum habitabant, Phthirumq; montem altum,
Mæandriq; fluxus, Mycalesq; altas summitates:
His quidem Amphimachusq; & Nastes præerant,
Nastes Amphimachusq; Nomionis clari filij,
Qui & aurum habens ad bellum ibat uelut puella
Stulta: neq; quicq̃ ipsi hoc remouit grauem mortem,
Sed mortuus est sub manibus uelocis Aeacidæ
In fluuio: aurum autem Achilles portauit prudens.
Sarpedonq; impabat Lycijs, & Glaucus irreprehensibilis
Longe ex Lycia Xantho à uorticoso.

ARGVMENTVM Γ. HOMERI COMPOSITIONIS.

ALexandro prouocante Menelaum in bellũ, inducijs omnium iuramenta fiunt: ad vincentem virum Helenam accipere & opes ipsius. Victum autem Alexandrum Venus rapit, & in proprium cubiculum abducens, accersit à muro Helenam. Hi autem conuersantes in somnum vertuntur.

d v

ILIADIS Γ. HOMERI COMPOSITIONIS

Gamma aũt circa Helenam solis bellum est maritis.



Ed postq̃ ornati sunt simul cum ductoribus singuli,
Troiani quidem sonituq; clamoreq́;
ibant aues sicut, (te,
Comparatio gruum. Velutq; sonitus gruũ est cœlitus ante
Quæq; postq̃ hyemẽ fugierũt & immensum imbrem,
Sonitu hæ uolãt in oceani fluxibus, (mensum imbrem,
Gruum cũ Pygmæis bellum. Viris Pygmæis cædem & fatum ferentes:
Aëriæq; hæ malam contentionem ferunt.
Hi autem ibant silentio furorem spirantes Achiui,
In animo prompti auxiliari adinuicem.
Quando montis summitatibus Notus effudit nebulam
Pastoribus nequaq̃ gratam, furi autem nocte meliorem.
Tantum aliquis uidet, quantum in lapidem mittit:
Sic horum sub pedibus puluis motus est turbulentus
Venientium, ualde .n. celeriter pertransierunt campum.
Hi autem quando propè erant adinuicem uenientes,
Paridis temeritas. Troianis quidem in prima acie erat Alexander diuinus
Pellem pardi humeris habens, & flexibiles arcus,
Et ensem: sed hic lanceas duas acuminatas ferro
Alexander ꝓuocat fortissimũ quẽque. Vibrans, Arginorum prouocabat omnes optimos
Contrà pugnare in graui pugna.
Hunc postq̃ cognouit bellicosus Menelaus
Venientem ante turbam longe transeuntem.
Comparatio leonis. Sicutq; leo gauisus est magno in corpore incidens,
Inueniens uel ceruum cornutum, uel syluestrem capram,

Esuriens: ualde enimq; deuorat, siquidem ipsum
Impellunt ueloces canes, teneriq; iuuenes:
Sic gauisus est Menelaus Alexandrum diuinum
Oculis uidens: dixit enim punire errantem.
Statim autem ex curribus cum armis saltauit ad terram.
Hunc postq̃ cognouit Alexander diuinus
In prima acie apparentem, percussum est charum cor: Tremor pavidis.
Retro autem sociorum in gentem secessit, mortẽ fugiens.
Sicut aũt quãdo aliqsq; draconẽ uidẽs retrouersus recessit
Montis in profunditatibus, tremor suscepit membra,
Retroq; secessit, pallorq; ipsum accepit in genis:
Sic retro in multitudinem iuit Troianorum superborum,
Timens Atrei filium Alexander diuinus.
Hunc autem Hector cõuiciabatur uidens, turpibus uerbis: Hectoris reprehẽsio in Paridem.
Male Paris, specie optime, & effœminate deceptor,
Vtinã deberes nõ generatus esse, et sine nuptijsq; perijsse:
Et hoc uellem, & quidem multò utilius esset,
Quàm sic nocumentumq; esse, & suspectum aliorum.
Certe cachinnabuntur comati Græci,
Dicentes optimum primum esse, quoniam bona
Species est: sed non est promptitudo mẽtibus, neq; aliqua
Certe talis existens, in uelocibus nauibus (fortitudo.
In pontum nauigans, socios amabiles congregans,
Mistus alienigenis, mulierem pulchram abduxisti
Ex longinqua terra, sponsam uirorum bellicosorum,
Patriq; tuo magnũ detrimentum ciuitatiq;, totiq; populos
Inimicis quidem gaudium, tristitiam aũt tibi ipsi?
Non expectabis bellicosum Menelaum?
Cognoscesq; cuius uiri habes teneram uxorem?
Non tibi iuuabit Venus, & dona Veneris,

Et coma, & species, quando in pulueribus mistus eris.
Sed ualde Troiani certe timidi, nunc
Lapideam indue tunicam malorum gratia quæ fecisti.

Paris Hectori.

Hunc rursus allocutus est Alexander diuinus:
Hector, quoniã me secundũ decẽs obiurgasti, neq; præter
Semper tibi cor, securis sicut, est indomitũ, (decens
Quæ immittitur lignum à uiro, qui certe arte
Nauale incidit, auget & uiri desiderium:
Sic tibi in pectoribus intrepida mens est.

Deorũ dona nemini obijcienda.

Ne mihi dona amabilia obijcias aureæ Veneris:
Non obijcienda sunt deorum gloriosa dona
Quæcunq; ipsi dant: uolũtarius aũt nõ aliquis acciperet.
Nunc autem rursus si me uis bellare & pugnare,

Singulare certamẽ Paridis cũ Menelao.

Alios quidem sedere facias Troianos & omnes Achiuos,
Et me in medio & bellicosum Meneleaum
Committite pro Helena & opibus omnibus pugnare:
Vter autem uincet meliorq; erit,
Opes accipiens bene omnes mulieremq;, domum ducat.
Sed alij amicitiam & iuramenta fidelia scientes,
Habitate Troiam fertilem: hi autem eant
Argos in equiferũ & Achaida pulchras mulieres habentẽ.
Sic dixit. Hector aũt rursus gauisus est ualde uerbum
Et in mediũ iens Troianorũ, prohibuit turmas, (audiẽs:
Mediam lanceam accipiens: hi aũt firmati sunt omnes.
Nunc contra sagittabant comati Achiui,
Sagittisq; uulnerantes lapidibusq; iaciebant.
Sed hic longe clamauit rex uirorum Agamemnon,
Abstinete Argiui, non iacite iuuenes Achiuorum:
Promittit .n. uerbum dicere galeã ornatã habens Hector.
Sic dixit, hi aũt abstinuerũt à pugna, mutiq; facti sunt

Cito: Hector autem cum utrisq; locutus est:
Audite à me Troiani & fortes Achiui
Verbum Alexandri, cuius gratia contentio mota est.
Alios quidem iubet Troianos, & omnes Achiuos
Arma pulchra deponere in terra multapascenti,
Ipsum autem in medio & bellicosum Menelaum
Solos de Helena & opibus omnibus pugnare:
Vter autem uincet meliorq; erit,
Opes accipiens omnes mulieremq;, domum ducat,
Hi alij amicitiam & iuramenta fidelia obseruemus.
Sic dixit. hi autem omnes quietè facti sunt cum silentio.
Hos autem & allocutus est uocem bonus Menelaus:
Audite nunc & me, maxime enim dolor capit
Animum meum: cogito autem separari iam
Argiuos & Troianos, quoniam mala multa passi estis,
Gratia meæ contentionis & Alexandri causa principij.
Nostrum autem utri mors & parca parata est,
Morietur: alij autem separamini citissime.
Portate autem agnum alterum album, alteram aũt nigrã
Terræq; & Soli, Ioui autem nos portabimus alium.
Ducite autem ad Priami uim, ut iuramenta faciat
Ipse: quoniam eius filij superbi & infidi:
Ne aliquis transgressione Iouis iuramenta lædat.
Semper autem iuniorum uirorum mentes sunt leues: Iuuentus instabilis.
Quibus autem senex aderit simul ante & post
Videbit, ut cito optime cum utrisq; fiat.
Sic dixit. hi autem gauisi sunt Græciq; Troianiq;,
Sperantes cessare ab ærumnoso bello.
Et equos quidem traxerunt ad ordines: exierunt aũt ipsi
Armaq; exuerunt, quæ quidem deposuerunt in terra,

Propè adinuicem pauca enim erat utrinq; terra.
Hector autem ad ciuitatem duos præcones misit
Statim agnosq; portare, Priamumq; uocare.
Sed hic Talthybium præmisit rex Agamemnon
Naues in concauas ire, & agnum iussit (diuino.
Portare: hic autem non est nō persuasus ab Agamemnone
Iris aūt rursus Helenæ albasulnashabenti nuntia uenit,
Similis cognatæ Antenoridæ uxori,
Quam Antenorides habuit rex Elicaon
Laodicem Priami filiarum specie optimam.
Hanc autem inuenit in domo, quæ magnam telā texebat,
Duplicem, splendidam: multa aūt impinxit certamina
Troianorūq; bellicosorū, & Achiuorū æreātunicāhabētiū,
Quæ ipsius causa passi sunt à Martis manibus.
Propè autem stans allocuta est pedibusuelox Iris:

Iris ad Helenam.

Huc ueni nympha chara, ut pulchra opera uideas
Troianorūq; bellicosorū, et Achiuorū æreātunicāhabētiū,
Qui prius adinuicem tulerunt lachrymosum Martem
In campo, perniciosi cupidi belli,
Qui iam nunc sedent silentio (bellum enim cessat)
Scutis inclinati, iuxtà autem lanceæ longæ fixæ sunt.
Sed Alexander & bellicosus Menelaus
Longis lanceis pugnabunt gratia tui,
Et uincenti chara uocaberis uxor.
Sic dicens, dea dulce desiderium iniecit animo,
Virīq; prioris & urbis, & parentum.
Statim autem splendidis cooperta uelis
Iuit ex cubiculo, teneram lachrymam defundens,
Non sola, sed hanc & famulæ duæ sequebantur,
Aethra Pytthei filia, Clymeneq; pulchra.

Statim autem postea peruenerunt ubi Scææ portæ erant.
Hi autem circa Priamum, & Panthoum, & Thymetem,
Lambumq;, Clytiumq;, Icetaonemq; ramum Martis:
Vcalegonq; & Antenor prudentes ambo
Sedebant in populo in Scæis portis,
Senectute iam à bello cessantes: sed concionatores
Boni, cicadis similes, quæ in sylua
Arbori insidentes, uocem dulcem mittunt:
Tales Troianorum ductores erant in turre.
Hi aũt postq̃ igitur uiderunt Helenam in turribus euntẽ,
Quietè adinuicem uerba uelocia dixerunt:
Non reprehensio, Troianos & fortes Achiuos
Talem propter mulierem multo tempore dolores patĩ:
Valde immortalibus deabus in uultum similis est:
Sed & sic talis qu[illegible]is existens, in nauibus eat,
Ne nobis, filijsq; in futurum detrimentum relinquat.
Sic dixerunt. Priamus autem Helenam uocauit uoce:
Huc ante ueniens dilecta filia sede me,
Vt uideas priorem maritum, affinesq;, amicosq;.
(Non mihi causa es, dei mihi causæ sunt,
Qui mihi mouerunt bellum lachrymosum Achiuorum)
Vt mihi & hunc uirum ingentem denomines,
Quicunq; sit hic Achiuus uir bonusq; magnusq;.
Certe quidem capite & maiores alij sunt,
Pulchrum autem sic ego nondum uidi oculis
Neq; sic honorabilem: regi enim uiro similis est.
Huic Helena uerbis respondit diuina mulierum:
Reuerendusq; mihi es dilecte socer, timendusq;:
Vtinam debuisset mors mihi placerẽ mala, quando huc
Filium tuum sequebar, thalamum fratresq; relinquens,

Comparatio cicadarum.

Priam⁹ Helenæ.

Helena spectatrix sui certaminis, enarrat Priamo Græcorũ ducũ nomina.

Filiamq; unicam et coaetaneam amabilem:
Sed haec non euenerunt: hoc & flens liquefacta sum.
Hoc aũt tibi dico quod à me interrogas siue inquiris:
Hic Atrides late dominans Agamemnon,
Vtrunq; rexq; bonus, fortisq; pugnator,
Leuir rursus meus fuit impudicae, si unq̃ fui.
Sic dixit. hunc senex admirabatur, locutusq; est:
O beate Atride, fortunate, diues,
Certe multi interfecti sunt iuuenes Achiuorum,
Iam & Phrygiam uenerunt uitiferam,
Illic uidi plurimos Phryges uiros ueloces equos habentes,
Populos Otrei & Mygdonis diuini,
Qui tunc militabant apud ripas Sangarij:
Etenim ego auxiliator existens, cum his electus sum
Die illo, quando uenerunt Amazon[illegible] uiris resistentes.
Sed nõ hi tot erant, quot circunspecti Achiui.
Secundo rursus Vlyssem uidens, interrogauit senex:
Dic age mihi & hunc dilecta filia, quicunq; hic est,
Minor quidem capite Agamemnonis Atridae,
Latior autem humeris & pectoribus ad uidendum:
Arma quidem iacent in terra multos uiros pascente,
Ipse autem aries sicut inuadit turmas uirorum.
Arieti ipsum ego assimilo densam lanam habenti,
Qui ouium magnum gregem percurrit albarum.
Huic respondit postea Helena Iouis nata:
Vlysses describitur. Hic autem rursus Laërtiades prudens Vlysses,
Qui nutritus est in populo Ithacae sterilis existentis,
Sciens omnes dolos & consilia prudentia.
Huic autem rursus Antenor prudens contrà locutus est:
O mulier, certe ualde hoc uerbum uerum dixisti,

Iam enim & huc quando uenit diuinus Vlysses,
Tui causa nuntiationis cum bellicoso Menelao,
Hos ego hospitatus sum, & in domibus dilexi,
Amborum & naturam didici & consilia prudentia.
Sed quando iam Troianis congregatis misti sunt,
Stantes quidem, Menelaus superabat latos humeros:
Ambo autem sedentes, uenerabilior erat Vlysses.
Sed quando uerba & consilia omnibus texebant,
Certe quidem Menelaus succincte dicebat:
Pauca q̃dẽ, sed ualde acute, quoniã non multorũ uerborũ,
Neq; in uerbis peccans, q̃uis & ætate posterior erat.
Sed quando prudens surgeret Vlysses,
Stetit, sub autem uidebat in terram oculos figens,
Sceptrum autem neq; retro neq; ante mouebat,
Sed firmum tenebat, imperito uiro similis.
Diceres iracundum aliquem esse dementemq́; sic.
Sed quando uocem magnam ex pectore mittebat,
Et uerba niuibus similia hyemalibus,
Non postea Vlyssi contendebat homo alius.
Non tunc sic Vlyssis admirati sumus figuram uidentes.
Tertium rursus Aiacem uidens interrogabat senex:
Quis hic alius Achiuus bonusq; magnusq;,
Eximius Argiuorum capite & latis humeris?
Huic Helena extẽsas uestes habẽs respõdit diuina mulier.
Hic Aiax est, ingens propugnaculum Græcorũ. (rũ:
Idomeneus aũt ex altera parte in Cretensibus deus tanq̃
Stetit: circũ aũt ipsum Cretensiũ ductores cõgregabant.
Sæpe ipsum hospitatus est bellicosus Menelaus
Domo in nostra, quando ex Creta ueniebat.
Nunc autem alios omnes uideo perpulchros Achiuos,

Menelaus et Vlysses Helenam repetitum ueniũt

Menelai oratio qualis.

Vlyssis oratio qualis.

Quos bene cognoscerem, & nomen dicerem.
Duos autem non possum uidere principes populorum,
Castorem'q; equitatorem, & pugnis bonum Pollucem
Fratres, quos mihi una genuit mater.
An non secuti sunt Lacedæmone ex amabili?
An huc quidem secuti sunt nauibus permareeuntibus,
Nunc nolunt pugnam inire uirorum,
Dedecora timẽtes & reprehẽsiões multas quæ mihi sunt?
Sic dixit. hos autem iam tenuit uiuificans terra
In Lacedæmone illic dilecta in patria terra.
Præcones aũt à ciuitate deorũ ferebant iuramẽta fidelia,
Agnos duos, & uinum lætum, fructum terræ
Vtre in caprino. ferebat autem cratera lucidum
Præco Idæus, & aureos cyathos.
Excitabat autem senem astans uerbis:
Excitare iam Laomedontiade, uocant optimi
Troianorũq; bellicosorũ, & Achiuorũ ærea lorica habentiũ
In campum descendere, ut iuramenta fidelia feriamus:
Sed Alexander & bellicosus Menelaus
Lõgis lanceis pugnabunt propter mulierem,
Et uincentem mulier & opes sequentur:
Et alij amicitiam & iuramenta fidelia ferientes
Habitemus Troiam fertilem: hi autem eant
Argum in equos pascens, & Acheida pulchras mulieres habentẽ.
Sic dixit, timuit aũt senex: iussit autem socios
Equos iungere: hi autem cito obemperarunt:
Et ascendit Priamus, habenas extenderat retro.
Apud aũt ipsum Antenor perpulchum ascendit currum.
Hi aũt per Scæas in cãpum impellebant ueloces equos.
Sed quando uenerunt ad Troianos & Græcos,

Castor equũ domitor.

Helena fratres suos ad Troiã desiderat.

Alexãder decernitur cũ Menelao pugnare.

Priamus in cãpum uenit ad percutiẽdũ foedus.

Ex equis descendentes in terram multos uiros pascentem,
In medium Troianorum & Graecorum iuerunt.
Motus est autem statim postea rex uirorum Agamemnon
Simul & Vlysses prudens. sed praecones splendidi
Iuramenta fidelia deorũ contulerunt: in cratere aũt uinũ
Miscuerunt, & regibus aquam in manus fuderunt.
Atrides autem trahens manibus gladium,
Qui apud ensis magnam uaginam semper pendebat,
Agnorum ex capitibus incidit pilos: sed postea
Praecones Troianorum & Achiuorum dederunt optimis.
His autem Atrides ualde orauit manus eleuans:
Iupiter pater, ab Ida imperans, gloriosissime, maxime,
Solq; qui omnia uides, & omnia audis,
Et fluuij, & terra, & qui subter laborantes
Homines punitis quicunq; periurium iurauit,
Vos testes sitis, obseruateq; iuramenta fidelia:
Si quidem Menelaum Alexander interfecerit,
Ipse postea Helenam habeat, & opes omnes:
Nos autem in nauibus eamus per mare transeuntibus.
Si autem Alexandrum interfecerit flauus Menelaus,
Troiani postea Helenam & opes omnes reddant,
Honorem & Argiuis reddant quem decet,
Quiq; & posteris hominibus erit.
Si autem mihi honorem Priamus Priamiq; filij
Reddere nollent Alexandro cadente:
Sed ego & postea pugnabo causa ultionis
Hic manens, quousq; finem belli accipiam.
Dixit, & iugulos agnorum abscidit crudeli ense,
Et hos quidem deposuit in terra palpitantes,
Animo priuatos, enim animos abstulit gladius.

Foederis percutiendi ritus.

Foedus feritur.

Vinum autem ex cratere exhaurientes poculis
Effundebant, & supplicauerunt deis sempergenitis.
Sic autem aliquis dixit Achiuorumq; Troianorumq;:
Iupiter gloriosissime, maximé, & immortales dij alij,
Vtri priores super iuramenta peccauerint,
Sic ipsorum cerebrum in terram fluat, sicut hoc uinum,
Ipsorum & filiorum, uxoresq; alijs misceantur.
Sic dixerunt: neq; adhuc ipsis perficiebat Saturnius.
His autem Dardanides Priamus post uerbum dixit:
Audite me Troiani & fortes Græci:
Certe ego uado ad Troiam uentosam
Cito: quia nullo modo tolerabo in oculis uidere
Pugnantem dilectum filium bellicoso Menelao.
Iupiter quidem hoc scit, & immortales dei alij,
Vtri mortis finis fatalis sit.
Dixit, & in currum agnos posuit diuinus uir,
Et ascendit ipse ualde, & habenas trahebat retro.
Apud aũt ipsum Antenor perpulchrum ascendit currum.
Hi quidem retrogradi ad Troiam abierunt.
Hector autem Priami filius, & diuinus Vlysses
Locum quidem prius mensurabant, & postea
Sortes in galea ærea mouebant accipientes,
Vter prius mitteret æream hastam.
Populi autem supplicabant deis, & manus eleuabant,
Sic autem aliquis dicebat Achiuorumq; Troianorumq;:
Iupiter pater ex Ida imperans, gloriosissime, maxime,
Vter hæc opera inter utrosq; composuit,
Hunc da corruptum ire domum inferni intra:
Nobis aũt rursus amicitiã & iuramẽta fidelia fieri.
Sic dixerũt. mouebat aũt magnum galeã ornatã habẽs Hector.

Retrouidens: Paridi autem cito sors exiuit.
Hi quidem postea sedebant ad ordines, ibi unicuiq;
Equi in altum pedes leuantes & uariegata arma iacebãt.
Sed hic circa humeros induit arma pulchra
Diuinus Alexander Helenæ maritus pulchricomæ:
Tibialia quidem primum circa tibias posuit
Pulchra, argenteis fibulis adaptata.
Secundo rursus thoracem circa pectora induit
Sui fratris Lycaonis: adaptauit autem ipsi.
Circa aũt humeros posuit ensem argenteos clauos habentẽ
Aereum: sed postea scutum magnumq; forteq;.
Capite autem in forti galeam benefactam posuit
Cauda equina ornatã: grauiter aũt crista desup nutabat.
Accepit aũt fortẽ lanceã quæ ipsi manibus congruebat.
Sic aũt eodẽ modo Menelaus bellicosus arma induit.
Hi aũt postq̃ igitur utrinq; multitudinis armati sunt,
In medium Troianorum & Græcorum iuerunt
Grauiter aspicientes: stupor autem habuit inspicientes
Troianosq; equitatores, & beneocreatos Achiuos.
Et propè steterunt mensurato in loco
Quatientes lanceas adinuicem irati.
Prius autem Alexander proiecit longam hastam,
Et percussit Atridæ scutum undiq; æquale:
Neq; rupit æs, reflexus est enim eius cuspis
Scuto in forti. hic autem secundus excitatus est ferro
Atrides Menelaus supplicans Ioui patri:
Iupiter rex da puniri qui me prior mala fecit
Diuum Alexandrum, & meis sub manibus doma,
Vt aliquis timeat & posterorum hominum
Hospitantem mala facere, qui autem amicitiã præbet.

Dixit, & uibrans proiecit longam lanceam,
Et percussit Priamidæ scutum undiq; æquale.
Per quidem scutum penetrauit lucidum fortis lancea,
Et per thoracem ualde ornatam firmata est.
Contrà autem apud ile scidit camisiam
Lancea. hic aũt inclinatus est, & euitauit mortẽ nigram.
Atrides aũt trahens ensem argenteos clauos habentem,
Percussit eleuatus galeæ conum: circum autem ipsum
Tripliciterq; & quadrupliciter fractus excidit manu.
Atrides autem plorauit uidens in cœlum latum:
Iupiter pater, nullus deorum perniciosior alius:
Certe dixi puniri Alexandrum malitiæ:
Nũc aũt mihi in manibus fractus est ensis, aũt mihi lancea
Emissa est manu uana, neq; percussit ipsum.
Dixit. & irruens galea apprehendit equina
Traxit & uertens ad fortes Græcos:
Suffocabat autem ipsum acupictũ lorũ tenerã sub gulam,
Quod ipsius sub mento lorum extensum erat galeæ:
Et traxisset, & magnam accepisset gloriam,
Nisi cito intellexisset Iouis filia Venus,
Quæ ipsius rupit lorum bouis fortiter occisi:
Vacua autem galea simul sequebatur manu pingui
Hanc quidem postea heros inter fortes Achiuos
Iecit, uoluens: portauerunt autem amabiles socij.
Sed hic retro irruit interficere iratus
Lancea ærea: hunc rapuit Venus
Facile ualde tanq̃ dea: cooperuit aũt obscuritate multa:
Sedere fecit in cubiculo odorifero fumigato.
Ipsa rursus Helenam uocatura iuit, hanc autem inuenit
Turri in alta: circa autem Troianæ abunde erant.

Menelai oratio ad Iouem.

Venus Alexandrum liberat.

Manu autem immortalis uestis quatijt accipiens:
Anui autem ipsam similis antiquae allocuta est
Lanam trahenti, quae ipsi Lacedemone habitanti,
Exercebat lanas bene: ualde enim ipsam diligebat.
Huic ipsam similis allocuta est diua Venus:
Huc ueni, Alexander te uocat domum uenire,
Ille hic in cubiculo, & uersatilibus lectis,
Pulchritudineq; splendens & uestibus: neq; diceres
Viro pugnantem hunc uenire, sed à tripudio
Venire, uel à tripudio cessantem sedere.

Graea anus Helenae fidissima comes.

Venus ad Helenam.

Sic dixit. huic autem animum in pectoribus commouit
Et postquam igitur cognouit deae pulchrum collum,
Pectoraq; suauia, & oculos splendentes,
Stupuitq; postea, uerbumq; dixit, & denominauit:
Felix cur me haec cupis decipere?
An alicubi me ulterius ciuitatum benehabitatarum
Duces, uel Phrygiae, uel Maeoniae amabilis:
Si quis tibi & illic amicus diuersilinguium hominum:
Quoniam nunc diuinum Alexandrum Menelaus
Vincens, uult odiosam me domum ducere?
Propter hoc iam nunc huc dolum cogitans aduenisti?
Sede apud ipsum uadens, deorum autem relinque uias,
Neq; tuis pedibus uerses coelum,
Sed semper circa illum in aerumnis sis, & ipsum serua,
Donec te uel uxorem faciet, uel hic seruam.
Illuc autem ego non ibo (uituperabile enim esset)
Illius parans lectum: Troianae autem me postea
Omnes uituperabunt: habebo aũt dolores multos animo.
Hanc autem irata allocuta est diuina Venus:
Ne me irrites misera, ne irata te relinquam:

Sic autem te odio habebo, ficut nunc mirabiliter dilexi.
Medio autem utrorumq; consultabo odia perniciosa
Troianorum & Danaorum: tu aũt malam mortẽ peribis.
Sic dixit. timuit autem Helena Iouis filia.
Iuit autem cooperta ueste candida splendida
Silentio: omnes autem Troianas latuit, præibat aũt dea.
Quæ quãdo Alexandri domum pulchram uenerunt,
Ancillæ quidem postea uelociter ad opera uertebantur,
Hæc autem in altum cubiculum ibat diua mulierum.
Huic autem sedem capiens amansrisum Venus
Contra Alexandrum dea deposuit ferens:
Vbi sedebat Helena filia Iouis Aegiochi
Oculos retro inclinans, maritum aũt increpauit uerbo:
Venisti ex bello, utinam debuisses illic perire
Viro interfectus forti, qui meus prior maritus fuit.
Certe quidem antea gloriabaris bellicoso Menelao
Tua ui, & manibus & lancea fortior esse.
Sed uade nunc prouoca bellicosum Menelaum
Rursus pugnare contrà. sed te ego
Cessare iubeo, neq; flauum Menelaum
Contra bellum bellare, & pugnare
Stultè, ne cito ab ipso lancea interfectus sis.
Paris respõdet helenæ. Hanc autem Paris uerbis respondens allocutus est:
Non me mulier difficilibus accusationibus animũ lædas,
Nunc quidem enim Menelaus uincit cum Minerua:
Illum autem rursus ego: nam dei adsunt & nobis.
Sed age amicitia gaudeamus dormientes:
Non enim unquam me sic amor mentes complexus est,
Neq; quando te prius Lacedæmone ex amabili
Nauigabam in perportum transeuntibus nauibus,

Insula in Cranea, mistus sum amicitiaq; & lecto,
Sicut te nunc amo, & me dulce desiderium capit.
Dixit, & praeibat in lectũ: iens simul autẽ sequebatur uxor.
Hi quidem in pulchris dormiebant lectis.
Atrides autem in multitudinem ibat ferae similis,
Sicubi uideret Alexandrum diuinum.
Sed nullus poterat Troianorũ inclytorumq; auxiliatorũ
Ostendere Alexandrum tunc bellicoso Menelao.
Non quidem enim abscondisset, si quis uidisset:
Aequaliter enim ipsis omnibus odio erat morte nigra.
His autem locutus est rex uirorum Agamemnon:
Audite me Troiani & Dardani, & auxiliatores:
Victoria quidem uidetur bellicosi Menelai:
Vos autem candidam Helenam, & opes cum ipsa
Extra date, & honorem reddite quem decet,
Quiq; & futuris in hominibus erit.
Sic dixit Atrides: laudabant autem alij Achiui.

Helena ad Paridem in cubiculum introire coacta à Venere.

Agamemnonis oratio ad Troianos.

ARGVMENTVM Δ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Visum est dijs vt Ilium caperetur. Quapropter Minerua quidem Menelaũ iaculis peti à Pandaro fecit. Et sic cõfusis fœderibus, Machaon quidem medetur Menelao. Agamẽnon autem abiens, exercitum hortatur ad bellum. Concilio autem facto, multi vtrinq; trucidantur.

ILIADIS Δ. HOMERI COMPOSITIONIS

Delta, deorũ concio, iuramentorũ fusio, Martis principiũ.



Ii autem apud Iouem sedentes conci onabantur — Deorum cõcio.
Aureo in pauimento: in ipsis autem ueneranda Hebe — Hebe deorũ pincerna.
Nectar ministrabat: hi autem aureis poculis
Excipiebant sese mutuo, Troianorũ ciuitatẽ inspicientes.
Continuo conabatur Saturnides irritare Iunonem
Mordacibus uerbis deceptorie loquens: — Iupiter cum dijs iocat.
Duæ quidem Menelao adiutrices sunt dearum,
Iunoq; Argiua, & potens Minerua.
Atqui ipsæ seorsum sedentes inspicientes,
Gaudete. huic autem rursus amansrisum Venus
Semper adest, & ipsius mortes repellit:
Et tunc saluauit putantem mori.
Sed uictoria quidem bellicosi Menelai.
Nos autem consultabimus quomodo erunt hæc opera.
Vel rursus bellumq; malum & pugnam grauem
Excitabimus, uel amicitiam cum utrisq; iaciemus.
Si autem sic hoc omnibus gratum & iucundum sit,
Omnino quidem habitetur ciuitas Priami regis,
Retro autem Argiuam Helenam Menelaus abducat.
Sic dixit. hæ aũt subsannauerũt Mineruaq; & Iuno,
Propinquæ hæ sederunt, mala aũt Troianis excogitabãt.
Certe Minerua tacita erat, neq; aliquid dixit
Irata Ioui patri, ira autem ipsam grauis tenebat.

Iunonis cum Ioue altercatio.

Iuno aūt non continuit in pectore iram, sed allocuta est:
Molestissime Saturnide quale uerbum dixisti?
Quomodo uis uanum facere laborem, & imperfectum
Sudorem quem sudaui labore? laborauerunt & mihi equi
Populum congreganti Priamo mala huiusq; filijs.
Fac: sed nequaquam omnes laudabimus dei alij.
Hanc aūt ualde suspirās allocutus est nebularū cōgregator Iupiter:
Infelix, quid te Priamus Priamiq; filij
Tantis malis afficiunt, ut continue irascaris
Troiæ deprædari beneædificatam urbem?
Si autem tu intrares portas & muros longos,
Crudum comederes Priamum Priamiq; filios,
Aliosq; Troianos: tunc demum iræ medereris.
Fac quomodo uis, non hæc contentio imposterum
Tibi & mihi magna lis cum ambobus erit.
Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis,
Quando & ego promptus ciuitatem depopulari
Quam uolo, ubi tibi dilecti uiri nati sunt,
Ne detineas meam iram, sed me sine:
Etenim ego tibi dedi uolens nolenti animo.
Quæ enim sub soleq; & cœlo stellifero
Habitantur ciuitates terrestrium hominum,
Harum à me præcipue & corde honoratur Troia sacra,
Et Priamus, & populus bellicosi Priami:
Non enim mihi unq̃ altare indiget conuiuio æquali,
Libamētoq; nidoreq;: hūc enim sortiti sumus honorē nos.
Huic āt rn̄dit postea bouinosoculos habēs uenerāda Iuno

Iuno quas urbes maxime dilexerit.

Certe mihi tres quidē multò dilectissimæ sunt ciuitates,
Argusq;, Sparteq;, & latas uias habens Mycenæ:
Has destrue quando tibi odio erunt in animo.

Has non ego antesto neq; inuideo.
Quamuis enim inuideremq́; & non finerem destruere,
Nihil perficiam inuidens, quoniam multò potentior es.
Sed oportet & meum ponere laborem non imperfectum:
Nam & ego dea sum, genus autem mihi illinc unde tibi.
Et me uenerandam genuit Saturnus uersutus:
Vtrunq;, generationeq́;, & quoniam tua uxor
Sum uocata: tu autem omnibus immortalibus imperas.
Sed certe quidem hæc cedamus adinuicem,
Tibi quidem ego, tu autem mihi: nam insequentur dij alij
Immortales. tu autem quamprimum Mineruæ iube
Ire in Troianorum & Achiuorum pugnam grauem,
Tentareq́; ut Troiani inclytos Achiuos
Incipiant priores super iuramenta lædere.
Sic dixit, neq; nō psuasus est pater uirorūq; deorūq;.
Statim Mineruam uerba uelocia allocutus est:
Cito uade in exercitum, uade ad Troianos & Achiuos
Tentare ut Troiani gloriosos Achiuos
Incipiant priores super iuramenta lædere.
Sic dicens concitauit ante promptam Mineruam.
Descendebat autem ab olympi summitatibus promicans,
Qualem autem stellam misit Saturni filius uersuti,
Vel nautis signum uel exercitui lato populorum
Splendidam: huius autem multæ scintillæ mittuntur:
Huic similis emicauit in terram Pallas Minerua.
Desilijt autem in medium, stupor autē tenuit inspicientes
Troianosq; equorumdomitores & beneocreatos Achiuos.
Sic autem aliquis dixit intuens in propinquum alium:
Vel rursus bellumq́; malum & pugna grauis
Erit, uel amicitiam cum ambobus statuit

Iupiter, qui hominum custos belli factus est:
Sic aliquis dixit Achiuorumq; Troianorumq;.
Hæc autem uiro similis deuenit ad multitudinem
Laodoco Antenoridæ forti bellicoso,
Pandarum quærens sicubi inueniret:
Inuenit Lycaonis filium irreprehensibilemq; fortemq;
Stantem: circa autem ipsum fortes turmæ scutatorum
Populorum, qui ipsum secuti fuerant ab Aesepi fluctibus:
Prope autem stans uerba uelocia allocuta est:
Pallas suadet ruptionē fœderū
Certe mihi credas Lycaonis fili prudens,
Si tolerares Menelao mittere uelocem sagittam,
Ab omnibus utiq; Troianis gratiam & gloriam auferres;
Ex omnibus autem maxime ab Alexandro rege:
Ab eo sane omnium splendida dona ferres;
Si uideris Menelaum bellicosum Atrei filium
Tuo telo interfectum pyram conscendentem dolorosam:
Sed age iaculo pete Menelaum gloriosum,
Voue autem Apollini in Lycianato glorioso in arcu
Agnorū primogenitorū sacrificare gloriosam hecatombē;
Domum rediens sacræ in ciuitate Zeliæ.
Pandarus fœdus uiolat.
Sic dixit Minerua. huic autem mētes stulto persuasit;
Statim eduxit arcum benepolitum inaltum euntis capræ
Agrestis, quam quondam ipse sub pectore offendens
Petra exeuntem obseruans in insidijs (tram:
Vulnerauit ad pectus: hæc autem supina cecidit supra pe
Huius cornua ex capite sexdecim palmorū nata erant.
Et hæc quidem fabricans cornua poliens aptauit faber:
Totum autē bene poliens, auream apposuit extremitatē;
Et hunc quidem bene deposuit intendēs, ad terram
Inclinans: ante autem scuta tenebant boni socij,

Ne prius consurgerent bellicosi filij Achiuorum, (uorū
Quàm uulneraretur Menelaus bellicosus princeps Achi-
Sed hic extraxit operculum pharetræ: accepit aūt sagittā
Nouam, pennatam, nigrorum sustentaculum dolorum.
Statim autem in neruo aptauit amaram sagittam:
Supplicauit autem Apollini in Lycianato inclyto in arcu,
Agnorum primogenitorū sacrificare gloriosam hecatombē
Domum rediens sacræ in ciuitate Zeliæ.
Traxit aūt simul concauitatē sagittæq; accipiēs et neruū
Neruū quidē mamæ admouit, arcui aūt ferrū. (bouinas
Sed postq̃ circularem magnum arcum tendit,
Sibilauit arcus, neruū aūt ualde resonuit: saltauit autē sa-
Acuta ad multitudinem cadere promptam. (gitta
Neq; tui Menelaë dij beati obliti sunt
Immortales: prima autem Iouis filia prædatrix,
Quæ ante stans, sagittam mortiferam repressit:
Quæ tantū quidē prohibuit à corpore, quantū qn̄ mater,
A filio prohibet muscam, quando dulci dormit somno.
Ipsa autem rursus direxit ubi cinguli fibulæ
Aureæ coniungebantur, & duplex iacebat thorax.
Cecidit autem in cingulo benecompacto amara sagitta:
Per quidem cingulum transiuit pulchrum,
Et per thoracem ualde pulchrum adhæsit, (hastarū,
Balthe ūq; quē portabat custodiū corporis, propugnaculū
Qui ipsum plurimū custodiebat, fixa aūt est & p ipsum &
Extremum autem sagitta perstrinxit corpus uiri.
Statim autem fluxit sanguis niger ex uulnere:
Sicut aūt quando aliqua ebur mulier purpura tingit
Mæonia uel Caria, frenum futurum equorum,
Iacet autem in thalamo, multiq; ipsum optarunt

Equites portare, regi autem iacet ornamentum,
Vtrunq; ornatusq; equo, aurigæq; gloria,
Talia tibi Menelaë tincta erant sanguine crura
Benenata, tibiæ & tali pulchri subter.
Horruit autem deinde rex uirorum Agamemnon,
Postq̃ uidit nigrum sanguinem defluentem ex uulnere.
Horruit autem & ipse bellicosus Menelaus.
Postq̃ aũt uidit neruumq; & cuspidem extra existentem,
Iterum ei animus in pectoribus congregatus est.
His aũt grauiter suspirans locutus est rex Agamemnon
Manu tenens Menelaum: suspirabant & socij:
Dilecte frater, in mortem certe tibi fœdera percussi
Solũ statuens pro Achiuis cũ Troianis pugnare. (runt,
Sic te pcusserunt Troiani, & iuramẽta fidelia cõculcaue
Nõ quidẽ aliquo modo uanũ erit iuramẽta sanguisq; agno
Libaminaq; impfecta, & dextræ quibus cõfidimus. (rũ,
Siquidem enim & statim cœlestis non perficit,
Et tarde perficiet, cumq; magnitudine dabunt pœnas
Cum proprijs capitibus, uxoribusq; & filijs.
Bene enim ego hoc scio secundũ mentẽ & secundũ animũ:
Erit dies, quando aliquando peribit Ilium sacrum,
Et Priamus, & populus bellicosi Priami.
Iupiter aũt ipsis Saturnides, altisedẽs, in æthere habitãs,
Ipse quatiet lethalem ægida omnibus,
Hac deceptione iratus. hæc quidem erunt non impfecta:
Sed mihi grauis dolor erit tui ô Menelaë
Si moriaris, & fatum adimpleueris uitæ.
Et redarguendus desiderabile Argos petam:
Statim enim recordabuntur Achiui patriæ terræ:
Et iactationem Priamo & Troianis relinquemus

Argiuam Helenam: tui autem ossa putrefaciet terra
Iacentis in Troia imperfecto in opere.
Et aliquis sic dicet Troianorum superborum
Sepulchro insultans Menelai gloriosi:
Vtinam sic in omnibus iram perficiat Agamemnon,
Sicut & nunc uanum exercitum duxit huc Achiuorum:
Et iam iuit domum dilectam in patriam terram
Cum uacuis nauibus relinquens bonum Menelaum.
Sic aliquando aliquis dicet. tunc mihi hiscat lata terra.
Hunc autē confortans allocutus est flauus Menelaus:
Confide, ac nequid perterrefacias populum Achiuorum:
Non in lethali loco acuta fixa est sagitta, sed ante
Custodiuit cingulumq; uarium, & subter
Loricaq; & baltheus, quem fabri ærarij fecerunt uiri.
Huic autē respondens interfatus est rex Agamemnon:
Si enim iam sic esset dilecte ò Menelaë,
Vulnus autem medicus tractabit, & imponet
Medicamina, quæ sedabunt nigros dolores.
Dixit, & Talthybium diuinum præconem allocutus est:
Talthybi quàm uelocissime Machaonem huc uoca,
Virum Aesculapij filium irreprehensibilis medici,
Vt uideat Menelaum bellicosum principem Achiuorum,
Quem aliquis sagittans percussit arcuum bene sciens
Troianorū uel Lyciorū: huic qdē gloria, nobis aūt dolor.
Sic dixit. neq; ei præco non obediuit audiens: (tiū,
Incedebat aūt ut iret ad populū Achiuorū ærealoricā habē
Circūspiciens heroa Machaonē: hunc autem cognouit
Stantem: circum autem ipsum fortes turmæ scutatorum
Populorū, qui ipsum secuti sunt Trice ex equos pascente:
Propè autem stans, uerba uelocia allocutus est:

Machaon medicus.

Surge Aesculapiade uocat rex Agamemnon,
Vt uideas Menelaum bellicosum Atrei filium,
Quem aliquis sagittans percussit, arcuum bene sciens
Troianorũ uel Lyciorũ: huic quidẽ gratia, nobis aũt dolor.
Sic dixit. huic autem animum in pectoribus commouit.
Incedebãt aũt ut irẽt ad turmã p exercitũ latũ Achiuorũ.
Sed quando iam uenerũt ubi flauus Menelaus (optimi
Percussus erat, circum aũt ipsum congregati erant quiq;
Circũquaq;: hic autem in medijs astitit æqualis deo uir.
Machaon Menelaum curat: Statim autem ex cingulo bene compacto traxit sagittam:
Huius autem tractæ retro fractæ sunt acutæ auriculæ.
Soluit autem ipsius cingulum uarium, & subter
Loricamq; & baltheũ, quem fabri ærarij fecerant uiri.
Sed postq̃ uidit uulnus ubi cecidit amara sagitta,
Sanguinem abstergens, mitia medicamina sciens
Sparsit, quæ eius quõdã patri dilecta doctus præbuit Chi
Donec hi circũ laborabãt uocẽ bonum Menelaũ, (ron.
Interim Troianorum turmæ irruerunt bellicosorum.
Hi aũt rursus arma aggressi sunt, recordati sunt aũt pu-
Tũc nõ dormitantẽ uideres Agamemnona diuũ, (gnæ:
Neq; timentem, neq; nolentem pugnare,
Sed ualde properantem pugnam in gloriosam.
Equos quidem enim dimisit, & currus uarios ære,
Et hos quidem seruus seorsum tenebat flantes
Eurymedon, filius Ptolemæi Piridæ.
Huic ualde multa iussit iuxta tenere, quando ipsum
Membra acceperit labor multos gubernantem.
Sed hic pedester existens uersabatur per turmas uirorũ:
Agamenon suos partim Et quos quidem properantes uidebat Danaorum ueloci
Hos ualde hortabatur assistens uerbis:

Argiui, nullo modo dimittite strenuam fortitudinem, | laudās, partim increpans, in bellū hortatur
Non enim in mendacijs pater Iupiter erit auxiliator:
Sed qui priores fœdera læserunt,
Horum certe ipsorum tenerum corpus uultures comedēt:
Nos aūt rursus uxoresq; dilectas, & infantes filios
Ducemus in nauibus, postq̄ urbem cæperimus:
Quos rursus dimittentes uidebat odiosum bellum,
Hos ualde obiurgabat iratis uerbis:
Argiui in sagittis fatigati, opprobriosi, non erubescitis?
Cur sic statis stupidi sicut ceruis
Qui postq̄ fessi sunt multo campo currentes
Steterunt, neq; aliqua ipsis in mentibus fit fortitudo:
Sic uos statis stupidi, neq; pugnatis.
An expectatis Troianos prope uenire, ubi naues
Tractæ sunt bonas puppes habentes albi in litore maris,
Vt uideatis si uobis porrigat manum Saturnius?
Sic hic imperans uersabatur per turmas uirorum:
Venit autem ad Cretenses iens per cohortes uirorum:
Hi autem circa Idomeneum sapientem armabantur:
Idomeneus autē in prima pugna apro similis fortitudinē,
Meriones autem ei ultimas mouebat acies.
Hos autem uidens lætatus est rex uirorū Agamemnon:
Statim autem Idomeneum allocutus est mellifluis:
Idomeneu, supra qdē te honoro Danaos celeres equos hā
Et quidem in bello, & alio in opere, (bētes,
Et in conuiuio, quando honoratum nigrum uinum
Argiuorum qui optimi in crateres miscēt:
Siquidem enim alij comati Achiui
Diuisim bibunt, tuum autem plus poculum semper
Stetit sicut mihi, bibere quando animus iubet.

Sed surge in bellum qualis antea iactabaris esse.

Idomeneus Agamenoni — Hũc rursus Idomeneus Cretensiũ ductor cõtra allocutus est:

Atride, ualde quidem tibi ego coniunctus socius

Ero, sicut prius promisi & annui:

Sed alios moue comatos Achiuos,

Vt uelocissimè pugnemus, quoniã iuramenta confuderunt

Troiani, quibus rursus mors & dolores in futurum

Erunt, quoniam priores iuramenta læserunt.

Sic dixit. Atrides autem abiuit lætatus cor.

Venit autem ad Aiaces iens per cohortes uirorum:

Hi aũt armabãtur: simul aũt nubes sequebatur pedestriũ.

Sicut quando à specula uidit nebulam caprarius uir

Venientem à mari à Zephyri flatu,

Huic autem longè existenti, nigra sicut pix

Videtur ueniens à mari, ducit autem procellam multam,

Riguitq; uidens, subq; speluncam impulit oues.

Tales simul Aiacibus diuinorum iuuenum

Hostile in bellum densæ mouebantur phalanges

Nigræ, scutisq; & lanceis horrentes.

Et hos quidem lætatus est uidens rex Agamemnon,

Et ad ipsos uociferans, uerba uelocia allocutus est:

Aiaces Argiuorum ductores æream loricam habentiũ,

Vos quidem (non enim decet) commouere non iubeo,

Ipsi enim ualde populum iubetis fortiter pugnare:

Vtinam enim Iupiterq; pater, & Minerua, & Apollo,

Talis omnibus animus in pectoribus esset,

Hoc cito caderet ciuitas Priami regis

Manibus nostris captaq; destructaq;.

Sic dicẽs, hos quidem reliquit illic: iuit autem ad alios,

Vbi hic Nestorem inuenit sonorũ Pyliorum cõcionatorẽ,

Suos socios componentẽ & concitantem ad pugnandum: Circum magnum Pelagonta, Alastoráq;, Chromiumq́;, Hæmonáq; Crionta, Biantemq́; pastorem populorum: Equites quidem primum cum equis & currubus, Pedites autem à tergo constituit multosq́; & fortes, Vallum esse belli: debiles autem in medio inclusit Vt & non uolens aliquis, necessitate pugnaret. Equitibus quidem primum iussit: hos enim iussit Suos equos tenere, neq; turbari in multitudine. Ne autem quis equitatuq́; & uirilitate confisus, Solus ante alios promptus sit cum Troianis pugnare, Neq; recedat: imbecilliores eritis. Quicũq; aũt uir à suis currubus alios currus perueniret, Lancea pugnet: quoniam multò melius sic. Sic & antiquiores ciuitates & muros destruxerunt, Hanc mentem & animum habentes in pectoribus. Sic senex excitabat, diu bellorum bene sciens. Et hunc quidem lætatus est uidens rex Agamemnon, Et ipsum uociferans, uerba uelocia allocutus est:

Nestor suos ad prælum instruit, & quid faciendum eis sit, edocet.

O senex, utinam sicut animus est in pectoribus amicis, Sic tibi genua sequerentur, uis autem tibi firma esset: Sed te senectus conterit, quam deberet aliquis Virorum alius habere, tu autem iunioribus participare.

Nestor Agamemnoni.

Huic respondit postea honoratus eques Nestor: Atride, ualde quidem ego uellem & ipse Sic esse, ut quando diuum Ereuthalionem interfeci: Sed non simul omnia dei dederunt hominibus. Si tunc iuuenis fui, nunc rursus me senectus cæpit. Sed & sic equitibus interero & iubebo Consilio & uerbis: hic enim honor est senum.

Dij non oĩa simul dederũt hoĩbus.

Senũ est cõsilio & uerbis iuuare.

Hastas autem iaculantur iuniores, qui me
Iuniores nati sunt, confiduntq; potentia.
Sic dixit. Atrides autem abiuit laetus cor.
Inuenit filium Petei Menestheum percussorem equorum
Stantem, circum autem Athenienses periti belli.
Sed hic propè stabat prudens Vlysses,
Apud autem Cephaliensium circùm turmae nõ imbecilles
Stabant: non enim ipsis audiebat populus belli,
Sed nuper concitatae mouebantur phalanges
Troianorumq; bellicosorũ & Graecorũ: hi aũt expectãtes
Stabant, quando turma Achiuorum alia ueniens
Troianorũ concitaret & inciperet bellum.
Hos autem uidens accusauit rex uirorum Agamemnon,
Et ipsos uociferans, uerba uelocia allocutus est:
O fili Petei àlouenutriti regis
Et tu malis dolis ornate astute,
Cur trepidantes longè statis, expectatis & alios?
Vobis quidem conuenit inter primos existentes
Stare, & pugnae ardenti occurrere:
Primi enim & conuiuij audiui estis mei,
Quando conuiuium optimatibus paramus Achiui:
Tunc amicas assatas carnes comedere, & pocula
Vini bibere dulcis, ut uolebatis.
Nunc autem libenter uidetis, ac si decẽ turmae Achiuorũ
Vos ante pugnarent forti aere.
Hunc aũt toruè aspiciẽs allocutus est prudẽs Vlysses:
Atride, quale te uerbum fugit septum dentium?
Quomodo dicis bellum negligere, quando Achiui
In Troianos equorũ domitores concitamus acutũ Martem?
Videbis si uolueris, & si tibi haec curae sunt,

Telemachi dilectum patrem in prima acie uersantem
Troianorum bellicosorum: tu autem hæc uana dicis.
Hunc autem ridens allocutus est rex Agamemnon
Postq̃ cognouit iratum: rursus aũt hic cœpit uerbum:
Generose Laërtiade ingeniose Vlysses,
Neq; te accuso ualde, neq; iubeo:
Scio enim quod tibi animus in pectoribus amicis
Mitia consilia scit: hæc enim sapis quæ ego.
Sed uade, hæc aũt in futurũ cõciliabimus, si q̃d malũ nũc
Dictum est: hæc autem omnia dij uana faciant.
Sic dicens, hos quidem liquit illic, iuit aũt ad alios:
Inuenit autem Tydei filium magnanimum Diomedem
Stantem inq; equis & curribus coniunctis,
Apud autem ipsum stabat Sthenelus Capanei filius:
Et hunc quidem accusauit uidens rex Agamemnon,
Et ipsum uociferans, uerba uelocia allocutus est:
Heu Tydei fili prudentis equorum domitoris,
Cur times? cur & aspicis bellorum transitus?
Non quidem Tydeo sic amicum timere erat:
Sed multum ante dilectos socios inimicis pugnare.
Sic dixerunt qui ipsum uiderunt laborare: non enim ego
Interfui, neq; uidi: supra autem alios dicunt fuisse. Agamẽnon ad Diomedem.
Certe quidem enim sine bello intrauit Mycenas
Hospes cum diuino Polynice populum congregans,
Qui tunc militabant sacros ad muros Thebæ,
Et ualde supplicabant dare gloriosos adiutores:
Hi aũt uolebant dare, & laudabant sicut iubebant:
Sed Iupiter uertit, monstrosa signa ostendens.
Hi aũt postq̃ igitur iuerunt, & uiam confecerunt,
Asopum aũt uenerunt profundos iuncos habẽtẽ herbosum:

Tunc rursus nuntium ad Tydeum miserunt Achiui.
Sed hic iuit, multos autem inuenit Cadmiẽses
Conuiuantes in domo potentiæ Eteocleæ:
Tunc neq; hospes existens equitator Tydeus,
Timebat solus existens multis cum Cadmiensibus.
Sed hic ad certandum prouocabat: omnia autem uincebat
Facile, talis ei auxiliatrix erat Minerua.
Hi autem irati Cadmei stimulatores equorum,
Retro redeunti densás insidias iuerunt ducentes
Iuuenes quinquaginta: duo autem ductores erant,
Mæon Hæmonides similis immortalibus,
Filiusq; Autophoni Meneptolemus luporumoccisor:
Tydeus quidem & his indecentem mortem immisit:
Omnes interfecit, unum autem solum siuit domũ redire:
Mæona utiq; præmisit deorum signis persuasus.
Talis erat Tydeus Aetolius: sed filium
Generauit seipso peiorem pugna, concione aũt meliorem.
Sic dixit. hunc nihil allocutus est fortis Diomedes,
Verecundatus regis increpationem uenerandi.
Huic autem filius Capanei respondit gloriosẽ:
Atride, ne mendacia sciens aperta dicas:
Nos patribus te meliores gloriamur esse,
Nos & Thebæ sedem cæpimus septemportarum,
Pauciorem populum ducentes sub murum Marti sacrũ,
Confisi deorum signis, & Iouis auxilio:
Illi autem proprijs stultitijs perierunt.
Quamobrẽ, ne meis patribus unq̃ simile imponas honorẽ.
Hunc autem torue uidens allocutus est fortis Diomedes:
Hem silentio sede, neq; acquiesce sermoni:
Non enim ego succenseo Agamemnoni pastori populorũ,

Commouenti ad pugnandum beneocreatos Achiuos:
Huic quidem enim gloria simul sequetur, si Achiui
Troianos debellauerint, ceperintq; Ilium sacrũ:
Huic autem rursus magnus dolor Achiuis destructis.
Sed age & nos curam habeamus strenuæ fortitudinis.
Dixit. & ex curribus cum armis saltauit in terram.
Grauiter autem sonuit æs in pectoribus regis
Excitati, quo generosum etiam timor cæpit.

Sicut aũt quãdo in litore multumsonantis unda maris
Consurgit densa Zephyro submouẽte:
Ponto quidem primum attollitur, sed postea
Terra fracta multum sonat, circa autem extremitates
Gibbosa existens eleuatur, expuit autem salis aspergine̅:

Comparatio undarũ & torrẽtis.

Sic tunc densæ Danaorum mouebantur phalãges
Incessanter ad bellum. iubebat autem suis unusquisq;
Ductorum: alij autem quietè ibant: neq; diceres
Tantum populum sequi, habentem in pectoribus uocem,
Silentio timentes duces: circum autem omnes
Arma ornata splendebant, quæ induti ordine ibant.
Troiani autem sicut oues locupletis in aula
Infinitæ stant mulctæ lac album,
Indesinenter balantes, audientes uocem agnorum:
Sic Troianorum clamor per exercitum latum eleuabatur.
Non enim omniũ unus erat rumor, neq; una uox, (uiri
Sed linguæ mistæ erãt, exmultislociscõuocati autem erãt
Instigabat aũt hos qdẽ Mars, illos aũt cæsiosoculoshabẽs
Terrorq;, et timor, et Cõtentio ĩsatiabili- (Minerua,
Martis homicidæ soror, sociaq;, (ter furẽs,
Quæ parua quidem primum attollitur, sed postea
Coelo firmauit caput, & in terra ambulat,

Comparatio ouium.

Contentionis descriptio.

Quæ ipsis & tunc litem similem iniecit in medio
Veniens per turmam, augens suspirium uirorum.
Hi aũt quãdo iam in locum unum coeuntes conuenerunt,
Coniecerunt scuta, simul & lanceas, & robora uirorum
Aeream thoracem habentium: sed scuta umbilicata
Admouebantur inter ipsos: multus aũt tumultus eleuabat.
Tunc aũt simul gemitusq; & exultatio fuit uirorum
Percutientiũq; & percussorũ: fluebat aũt sanguine terra.
Sicut quando torrentes fluuij à montibus fluentes
In mistionem simul mittunt fortem aquam
Fontibus ex magnis concauam intra uallem,
Horum aũt procul sonum in montibus audiebat pastor:
Sic horum mistorum fuit clamorq; timorq;.
Primus aũt Antilochus Troianorũ interfecit uirũ armatũ
Bonum inter primas acies Thalysiadem Echepolum,
Quem percussit primus galeæ in cono equinos crines den-
In aũt fronte fixit: penetrauit aũt os intra (sos habẽtis:
Cuspis ærea: hunc aũt tenebræ in oculis cooperuerunt.
Cecidit autem sicut quando turris in forti pugna.
Hunc autem cadentem pedibus accepit rex Elephenor
Chalcodontiades, magnorum princeps Abantium.
Extraxit aũt ex sagittis promptus, ut cito
Arma prædaretur, paululum autem ei fuit cupiditas:
Mortuum enim trahentẽ uidens magnanimus Agenor,
Latera quæ ei inclinanti apud scutum manifesta erant,
Vulnerauit hasta ærea: soluit autem membra.
Sic hũc quidẽ reliqt aius: circa ipsum aũt pugna facta est
Difficilis Troianorum & Achiuorũ: hi autem lupi sicut
Inter ipsos irruerunt, uir autem uirum occidebat.
Tunc percussit Anthemionis filium Telamonius Aiax

Iuuenem florentem Simoisium, quem quondam mater
Ab Ida descendens, apud ripas Simoëntis
Genuit, cum parentes simul secuta esset, oues ut uideret:
Huius gratia ipsum uocauerunt Simoisiũ. neq; parentibus
Alimenta charis reddidit: paucum autem ei tempus
Fuit, ab Aiace magno lancea interfecto.
Primũ.n. ipsum uenientẽ percussit pectore apud mãmillã
Dextram: ex aduerso aũt per humerũ ærea lancea
Iuit: hic aũt in pulueribus humum cecidit alnus tanq̃,
Quæ in humiditate paludis magnæ nata est
Plana, sed eius rami in excelso nati sunt:
Hanc quidem carpentarius uir micanti ferro
Excidit, ut circunferentiam inclinet perpulchro currui.
Hæc quidem siccanda iacet fluuij apud ripas.
Talem Anthemidem Simoisium interfecit
Aiax generosus. hunc aũt Antiphus habẽs pulchrũ thoracẽ
Priamides in multitudine iaculatus est longa lancea.
Hunc quidẽ præterijt: hic aũt Leucũ, Vlyssis bonũ sociũ
Interfecit inguine, mortuum ex altera parte trahentem.
Cecidit aũt circa ipsum, mortuus aũt eius excidit manu.
Hoc aũt Vlysses ualde animũ interfecto iratus est,
Iuit autem per primas acies armatus micanti ære,
Stetit aũt ualde prope iens, & iaculatus est lãcea splẽdẽtẽ
Circum ipsum aspiciens. Troiani autẽ perterriti fugerũt
Viro iaculante. hic autem non uanum telum misit,
Sed filium Priami nothum percussit Democoonta,
Qui ei ex Abydo uenit ab equis uelocibus.
Hunc Vlysses propter amicum iratus percussit lancea
In tempore, quæ alterum per tempus penetrauit
Cuspis ærea. hunc autem obscuritas oculis texit.

Aiax Telamonius Simoisium occidit.

Sonuit autem cadēs, resonuerunt & arma in ipso,
Recesseruntq́; primi pugnatores, & illustris Hector.
Argiui autem ualde strepebant, trahebant autē mortuos.
Processerunt multò prius, iratus est aūt Apollo (feras:
Ex Pergamo despiciēs, Troianos aūt adhortatus est uoci-
Moueamini equorū domitores Troiani, neq; subijciamini
Argiuis, quoniā nō ipsis lapis corpus neq; ferrū, (pugna
Vt lanceam tolerare possint corpus incidentem percussi.
Atqui nec Achilles Thetidis filius benecomatæ
Pugnat, sed in nauibus iram tristem digerit.

Apollo Troianos ad redintegrandū bellū hortatur.

Sic dixit ab urbe potens deus: sed Achiuos
Commouit Iouis filia gloriosissima Minerua
Veniens in multitudinem, ubi negligentes uidit.
Tūc Amaryncidem Dioreum parca ligauit:
Saxo enim percussus est apud talum aspero
Tibia dextra: percussit autem Thracum dux uirorum
Pirus Imbrasides, qui ex Aeno uenerat.
Ambos autem neruos & ossa lapis asper
Prorsus percussit: hic autem supinus in pulueribus
Decidit, ambas manus dilectis socijs extendens,
Animum exspirans. hic autem cucurrit qui percussit
Pirus, uulnerauit aūt lancea apud umbilicū: at uero oīa
Effusa sunt in terrā interiora. hūc aūt tenebræ oculis cōte
Hūc aūt Thoas Aetolus irruentē percussit lācea (xerūt.
Pectore super māmillā: fixa est aūt in pulmone lancea.
Prope aūt ipsum uenit Thoas: grauem autem lanceam
Extraxit pectore; traxit autem ensem acutum,
Quo hic uentrē percussit mediū: abstulit autem animum
Arma aūt non expoliauit, circūstabant. n. socij (nētes,
Thraces longas comas habētes, longas lanceas manibus te-

Thraces lōgas comas habent.

Qui ipsum magnum existentem & fortem & clarum
Expulerunt ab ipsis: hic autem recedens concussus est.
Sic hi duo in pulueribus propè inter se extensi sunt,
Certe hic quidē Thracum, ille autem Epeiorum bellicosorū
Ductores: multi autem extensi sunt & alij.
Tunc non pugnam uir uituperaret pertransiens,
Quisquis etiam impercussus & inuulneratus acuta lācea
Vagaretur p mediū, duceret aūt ipsum Pallas Minerua
Manu accipiens, postq̄ sagittarū prohibuisset impetum:
Multi enim Troianorum & Achiuorum die illo
Proni in pulueribus propè inter se extensi sunt.

ARGVMENTVM E. HOMERI COMPOSITIONIS.

Diomedes (Minerua ei auxiliante) optimè agit, & multos interficit hostium. Vulnerat autem Venerem in manu, & Martem in vẽtre. Aeneam autem ab ipso percussum lapidè Apollo saluat. Tlepolemus autem à Sarpedone interficitur. Martem autem Iupiter obiurgat: sanat autẽ ipsum Pæon deorum medicus.

COMPOSITIONIS

Epsylon, percutit Ventrem Martemq;, Tydei filius.



Vnc rursus Tydidæ Diomedi Pallas Minerua
Dedit robur & audaciam, ut illustris supra omnes
Argiuos fieret, & gloriam bonam acciperet.
Lucebat ei ex galeaq;, & ex scuto incessabilis ignis,
Stellæ autumnali similis, quæ maximè
Splendidè lucet lota in Oceano:
Talis ei ignis lucebat à capiteq; & humeris.
Mouit autem ipsum in mediũ, ubi plurimi tumultuabãt.
Erat aũt quidã inter Troianos Dares, locuples, irreprehẽ(sibilis,
Sacerdos Vulcani: duo aũt ei filij erant,
Phegeus Idæusq;, pugnæ benè scientes omnis:
Hi ei separati, ex aduerso motī sunt:
Hi quidem ab equis, hic aũt à terra motus est pedester.
Hi aũt quando iam propè erant inter se contra euntes,
Phegeus prior præmisit longam lanceam.
Tydidæ super humerum sinistrum uenit cuspis
Lanceæ, neq; percussit ipsum. posterior aũt motus ẽ lãcea
Tydides: huius non uanum telum fugit ex manu,
Sed percussit pectus intra mammillas, expulit ab equis.
Idæus autem irruit, linquens pulchrum currum,
Neq; tolerauit protegere fratrem interfectum.
Neq; enim neq; ipse effugisset mortem nigram,
Sed Vulcanus traxit, seruauitq; nocte tegens,

Dares sacerdos Vulcani.

Vt propter eum non penitus senex tristis esset:
Equos autem expellens magnanimi Tydei filius
Dedit socijs, ut deducerent cauas in naues.
Troiani aūt magnanimi postq̄ uiderunt filios Daretis,
Hunc quidem fugientem, illū aūt interfectū apud currus,
Oībus motus est animus: sed glaucos oculos habēs Minerua
Manu apprehendēs, uerbis allocuta est furentē Martem:
Mars, Mars homicida inquinate, cæde muros quatiens,
Num iam Troianos sinemus & Achiuos
Pugnare, utris pater Iupiter gloriam dabit,
Nos autem secedamus, Iouis & fugiamus iram?
Sic dicens, pugna eduxit impetuosum Martē. (dro.
Hūc qdē postea sedere fecit in magnas ripas habēte Scamā
Troiāos aūt declinauerūt Danai: iterfecit aūt uirū unusq̄s
Ductorū: primus quidē rex uirorū Agamemnon (que
Ducem Halyzonū Odium magnum eiecit è curru:
Primo enim uerso dorso hastam infixit
Humerorum in medio, per autem pectora traiecit:
Sonuit autem cadens, sonuerunt & arma super ipso.
Idomeneus autem Phæstum interfecit Mæonis filium
Mori, qui ex Tarne fertili uenit.
Hunc quidem Idomeneus lancea inclytus hasta longa
Punxit equos ascendentem, iuxta dextrum humerum.
Cecidit aūt ex curribus: odiosæ aūt ipsum tenebræ cæpe
Hunc quidē Idumenei prædati sunt serui. (runt.
Scamandrius uenator præstans. Filium aūt Strophij Scamandrium, cruentum uenatione,
Atrides Menelaus interfecit hasta acuta,
Bonum uenatorem: docuit enim Diana ipsa
Percutere syluestria omnia, quæ nutrit in mōtibus syluas:
Sed neq; ipsum tunc iuuit Diana sagittis gaudens,

Neq; iaculationes, quibus prius ornatus est:
Sed ipsum Atrides lanceainclytus Menelaus
Ante se fugientem dorso uulnerauit lancea
Humerorum in medio, per autem pectora traiecit.
Cecidit autem pronus, sonuerunt aūt arma super ipso.
Meriones aūt Phereclum interfecit, fabri lignarij filium
Harmonidæ, qui manibus sciebat ingeniosa omnia
Facere, egregie enim ipsum diligebat Pallas Minerua,
Qui & Alexandro fabricauit naues rectas,
Autores malorū, quæ omnibus malū Troianis factæ sunt,
Sibiq; ipsi: quoniam non deorum monita sciebat.
Hunc quidem Meriones quando iam cæpit insequens,
Percussit iuxta clunem dextrum, omnino autem
Eregione iuxta uesicam sub osse uenit cuspis.
Genu flexo aūt cecidit plorās, mors aūt ipsum circūtexit.
Pedæum aūt interfecit Meges, Antenoris filium,
Qui nothus quidē erat, ornate aūt nutriuit diua Theano,
Aeque dilectis filijs, gratificans marito suo.
Hunc quidem Phylides lanceainclytus prope ueniens
Percussit capitis iuxta ceruicem acuta lancea:
Contra autem dentes sub linguam incidit æs.
Cecidit aūt in puluere, frigidum aūt accepit æs dentibus.
Eurypylus autem Euæmonides Hypsenora diuum
Filium magnanimi Dolopionis, qui Camandri
Sacerdos factus erat, dei autē instar honorabat̄ à populo.
Hunc quidem Eurypylus Euæmonis splendidus filius
Ante se fugientem cursim percussit in humero
Ense impetum faciens: abscidit autem manum grauem.
Sanguinolēta aūt manus in campo cecidit: hūc autē in o-
Accepit nigra mors, & parca fortis. (culis

Phereclus fabricator nauiū Paridis.

Sic hi quidem laborabant circa fortem pugnam.
Tydidem autem non agnosceres utris nam cum esset,
Num cum Troianis uersaretur, an cum Achiuis:
Currebat enim per campum fluuio magno similis
Torrenti, qui uelociter fluens dissipauit pontes:
Hunc autem neq; pontes impedientes retinent,
Neq; septa retinent uinearum uirescentium
Venientem ex improuiso, quando aggrauat Iouis imber,
Multa autem ab ipso opera dissipata sunt bona iuuenum:
Sic à Tydide densæ turbantur turmæ
Troianorũ: neq; ipsum expectabãt multæ quis existẽtes.
Hunc autem postquã cognouit Lycaonis splendidus filius
Ruentem in campum, ante turbantem turmas,
Statim contra Tydidem extensi sunt curui arcus,
Et percussit ruentem, assequens iuxta dextrum humerũ
Thoracis extremitatem: peruolauit autẽ amara sagitta.
Contra autẽ diuisit: perfusus est autẽ sanguine thorax.
Quare ualde clamabat Lycaonis splendidus filius:
Surgite Troiani magnanimi stimulatores equorum,
Percussus est enim optimus Achiuorum, neq; ipsum cẽseo
Diu toleraturum fortem sagittam, si uere me
Mouit rex Iouis filius motum ex Lycia.

Diomedes uulneratur à Pandaro.

Sic dixit gloriabũd⁹. hũc aũt nõ sagitta uelox ĩterfecit,
Sed secedens ante equos & currus
Stetit, & Sthenelum allocutus est Capanei filium:
Surge amice Capanide, descende curru,
Vt mihi ex humero trahas amaram sagittam.
Sic dixit. Sthenelus autem ex equis saltauit in terrã:
Apud autẽ stans, sagittã uelocẽ utrinq; traiectam extra-
Sanguis aũt exiliit per fibulam loricæ. (xit ex humero,

Iam tunc postea precatus est uocem bonus Diomedes:
Audi me Aegiochi Iouis filia indomita,
Si unquam mihi & patri dilecta studiosa astitisti
Inimico in bello, nunc rursus me dilige Minerua:
Da autē me uirū interficere, & in impetū lanceæ uenire,
Qui me percussit præueniens, & gloriatus est, neq; me
Diu amplius uisurum splendidū lumen solis. (dicit
Sic dixit precās, hunc aūt exaudiuit Pallas Minerua.
Membra autem fecit leuia, pedes & manus insuper,
Propè autem stans uerba uelocia allocuta est:
Audens nunc Diomedes contra Troianos pugnare,
Tibi enim in pectoribus robur paternum misi
Intrepidū, quale habuit clypeū quatiens eques Tydeus.
Caliginē aūt rursus tibi ab oculis abstuli, quæ prius ine-
Vt bene cognoscas & deum quidem, ac etiam uirū. (rat,
Quare nunc si deus tentans huc ueniat,
Ne quid tu immortalibus dijs contra pugna
Alijs: sed si Iouis filia Venus
Veniet in bellum, hanc uulnera acuta lancea.
Hæc quidē, sic dicēs, discessit glaucos oculos habēs Miner
Tydides aūt rursus iēs īter primas acies mixtus est (ua.
Et prius q̃uis animo prōptus aduersus Troianos pugnare,
Iam tunc ipsum ter tantum cœpit robur, instar leonis,
Quē pastor in agro inter habentes uellera innexa oues
Sauciauit, ouile super saltantem, neq; interfecit.
At huius quidē fortitudinem excitauit, postea aūt nō tuta
Sed per caulas ingreditur, & solitaria timet. (tur,
Hæ quidem condensæ inter se confunduntur:
Sed hic uictor profunda saltat ex ouili.
Sic promptus Troianis mixtus est fortis Diomedes.

Pallas Diomedem consolatur.

Hominū oculi nube obducti, ut deos ab hoībus discernere nequeant.

Comparatio leonis.

Diomedes Palladis auxilio multos interficit.

Tũc interfecit Astynoũ, & Hypenora pastorẽ populorũ:
Hunc quidẽ super mammillã percutiens ærea lancea,
Alterum autem ense magno in iunctura apud humerum
Percussit: ab ceruice autẽ humerũ abscidit & à dorso.
Hos quidẽ reliquit. hic aũt Abãtẽ adiuit, & Polyidum
Filios Eurydamantis somniorum interpretis senis.
His non reuersuris senex interpretatus est somnia:
Sed ipsos fortis Diomedes obtruncauit.
Iuit autem ad Xanthumq; Thoonaq; Phænopis filios
Ambos unicos. hic autem confectus erat senectute tristi.
Filiũ aũt non generauit aliũ in possessionibus relinquere.
Tũc hic hos interfecit, dilectumq; abstulit animũ
Ambobus: patri autem luctum, & dolores tristes
Reliquit, quoniam non uiuos ex pugna redeuntes
Suscepit: hæredes autem per possessiones diuisi sunt.
Tunc filios Priami duos interfecit Dardanidæ,
In uno curru existentes, Echemonaq;, Chromiumq;.
Sicut autem leo in bobus saltans ceruicem educit
Vitulæ, uel bouis campum pascentium,
Sic hos ambos ex equis Tydei filius
Deturbauit male nolẽtes, postea autem arma spoliauit
Equos autem suis socijs dedit ad naues ducere.
Hunc uidit Aeneas dissipantem turmas uirorum:
Perrexit autem ire ad pugnam, & in turbationẽ lãcearũ
Pandarum diuinum perquirens sicubi inueniret,

Aeneas & Pandarus Diomedem inuasuri colloquuntur.

Inuenit Lycaonis filium irreprehensibilemq;, fortemq;,
Stetit aũt ante ipsum, uerbumq;, ipsum cõtra locutus est:
Pandare, ubi tibi arcus, & ueloces sagittæ?
Et gloria, qua non aliquis tibi contendit hic uir:
Neq; aliquis in Lycia te gloriatur esse melior.

Sed age huic immitte uiro sagittam, Ioui manus eleuans,
Quicunq; hic sit qui uincit, & iam malis multis affecit
Troianos, quoniam multorũq; & bonorum genua soluit.
Nisi aliquis deus est iratus Troianis
Sacrificijs. DIFFICILIS autem dei est ira.
Hunc autẽ rursus allocutus est Lycaonis splendidus filius:
Aenea, Troianorũ consultor bellicosorum,
Tydidæ ipsum ego prudenti circa omnia assimilo,
Scuto cognoscens, galeáq;, conóq;,
Equos inspiciens: manifeste aũt non cognosco nũ deus sit,
An autem hic uir, quem dico prudens Tydei filius.
Non hic sine deo hæc facit, sed aliquis propè
Stetit immortalium, nebula contectus humeros,
Qui huius sagittam uelociter euntem uertit aliò:
Iam enim ei immisi sagittã, & ipsum percussi in humero
Dextro, econtra per thoracis extremitatem:
Et ipsum ego affirmabam ad inferos præmisisse.
Attamen non occidi: deus aliquis est iratus,
Equi autem non adsunt & currus, quos ascendam.
Sed in domibus Lycaonis undecim currus
Pulchri, primò cõglutinati, nuper facti, circũ aũt uelamina
Extensa sunt: apud aũt ipsos unicuiq; bini equi
Stant, hordeum album comedentes, & siligines,
Certe quidem mihi ualde multa senex iaculator Lycaon
Venienti iussit domibus in factis
Equos me iussit & currus conscendentem
Imperare Troianis, in fortes pugnas.
Sed ego non persuasus sum: certe multo utilius fuisset,
Equis parcens ne mihi indigeant pabulo,
Viris captis assueti comedere multum.

Dei ira difficilis est.

Pandarus Aeneæ.

Sic reliqui, & pedester in Troiam ueni
Arcubus confisus. hi autem me nō erant futuri iuuare.
Iam enim duobus optimis immisi,
Tydidæq; & Atridæ, ex autem ambobus
Verum sanguinē fluere feci pcutiens, suscitaui aūt magis.
Ideo mala fortuna à clauo curuos arcus
Die hoc accepi, quando Troiam apud desideratam
Præfui Troianis, ferens auxilium Hectori diuino.
Si autem redibo, & uidebo oculis
Patriam meam, uxoremq;, & altam magnam domum:
Statim postea à me caput incidat alienus uir:
Nisi hos arcus splendido in igne ponam
Manibus frangens: uani enim me sequuntur.
Aeneas Pindaro. Hūc aūt rursus Aeneas Troianorū princeps contra allocutus est:
Non sic loquere: prius autem non erit aliter
Quàm nos aduersus hunc uirū cum equis, & currubus
Occurrere uenientes cum armis experiamur.
Sed age, meos currus ascende, ut scias
Quales Troiani equi scientes campo
Velociter huc & illuc insequi, & fugere.
Ideo & nos ad ciuitatem saluabunt, si rursus
Iupiter aduersus Tydidem Diomedem gloriam dabit.
Sed age, nunc flagellum, & habenas pulchras
Suscipe: ego autem equos ascendam, ut pugnem:
Vel tu hunc excipe, curæ erunt autem mihi equi.
Hūc aūt rursus allocutus est Lycaonis splēdidus filius
Aenea, tu quidem ipse tene habenas, & tuos equos:
Magis sub auriga consueto curuum currum
Portabunt, siquidem rursus fugiemus Tydei filium:
Ne hi quidem timentes pigrescant, neq; uelint

Efferre bello tuam uocem desiderantes,
Nos autem insequens magnanimi Tydei filius
Ipsos īterficiat, & abducat integrū ungulā habētes equos.
Sed tu ipse impelle tuos currus, & tuos equos.
Hunc autē ego contrauenientē excipiam acuta lancea,
Sic uociferantes in currus pulchros euntes,
Promptiq; cōtra Tydidem impellebant ueloces equos.
Hos autem uidit Sthenelus Capanei splendidus filius,
Statim autem Tydidem uerba uelocia allocutus est;
Tydide Diomedes meo charissime animo,
Viros uideo fortes contra te desiderantes pugnare,
Fortitudinē immēsam habētes: hic quidē arcū bene sciens
Pandarus, filius autem rursus Lycaonis dicitur esse:
Aeneasq; filius quidem magnanimi Anchisæ
Gloriatur esse natus, mater autem ipsius est Venus.
Sed age retrocedamus in equis, neq; mihi sic
Propera in primis pugnis, ne dilectum cor perdas.
Hunc autē toruè aspiciens allocutus est fortis Diomedes: Diomedes cum Sthenelo auriga.
Ne timorem prædica: quoniam non te persuasurum puto.
Non enim mihi generosum fugienti pugnare,
Neq; timere, etiam mihi uires ualidæ sunt:
Pigresco autem equos ascendere, sed & sic
Contra uado ipsos: timere me non finit Pallas Minerua.
Hos autem non iterum retro auferent ueloces equi
Ambos à nobis, nisi alter sanè fugiat.
Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis,
Si mihi prudens Minerua gloriam dederit
Ambos interficere, tu cito hos quidem ueloces equos
Illius trahere ex curru habenas corripiens,
Aeneæ incita, recordatus equorum.

Abduc autem ex Troianis ad fortes Achiuos.
Huius enim generis sunt, cuius Troi altisonans Iupiter
Dedit filij solutionem Ganymedis: quoniam optimi
Equorum quicunq; sunt sub auroráq; soleq;
Huius generis furatus est rex uirorum Anchises
Clàm Laomedonte supponens fœminas equas.
Ex his sex generati sunt in domibus generatione,
At quatuor quidem ipse habens nutriuit in præsepio,
Hos autem duos Aeneæ dedit peritos timoris
Si hos acceperimus, abstulerimus gloriam bonam,
Sic hi quidem talia mutuo dicebant.
Hi autē cito propè uenerunt impellētes ueloces equos.
Hunc prior allocutus est Lycaonis splendidus filius:

Pandarus Diomedi.

Fortissime prudens splendidi Tydei fili,
Certe decēter te non telū uelox interfecit amara sagitta:
Nunc rursus lancea tentabo si felicior ero.
Dixit, & uibrans præmittit longam lanceam,
Et percussit Tydida iuxta scutum: huius aūt per totum
Cuspis ærea uolans thoraci admota est.
Huic aūt in longū clamauit Lycaonis splendidus filius:
Percussus es uentrem utrinq;: neq; te puto
Diu amplius toleraturū, mihi aūt magnā gloriā dedisti.
Hunc autē non territus allocutus est fortis Diomedes:

Diomedes Pandaro.

Errasti, & non assecutus es, sed non quidem uos puto
Ante cessaturum, quàm saltem alter cadens
Sanguine satiet Martem fortem bellicosum.
Sic fatus, iaculatus est, telum autem direxit Minerua

Diomedes Pandarum occidit.

In nasum apud oculum, albos autem penetrauit dentes.
Huius aūt quidem linguam ultimā abscidit ferrū magnū,
Cuspis autem exiuit apud ultimum mentum.

Cecidit autem è currubus, sonuerunt aũt arma super ipso
Versicoloria, latelucentia: conterriti sunt aũt eius equi
Velocipedes, huius aũt rursus soluta est animaq́;, roburq́;.
Aeneas autem irruit cum scuto lanceaq́; longa,
Timens ne eum eriperent mortuum Achiui.
Circum autem ipsum iuit leo tanq̃, fortitudine confisus,
Ante aũt ipsum lanceãq́; tenebat, & scutũ undiq; æquale,
Hunc interficere paratus, quicunq; huic obuius ueniret,
Terribiliter uociferans. hic autem saxum accepit manu
Tydides, magnum opus, quod non duo uiri portarent,
Quales nunc hoĩes sunt: hic aũt ipsum facile mouebat, & (solus:
Hoc percussit Aeneæ uertebrũ, ubi coxa
Vertebro inuertitur (uertebrum autem ipsum uocant.)
Confregit aũt ipsius uertebrũ, ambos aũt abrupit neruos:
Detraxit autem pellem asper lapis. sed hic heros
Stetit genu flexo cadens: & firmatus est manu magna
Terræ: circum autem oculos nigra nox cooperuit.
Et certe tunc perditus esset rex uirorum Aeneas,
Nisi cito intellexisset Iouis filia Venus
Mater, quæ ipsum sub Anchisa peperit bubulco:
Circum aũt suũ dilectum filiũ extendit lacertos cãdidos
Ante autem ipsam pepli lucidi plica cooperuit,
Septũ ut esset telorũ, ne quis Danaorũ uelocesequoshabẽ- (tium
Ferrũ in pectoribus immittens animum auferret.
Quæ quidem suum dilectum filium subduxit è prælio,
Neq; filius Capanei oblitus est mandatorum
Horum, quæ iussit uocem bonus Diomedes.
Sed hic hos quidem suos inhibuit integrasungulashaben (tes equos
Longe à turba, ex curru habenas extendens:
Aeneæ autem inuadens pulchroscrineshabentes equos

Diomedes Aeneã uulnerat.

Aeneas à matre liberat, ne Diomedis manu intereat.

Abduxit à Troianis ad fortes Achiuos.
Dedit autem Deipylo socio dilecto, quem supra omnem
Honorabat coætaneorum cœtum, quòd ei mẽtibus æqualia
Naues in concauas abducere: sed hic heros (sciebat
Suos equos ascendens, sumpsit habenas splendidas.
Statim autem Tydidẽ consecutus est fortes ungulis equos
Promptus. hic autem Venerẽ aggressus est infesto ferro,
Cognoscens quòd impotens esset dea: neq; dearum
Earum, quæ uiris bellum administrant.
Neq; Minerua, neq; urbium populatrix Bellona.
Sed quãdo inuenit multum inter multitudinem insequẽs,
Tunc superadueniens magnanimi Tydei filius
Extremam uulnerauit manum saltans acuta lancea
Imbecillem, statim autem lancea corpus transfixit
Immortale per peplum, quod ei Gratiæ laborauerũt ipsæ,
Vltimũ super palmæ: fluebat aũt immortalis sanguis deæ
Humor, qualis fluit beatis dijs.
Non enim cibum comedunt, neq; bibunt ardens uinum:
Ideo exangues sunt, & immortales appellantur.
Hæc autem ualde clamans ab se deiecit filium,
Et hunc quidem in manibus suscepit Phœbus Apollo
Nigra nebula, nequis Danaorum ueloces equos habentium
Ferrum in pectoribus inijciens animum auferret.
Hanc aũt contra longe clamauit uocem bonus Diomedes:
Vade Iouis filia in bello & pugna,
An nõ satis quòd mulieres impotentes decipis?
Si autem in bello uersaberis, certe te puto
Rigere bello, etsi alibi didiceris.
Sic dixit, hæc aũt dolẽs abijt: cõsumebatur aũt grauiter.
Hãc quidẽ Iris accipiens pedibus uelox, duxit extra mul-
(titudinem

Venus à Diomede uulneratur.

Dij exangues & immortales.

Dolentē doloribus: nigrescebat autem corpus pulchrum.
Inuenit postea pugnæ in sinistra impetuosum Martem
Sedentē: caligini aūt lancea declinata erat, & ueloces e-
Hæc autem genuflexo procidens fratrem dilectum (qui.
Multa precans aureafrenahabentes petijt equos:
Dilecte frater asporta me, da autem mihi equos,
Vt in olympum uadam, ubi immortalium sedes est.
Valde doleo uulnere, quo me mortalis uulnerauit uir
Tydides, qui nunc aduersus Iouem patrem pugnaret.
Sic dixit. huic aūt Mars dedit aureafrenahabētes equos.
Hæc aūt in curru ascendit dolens dilectum cor:
Apud autē ipsam Iris ascendit, & habenas accepit mani-
Verberauit aūt ut īpelleret. hi aūt nō inuiti uolabāt: (bus,
Statim aūt postea iuerūt deorum in sedē, altū olympum.
Tunc equos starefecit pedibusceleres uelox Iris,
Soluens ex currubus, atq; immortalem apposuit escam.
Hæc aūt in genibus cecidit Diones diua Venus
Matris suæ: hæc autē cum ulnis accepit filiam suam,
Manuq; ipsam demulcebat: uerbaq; dixit, et denominauit:
Quis tibi talia fecit dilecta filia cœlicolarum
Inuanum? tanquam aliquid malum facienti manifeste?

Venerē sauciam, Dione mater consolatur.

Huic autem respondit postea amansrisum Venus:
Vulnerauit me Tydei filius magnanimus Diomedes,
Quoniam ego dilectum filium subduxi è prælio
Aeneam, qui mihi omnium longe dilectissimus est.
Nō enim amplius Troianorū, & Achiuorū pugna grauis
Sed iam Danai & cum immortalibus pugnant. (est:

Huic autem respondit postea Dione diua dearum:
Suffer filia mea, & tolera dolens quamuis:
Multi enim iam tolerauimus cœlestes domus habentes.

Dij plures uulnerati ab hominib⁹

Ex uiris graues dolores inter se facientes.
Tolerauit quidē Mars quādo ipsum Otus, fortisq́; Ephialtes
Filij Aloei ligauerunt forti in uinculo
Aereo, & in carcere ligatus est tredecim menses:
Et tunc perijsset Mars insatiabilis belli,
Nisi nouerca perpulchra Eriboea
Mercurium admonuisset: hic aūt furatus est Martem
Iam consumptū: graue autē ipsum uinculum domauerat.

Iuno uulneratur.

Tolerauit aūt Iuno quādo ipsam fortis filius Amphitryōis,
Dexteram iuxta mammillam sagitta trisulca
Percussit: tunc ipsam immedicabilis accepit dolor.

Pluto uulneratur.

Tolerauit & Pluto in his magnus uelocem sagittam,
Quando ipsum idem uir filius Iouis Aegiochi
In Pylo inter mortuos percutiens doloribus dedit.
Sed hic iuit ad domum Iouis, & magnum olympum,
Animum dolens doloribus transfixus, sed sagitta
Humero in forti transfixa est: tristē effecit autē animum.
Hunc aūt Paeon dolores expellētia medicamina spargens
Curauit, non quidem enim aliquid iuxta mortalis fuit
Infestus grauia operans, qui non aduertit iniusta faciens
Qui arcubus dolere fecit deos, qui olympum habitant.
Te autē in hunc cōmouit dea glaucos oculos habēs Minerua,
Stultus neq; hoc scit iuxta mentē Tydei filius,
Qui ualde nō longaeuus est, qui cū immortalibus pugnat.
Neq; ipsum filij unquam ad genua patrem appellabunt
Venientem ex bello, & graui pugna.
Itaq; nunc Tydides etsi ualde fortis est,
Consideret nequis aduersus ipsum maior te pugnet.
Ne diu Aegialea perprudens Adrastine
Ex somno lugens amicos domesticos suscitet,

Iuuenem desiderans maritum, optimum Achiuorum:
Potens uxor Diomedis bellicosi.
Dixit, & ambabus saniem manus absterfit.
Medicata est manus, dolores & mitigati sunt graues.
Hæ autem rursus inspicientes Mineruaq; & Iuno,
Mordacibus uerbis Iouem Saturnidem irritauerunt.
His aũt uerbis incepit dea glaucos oculos habẽs Minerua:
Iupiter pater, nunquid mihi succẽsebis ob id, quod dicã:
Certe ualde aliquam Venus Acheidarum persuadens
Troianos simul sequi, quos nunc mirabiliter diligit:
Harum aliquã subornans Acheidarum beneuestitarum
Ad auream fibulam lacerauit manum teneram.
Sic dixit. subrisit autem pater uirorumq; deorum,
Et uocans, allocutus est auream Venerem:
Non tibi filia mea concessa sunt bellicosa opera:
Sed tu mitia exerce opera nuptiarum:
Hæc aũt Marti ueloci, & Mineruæ omnia curæ erunt.
Sic hi quidem talia inter se dicebant.
In Aeneam autem irruit uocem bonus Diomedes,
Cognoscẽs quod ei ipse superhabebat manus Apollo.
Sed hic neq; deũ magnũ uenerabat: cupiebat autẽ semper
Aeneam interficere, & inclyta arma spoliare.
Ter quidem postea irruit ad interficiendum promptus:
Ter autem ei euertit lucidum scutum Apollo.
Sed quando quarto concitatus est deo similis,
Grauiter minans allocutus est longe iaculans Apollo:
Considera Tydide, & retrocede, neq; dijs
Aequalia uelis scire: quoniam nunquam genus simile
Immortaliumq; deorum, humi ambulantiumq; hominum.
Sic dixit, Tydides autem cessit paululum retro,

Aeneas ab Apolline morti subducitur.

Iram euitans longeiaculantis Apollinis:
Aeneam autem seorsim à turba posuit Apollo
Pergamo in sacro, ubi ipsi templum factum erat:
Certe hunc Latonáq;, & Diana sagittisgaudens,
In magno adyto medicabantq; glorificabantq;.
Sed hic simulacrum fecit argenteumarcũhabens Apollo,
Ipsiq; Aeneæ simile, & armis tale:
Circum autem idolum Troiani, & diui Achiui
Incidebant inter se circa pecora bouina
Scuta rotunda, scutáq; parua agilia.
Iã tunc impetuosum Martẽ allocutus est lucidus Apollo:
Mars Mars hoĩnũ pestis, inquinatecæde murorũpcussor,
Non hunc uirum ex pugna trahes accedens
Tydidem, qui nũc certe & cum Ioue patre pugnaret:
Venerem quidẽ primũ propè uulnerauit manũ in palma,
Sed postea ipsi mihi concitatus est deo similis.
Sic dicens, ipse sedit in Pergamo excelso.
Troianorum aũt turmas perniciosus Mars cõcitauit ac-
Similis Acamanti ueloci ductori Thracum. (cedens,
Filios autem Priami à Ioue nutritos adhortatus est:
O filij Priami à Ioue nutriti regis,
Quousq; interfici sinetis populum ab Achiuis?
An donec circa portas benefactas pugnent?
Iacet uir, quem æqualem honorabamus Hectori diuo,
Aeneas filius magnanimi Anchisæ.
Sed age ex tumultu liberemus bonum socium.
Sic dicens cõcitauit fortitudinẽ, & animũ uniuscuiusq;.
Tunc rursus Sarpedon ualde incusauit Hectora diuum:
Hector, quo tibi fortitudo iuit quam prius habebas?
Dicebas sine populis ciuitatem defendere, & adiutoribus,

Solus cum affinibus fratribusq; tuis.
Horum nunc nullum ego uidere possum, neq; cognoscere.
Sed timent canes tanquam circum leonem.
Nos autem rursus pugnamus qui socij sumus:
Etenim ego socius existens de longinquo uenio,
Longe.n. Lycia Xantho in uorticibus pleno,
Vbi uxoremq; dilectam reliqui, & infantem filium,
Et possessiones multas, quas desiderat quicunq; indigens.
Sed & sic Lycios commoueo, & paratus sum
Cum uiro pugnare. sed nihil mihi hic tale,
Quale uel ferrent Achiui, uel ducent.
Tu autem stas, ac non alijs iubes
Populis manere, & auxiliari mulieribus:
Ne tanquam uinculis lini capti retis
Viris inimicis laceratio, & præda efficiamini:
Qui cito destruent benehabitatam ciuitatem uestram.
Tibi autem opus est hæc omnia curare, noctesq; & dies
Principes precanti inclytorum sociorum
Firmiter perdurare, & minacē execrari increpationem.
Sic dixit Sarpedon. momordit aūt mētes Hectori ser-
Statim autem ex currubus cū armis saltauit humū: (mo.
Vibrans autē acutas lanceas per exercitum ibat quolibet
Commouens ad pugnandum, suscitauit aūt pugnā grauē.
Hi autem cōgregati sunt, & contrarij steterunt Achiuis.
Argiui autem expectabant congregati, neq; timebant.
Sicut autem uentus paleas fert magnis in areis
Viris uentilantibus, quando flaua Ceres
Discernit urgentibus uentis fructumq; & paleas,
Et albescunt acerui palearum: sic tunc Achiui
Albi superfacti sunt puluere, quem per ipsos

Cœlum usq; solidum excitarunt pedes equorum
Iterum commistorum, reuersi autem sunt aurigæ
Qui fortitudinē manuū recte ferebāt. circū aūt caliginem
Impetuosus Mars offudit pugnæ Troianis auxiliator,
Vndiq; discurrens: perficiebant autem mandata
Phœbi Apollinis ensem aureū habentis, qui ipsum iussit
Troianis animū excitare, quoniā uidit Pallada Mineruā
Discurrentem, quæ erat Danais auxiliatrix.
Ipse autem Aeneam ualde pingui ex adyto
Extulit, & in pectoribus fortitudinē iecit pastori populo-
Aeneas autem cum socijs stetit, hi aūt gauisi sunt (rum.
Postquàm uiderunt uiuumq; & incolumē aduenientem,
Et fortitudinē bonā habētem. interrogauerūt quidē nihil
Nō. n. sinebat labor alius, quē argēteumarcūhabēs suscita
Mars'q; hoīnū pestis Cōtētioq; insatiabiliter prompta: (uit
Hos autem Aiaces duo & Vlysses, & Diomedes
Concitabant Danaos ad pugnandum, hi autem & ipsi
Neq; uiolentias Troianorum timebant, neq; clamores,
Sed expectabant nebulis similes quas Saturnius
Tranquillitate sistit in altis montibus,
Paulatim quousq; cessat robur Boreæ, & aliorum
Fortium uentorum, qui nebulas obscuras
Spirationibus stridulis dissipant flantes.
Sic Danai Troianos expectabant firmiter, neq; timebāt.
Atrides autem ad multitudinem ibat multa iubens:

Agamemnō suos hortari non desistit.

O amici, uiri estote, & fortem animum accipite,
Adinuicem'q; uerecundamini per fortes pugnas.
Verecundantiū aūt uirorū plures salui, q̄ interficiuntur.
Fugiētium aūt nō gloria insurgit, neq; aliqua fortitudo.
Dixit, & iaculatus est lācea uelociter: percussit aūt propu-
(gnatorem uiru-

Aeneæ socium magnanimi Deicoonta
Pergasidem, quem Troiani æquæ ac Priami filios
Honorabant, quoniam uelox erat in primis pugnare.
Hunc in scuto lancea percussit rex Agamemnon,
Hoc non lanceam impediuit: prorsus.n.intrauit & ipsum
Vltimo in uentre per baltheum transiuit.
Sonuit autem cadens, sonuerunt & arma in ipso.
Tunc rursus Aeneas Danaorum interfecit uiros optimos
Filios Dioclei, Cretonaq;, Orsilochumq;.
Horum pater quidem habitabat beneædificata in Phera,
Diues uictus, genus autem erat ex fluuio
Alpheo, qui late fluit Pyliorum per terram.
Hic peperit Orsilochum multis uiris Imperatorem.
Orsilochus autem peperit Diocleum magnanimum,
Ex Diocleo autem gemini filij geniti sunt,
Crethon, Orsilochusq; pugnæ bene scientes omnis.
Hi quidem pubescentes nigris in nauibus
Ilium ad bonos equos habens simul Argiuos secuti sunt,
Honorem Atridis Agamemnoni, & Menelao
Comparantes, hos autem rursus finis mortis cooperuit.
Quales leones duo montis in cacuminibus
Nutriti sunt sub matre profundæ in densitatibus syluæ
Hi quidem rapientes boues, & pingues oues
Stabula hominum scindebant, quousq; & ipsi
Virorum in manibus interfecti sunt acuto telo.
Tales manibus ab Aeneæ interfecti
Deciderunt, abietibus similes altis.
Horum autem cadentium misertus est uocẽ bonus Menelaus:
Iuit autem per primos pugnatores armatus ardenti ferro,
Quatiens lanceã: huius autẽ cõcitabat fortitudinẽ Mars,

Hæc sciens, ut manibus ab Aeneæ interficeretur.
Hunc aũt uidit Antilochus magnanimi Nestoris filius,
Iuit aũt p primos pugnatores, ualde. n. timebat pastori po-
Neq́d pateretũ, ualde aũt ipsos aberrare faciebat (pulorũ,
Hi quidẽ iam manusq́;, & lanceas acutas (labore.
Contra inter se tenebant parati ut pugnarent.
Antilochus aũt ualde propè astabat pastori populorum.
Aeneas aũt nõ expectauit, uelox quãuis existens bellator,
Postquam uidit duos uiros propè inter se manentes.
Hi aũt postquã mortuos traxerũt ad populũ Achiuorum,
Hos quidem miseros posuerunt in manibus sociorum,
Ipsi autem reuersi cum primis pugnabant.
Tunc Pylæmeneum interfecerunt æqualem Marti,
Principem Paphlagonum magnanimorum bellicosorum,
Hunc quidem Atrides lanceâ gloriosus Menelaus
Stantem lancea percussit in humero consequens.
Antilochus autem Mydona percussit aurigam famulum,
Bonũ Atymniadẽ (hic aũt auertebat integrãungulãhaben
Saxo cubitũ cõsequẽs mediũ, at ex manibus (tes equos)
Habenæ albæ ebore humum ceciderunt in pulueres.
Antilochus autem ruens ense percussit tempus.
Sed hic anhelans accuratefabricato cecidit ex curru
Supinus in pulueres in caput & humeros:
Diu ualde stetit, consecutus est. n. harenam profundam,
Donec eq agitati humũ, piecerũt in pulueres. (Achiuorũ.
Hos autẽ uerberauit Antilochus, ad exercitum autẽ duxit
Hos aũt Hector cognouit ĩter turmas, irruit aũt ĩ ipsos
Vociferans: simul aũt Troianorum secutæ sunt phalãges
Fortes, præerat autem ipsis Mars, & casta Bellona:
Hæc quidem habens tumultum immanem pugnæ,

Mars autem in manibus magnam lanceam quatiebat:
Ibat aũt aliquãdo quidẽ ante Hectorẽ, aliquando aũt post.
Hunc autem uidens timuit uocem bonus Diomedes.
Sicut aũt quando uir timidus iens per ingentem campum
Stetit ad rapidum fluuium in mare profluentem,
Spuma feruescentem uidens, recurrit retro:
Sic tunc Tydides retro cessit, dixitq́; populo:
O' amici qualem tandem admiramur Hectora diuum
Bellicosum esse, & audacem bellatorem?
Huic autẽ semper adest unus deorum, qui pestẽ expellit
Et nunc ei adest ille Mars mortali uiro similis.
Sed ad Troianos uersi semper retro
Ite, neq; aduersus deos prompti sitis fortiter pugnare.
Sic dixit. Troiani autem ualde propè uenerunt ipsos.
Tunc Hector duos uiros interfecit benescientes pugnæ
In uno curru existentes, Menesthem, Anchialumq́;.
Horũ aũt cadentiũ misertus ẽ magnus Telamonius Aiax:
Stetit aũt ualde prope iens, & iaculatus est lancea lucida,
Et percussit Amphium Selagi filium, qui in Pæsso
Habitabat multas possessiones habẽs, multos cãpos habẽs: sed
Duxit auxiliantẽ ad Priamumq́;, & filios. (ipsum fatũ
Hunc in baltheo percussit Telamonius Aiax,
Inferiori in uentre defixa est longa lancea,
Resonuit autem cadens. hic autem irruit illustris Aiax
Arma prædaturus. Troiani autem tela fuderunt
Acuta, perlucida, scutum autem suscepit multa.
Sed hic cum calcibus adiens ex mortuo æream lanceam
Euulsit, neq; item alia potuit arma bona
Humeris auferre, obrutus est enim telis.
Timuit aũt hic circuitionẽ fortẽ Troianorum strenuorũ,

Diomedes obstupefactus suos alloquitur.

Qui multiq; & boni resistebant lanceas tenentes,
Qui ipsum magnũ quamuis existentẽ & fortẽ, & clarũ,
Expulerunt ab ipsis.hic autem cedens reuersus est.
Sic hi quidem laborauerunt circa fortem pugnam.
Tlepolemum autem Herculidem bonumq; magnumq;
Commouit aduersus diuum Sarpedontem Fatum dirum.
Hi autẽ quando iam propè erant alter in alterum euntes,
Filiusq; neposq; Iouis nebularum congregatoris,
Hunc & Tlepolemus prior uerbum allocutus est:
Sarpedon Lyciorum princeps,quæ tibi necessitas
Timere huc uenienti pugnæ imperito uiro?
Mendaces autem te dicunt Iouis filium Aegiochi
Esse,cum multum ab illis absis uiris,
Qui ex Ioue nati sunt in prioribus hominibus.
Sed magnum quoddam dicunt robur herculeum,
Esse meum patrem,audacem animum leonis habentem:
Qui quondam huc ueniens gratia æquorũ Laomedontis,
Sex solis cum nauibus & uiris pauculis,
Ilij destruxit ciuitatem,uiduauit autem uias.
Tibi aũt malus quidem animus,interficiunt.n.populi,
Neq; te Troianis puto auxilium fore,
Venientem ex Lycia,tametsi ualde fortis es,
Sed à me interfectum ad portas inferni peruenturum.
Huic autem rursus Sarpedon Lyciorũ ductor contra
Tlepoleme,certe ille destruxit Ilium sacrũ (locutus est:
Viri stultitijs clari Laomedontis,
Qui ipsum benefacientem malo increpauit uerbo,
Neq; restituit equos,quorum gratia à longe uenit.
Tibi autem ego hic dico,cædem & mortem nigram
Ex me comparaturum,mea autem à lancea interfectum

Gloriã mihi daturũ, animã aũt inferno inclytosequos ha-
Sic dixit Sarpedõ.hic aũt eleuabat fagineã lãceã (bẽti.
Tlepolemus: & horum quidem simul lanceæ longæ
Ex manibus ibant.hic quidem percussit ceruicẽ mediam:
Sarpedon, cuspis autem utrinq; uenit dolorosa:
Hunc autem circa oculos obscura nox cooperuit.
Tlepolemus autem crus sinistrum lancea longa
Percussit.cuspis autem mota est prompta
Ossi propinqua.pater autem mortem coërcuit.
Hi quidem diuum Sarpedontem diui socij
Extulerunt ex prælio: grauabat autem ipsum lancea lõga
Tracta.id quidem nullus considerauit, neq; intellexit
Crure extrahere lanceam fagineam, ut iret
Cum festinantibus: talẽ.n.habebant laborem gubernantes.
Tlepolemum autem ex altera parte beneocreati Achiui
Exportabant prælio.intellexit autem diuus Vlysses
Miserabilẽ animũ habens. promptũ erat aũt ei dilectũ cor.
Cogitabat autem postea in mente, & in animo,
An prius Iouis filium ualdesonantis insequeretur,
An hic plurium Lyciorum animum auferet.
Neq; Vlyssi magnanimo fatatum erat,
Fortem Iouis filium interficere acuta lancea.
Huic ad multitudinem Lyciorũ uertit animum Minerua.
Tunc hic Cœranũ interfecit, Alastoremq́;, Chromiumq́;,
Alcandrumq́;, Haliumq́;, Noëmonaq́;: Prytanemq́;;
Et item plures Lyciorum interfecisset diuus Vlysses,
Nisi statim intellexisset magnus galeãornatãhabens He-
Ivit aũt per primas acies armatus fulgenti ære, (ctor.
Terrorem inferens Danais.gauisus est autem eo accedẽte
Sarpedon Iouis filius, uerbum autem luctuosum dixit:

Sarpedon uulneratus Hectora inclamat.

Priamide ne me laceramentum Danais relinquas
Iacere, sed auxiliare: postea me & linquat æuum
In ciuitate uestra: quoniam non futurus sum ego
Rediens domum dilectam in patriam terram,
Ad ædificandum uxoremq; dilectam, & infantē filium.
Sic dixit. hunc aūt non allocutus est galeam ornatam habens Hector,
Sed perrexit promptus, ut cito
Expelleret Argiuos, multorumq; animum auferret.
Hi quidem diuum Sarpedontem diui socij
Sedere fecerunt sub Aegiochi Iouis perpulchra fago:
Ex autem ipsius crure lanceam fagineam extraxit foras
Fortis Pelagon, qui eius dilectus erat socius.
Hunc aūt reliquit aīa, & circa oculos diffusa est caligo.
Rursus autem respirauit, circum autem aura Boreæ
Recreauit spirans male suspirantem animum.
Argiui autem propter Martem & Hectorem armatū,
Neq; reuertebantur nigras ad naues,
Neq; ferebantur in pugnam, sed semper retro
Cedebant, postquam audiuerunt cum Troianis Martem.
Tunc quem primum, quem ultimum interfecit
Hectorq; Priami filius, & æreus Mars?
Eximium Teuthranq;, & domitorem equorū Orestem,
Trechumq; bellatorem Aetolium, Oenomaumq;,
Oenopidemq; Helenū, et Oresbiū ornatā mitram habētem,
Qui in Hyla habitabat ualde diuitias quærens,
Lacu circundatus Cephisidæ: apud autem ipsum alij
Habitabant Bœotij ualde pinguem populum habentes.
Hos autem postq̄ intellexit dea albas ulnas habens Iuno,
Argiuos interficientes in forti pugna,
Statim Mineruam uerba uelocia allocuta est:

Heu Aegiochi Iouis filia indomita, *Iuno cum Pallade.*
Certe uanum uerbum promisimus Menelao
Ilium destruente benemuratum redire,
Si sic furere sinamus perniciosum Martem.
Sed age iã & nos curemus impetuosam fortitudinẽ. (ua.
Sic dixit.neq; nõ ꝑsuasa est glaucos oculos habẽs Miner
Hæc quidem percurrens aureas habenas habentes aptauit
Iuno, antiqua dea filia magni Saturni. (equos
Hebe autem circa currus uelociter posuit curuas rotas *Hebe currũ adaptat.*
Aereas octo radios habentes ferreum axem circa.
Harum aureus orbis incorruptibilis:sed desuper
Aereæ cincturæ congrue mirabile uisu:
Modioli autem argento sunt circundati undiq;.
Sella autem aureis & argenteis loris
Extensa est, duo autem circundati ambitus sunt.
Huius autem argenteus temo erat, sed in summo *Iunonis currus descriptio.*
Ligauit aureum pulchrum iugum, in eo capistra
Pulchra posuit aurea.sub autem iugum duxit Iuno
Equos ueloces pedes habentes ꝓ̃pta cõtentione & uocife-
Sed Minerua filia Iouis Aegiochi (ratione.
Peplum quidem deposuit subtilem patris in pauimento
Pulchrum, quem ipsa fecit & laborauit manibus.
Hæc aũt loricam induta Iouis nebularum congregatoris, *Armorum Palladis descriptio.*
Armis in bellum armata est lachrymosum.
Circum autem humeros posuit ægidam fimbriatam
Grauem, quam circum undiq; timor cinxerat.
In ea contentio, in ea fortitudo, in ea horribiles minæ, *Aegidis descriptio.*
In eaq; Gorgonium caput grauis timoris,
Horribilisq;, terribilisq; Iouis monstrum Aegiochi.
In capite aũt cuneatã galeã posuit quatuor clauos habentẽ,

Auream, centum ciuitatum militibus congruam.
In aũt currus lucentes pedibus ascẽdit, accepit aũt lanceã
Grauem, magnã, ualidã, qua prosternet turmas uirorum
Heroum, quibus irascitur fortempatrem habens.
Iuno autem flagello uelociter agitabat equos.
Sponte aũt portæ aptæ sunt cœli, quas custodiebãt Horæ,
Quibus commissum est magnum cœlum, olympusq;,
Et reducere densam nebulam, & inducere.
Eà per ipsas stimulatos impellebant equos.
Inuenerunt autem Saturnidẽ à dijs seorsum sedentẽ alijs
Summo uertice eminentis olympi:
Tunc equos firmans dea albasulnashabens Iuno,
Iouem eximiũ Saturnidẽ interrogauit, & allocuta est:
Iupiter, an nõ uitio uertes Marti isthæc grauia opera?
Quantumq; & qualem destruxit populum Achiuorum
Inuanũ, sed nõ secũdũ decẽs, mihi aũt dolor, hi uero quieti.
Delectantur Venusq;, & argenteũarcumhabens Apollo,
Stultum hunc dimittentes, qui non aliquã nouit iustitiam.
Iupiter pater nunquid mihi succensebis, si Martem
Grauiter percutiens pugna expellam? (Iupiter:
Huic aũt respondẽs allocutus est nebularũ cõgregator
Age, aduersus ipsum incita Mineruam prædatricem,
Quæ ipsi maxime cõsueuit malos dolores admouere.
Sic dixit. neq; non psuasa est dea albasulnashabens Iuno
Verberauit autem equos: hi autem non inuiti uolauerunt
In medio terræq;, & cœli stellati.
Quantum obscure uir uidit oculis
Sedens in specula aspiciens in nigrum pontum:
Tantum saltant deorum altisonantes equi.
Sed quando iam Troiam uenerunt, fluuiosq; fluentes,

Horæ deæ custodiunt portas cœli.

Iuno cum Minerua in prælium proficiscit.

Quæ fluctus Simois commiſcebant, & Scamandrus,
Tunc equos firmauit dea albasulnashabens Iuno,
Soluens ex curribus: circum aūt nebulam multam fudit.
His aūt ambroſiam Simois producebat ad paſcendum.
Hæ autem iuerunt timidis columbis paſſus ſimiles,
Viris Argiuis auxiliari promptæ.
Sed quando uenerunt ubi plurimi & optimi
Stabant circa potentiam Diomedis equorū domitoris
Congregati, leonibus ſimiles cruda comedentibus,
Vel ſuibus caſtratis, horum robur non impotens.
Tunc ſtans uociferauit dea albasulnashabens Iuno,
Stentori ſimilis magnanimo æreamuocemhabenti, — *Stentoris uocalitas.*
Qui tantum uociferabat, quantum alij quinquaginta:
Pudor ô Argiui, malæ reprehenſiones, ſpecie admirabiles,
Quandiu quidem in bello uerſatus eſt diuus Achilles,
Nunquam Troiani ante portas Dardanias
Venerunt, illius enim timuerunt fortem lanceam:
Nunc aūt longe à ciuitate concauas apud naues pugnant.
Sic dicens, commouit robur & animum uniuſcuiuſq;. — *Minerua cum Diomede.*
Tydidem aūt adiuit dea glaucosoculoshabens Minerua.
Inuenit autem hunc regem apud equos & currus,
Vulnus recreantē, in quo ipſum uulnerauit Pandarus ſa-
Sudor.n. ipſum affligebat ſub lato loro (gitta.
Scuti rotundi, quo cōſumebatur: defatigauit aūt manum
Eleuans lorum, nigrum ſanguinem abſtergebat.
Equinum autem dea iugum tetigit, uociferauitq;:
Certe parum ſibi filium ſimilem genuit Tydeus.
Tydeus paruus quidem erat corpore, ſed bellator: — *Tydeus qualis.*
Adeo ut quamuis ipſum ego pugnare nōn ſinebam,
Neq; irruere, quando uenit ſine Achiuis

Legatus ad Thebas multos ad Cadmienses,
Conuiuari ipsum iusserunt in domibus quietum.
Attamen hic animum habens suum fortem sicuti prius,
Iuuenes Thebanorũ prouocabat, in omnibus aũt uincebat
Facile, talis ego adiutrix eram.
Tibi autem certe quidem ego assistoq́; & obseruo,
Et te prompte iubeo aduersus Troianos pugnare.
Sed tua uel labor impetuosus membra ingressus est,
Vel te certe timor occupat impotentem, neq; tu postea
Tydei filius es prudentis Oenidæ.
Huic autem respondens allocutus est fortis Diomedes
Cognosco te dea filia Iouis Aegiochi,
Ideo ingenue dico uerbum, neq; celabo:
Non me aliquis timor tenet impotẽtẽ, neq; aliqua ignauia
Sed adhuc tuorum recordor mandatorum, quæ iussisti.
Non me sinebas immortales deos contra pugnare
Alios: sed si Iouis filia Venus
Venisset in bellum, hanc uulnerare acuta lancea.
Huius autem gratia nunc ipse retrocedo, atq; alios
Argiuos iussi congregari hic omnes.
Cognosco.n. Martem pugnam supra imperantem.
Huic aũt respondit postea dea glaucos oculos habẽs Minerua.
Tydide Diomedes meo charissime animo,
Neq; tu Martem hunc time, neq; aliquem alium
Immortalium, talis ego adiutrix sum.
Sed age in Martẽ primũ impelle integras ungulas habẽtes equos,
Verbera aũt propè, neq; uereare impetuosum Martem
Hunc furentem, curantem malum, mutabilem:
Qui ante quidem mihiq́; & Iunoni, promisit dicens
Aduersus Troianos pugnaturũ, sed Argiuis auxiliaturũ

Nunc aũt cum Troianis conuersatur, horũ aũt oblitus est.
Sic dicens, Sthenelum quidem ab equis impulit humũ,
Manu à tergo trahens, hic autem confestim desilijt.
Hæc uero in currum ascendit apud Diomedem diuum
Prompta dea, ualde autem resonuit fagineus axis,
Grauitate, grauem .n. ducebat deam uirumq; optimum.
Accepit autem flagellum & habenas Pallas Minerua,
Statim in Martẽ primum impulit integrãungulãhabẽtes
Certe hic quidẽ Periphãtẽ excelsum interfecit, (equos.
Aetolorum eximie optimum Ochesij illustrem filium.
Hũc quidẽ Mars interfecit inquinatus cæde. sed Minerua
Induit inferni galeam, ne ipsam uideret potens Mars. Plutonis
Postquam aũt uidit hominũ pestis Mars Diomedem diuũ, galea.
Certe hic quidem Periphantem magnum illic permisit
Iacere, ubi primum interficiens abstulerat animum.
Sed hic iuit aduersus Diomedem bellicosum.
Hi aũt quando iã propè erant alter contra alterũ euntes,
Prius Mars porrexit super iugum habenasq; equorum
Lanceam æream, promptus animum perdere:
Et tũc manũ accipiẽs dea glaucosoculoshabẽs Minerua,
Impulit subter ex curru uanam moueri. Martem uul
Secundus rursus motus est uocem bonus Diomedes nerat Dio-
Lancea ærea, firmauit autem Minerua armipotens medes.
Vltimum in uentrẽ, ubi cingebat baltheũ, (lacerauit. Martis à
Eò ipsum uulnerauit cõsequens, corpus uero pulchrum di- Diomede
Verũ lãceã extraxit rursus. hic aũt resonuit fortis Mars, uulnerati,
Quantumq; nouem milia resonabant, uel decem milia clamor ter-
Virorum in bello, contentionem congregantium Martis. ribilis.
At uero timor excepit Achiuosq;, Troianosq;,
Timentes, tantum resonuit Mars insatiabilis belli.

Qualis autem ex nebulis tenebricosus apparet aër,
Ex calore uenti grauiter spirantis:
Talis Tydidi Diomedi fortis Mars
Apparuit simul cum nebulis iens in cœlum latum.
Statim aũt uenit deorũ in pauimentum altum olympum,
Apud autem Iouem Saturnidem sedit animum dolens.
Ostendit aũt immortalẽ sanguinẽ defluentẽ ex uulnere,
Elugens uerba uelocia allocutus est:

Iupiter pater, non irasceris uidens hæc fortia opera,
Semper sane horrenda dij tolerantes sumus
Inter nos, gratiam autem hominibus ferentes.
Tibi omnes pugnamus, tu .n. peperisti dementem filiam
Perniciosam, cui semper iniusta opera curæ sunt.
Alij quidem .n omnes quicunq; dij sunt in olympo,
Tibiq; obediunt, & subiecti sumus unusquisq;:
Hanc autem neq; uerbo coërces, neq; opere,
Sed indulges, quoniam ipse genuisti filiam malam,
Quæ nunc Tydei filium magnanimum Diomedem
Furere persuasit in immortales deos.
Venerem quidẽ primũ propè uulnerauit manũ in palma,
Sed postea in ipsum me irruit dæmoni similis:
Sed me portauerunt ueloces pedes, certe diu
Ipsius detrimẽta passus fuissem in grauibus cadauerũ acer
Vel uiuus imbecillis fuissem æris percussionibus. (uis.

Mars Ioui infortuniũ suum querulus exponit.

Hunc aũt toruè uidẽs allocutus est nebularũcongrega-
Ne mihi mutabilis assidens luge: (tor Iupiter:
Inimicissimus aũt mihi es deorum, qui olympum habitant:
Semper enim tibi contentioq; amica, bellaq;, pugnæq;.
Matri tuæ uis est irretentibilis, neq; subdita
Iunoni, quam quidem ego sedulo castigo uerbis.

Idcirco te puto illius hæc pati consilijs.
Sed non quidē tē amplius diu tolerabo dolores habentem, Martis parentes.
Ex enim me genus es, mihi autem te genuit mater.
Si autem aliquo ex alio deorum genere ita perniciosus,
Iandiu fuisses inferior cœlicolis.
Sic dixit, & Pæonem iubet medicare.
Huic autē Pæion dolorempellentia medicamina spargens Mars à Pæone curatur.
Sanauit, non quidē.n.aliquid secundum mortalis fuit.
Sicut autē quando coagulū lac album festinans cōgelauit
Molle existens, ualde aūt uelociter circūuertitur miscēti:
Sic statim sanauit impetuosum Martem. Deorum corpora citius sanant.
Hunc autem Hebe lauit, gratiosáq; indumenta induit.
Apud autem Iouem Saturnidem sedit honore gaudens.
Hæ autem rursus ad domum Iouis magni redierunt
Iunoq; Argiua, & potens Minerua,
Sedantes homicidam Martem à uirorum cædibus.

ARGVMENTVM Z. HOMERI COMPOSITIONIS.

DIis absentibus à pugna, Græci multos interficiunt Troianorum. Heleno autem consulente, Hector in ciuitatem uadit, & matri iubet Hecubæ precari Mineruam, & promittere ei duodecim boum sacrificiũ, vt Diomedem abesse faciat à pugna. Interim autem existentibus ipsis in campo, Glaucus & Diomedes recognoscentes paternam amicitiam, mutant arma inter se. Hector autem loquens matri Hecubæ, & vxori Andromachæ, cum fratre Alexandro in bellum exeunt.

ILIADIS Z. HOMERI COMPOSITIONIS.

Zita autem, Andromachæ & Hectoris est colloquium.



Roianorum autē sola erat, & Achiuorum pugna grauis.
Multum autem huc & illuc ferebatur pugna per campum,
Inter se iacientibus æreas lanceas,
In medio Simoëntis, & Xanthi fluctuum.
Aiax aūt primus Telamonius, propugnaculum Achiuorū,
Troianorum rupit phalangem, lumenq́; socijs fecit,
Virum interficiens qui optimus in Thracibus erat,
Filium Eussori Acamanta bonumq́; magnumq́;
Hunc percussit primus galeæ in cono ex equinis crinibus
In aūt fronte fixit, penetrauit aūt os intra (densæ,
Cuspis ærea, hunc autem tenebra oculos cooperuit.
Axylum autem interfecit uocem bonus Diomedes
Teuthranidem, qui habitabat beneædificata in Arisba,
Diues uictu, amicus autem erat hominibus,
Omnes enim amabat uia in domo habitans.
Sed ipsum nullus horū tunc adiuuauit grauem in mortem,
Ante succurrens: sed ambos animum priuauit,
Ipsum & seruum Calesium, qui tunc equorum
Erat auriga. hi autem ambo terram ingressi sunt.
Dresum autem Euryalus, & Opheltium interfecit.
Iuit aūt ad Aesepum, & Pedasum quos quondam nympha
Nais Abarbarea peperit eximio Bucolioni:
Bucolion autem erat filius splendidi Laomedontis,

Antiquissimus generatione, obscurũ autem peperit mater.
Pascens autem in ouibus mistus est amicitia, & lecto.
Hæc autem grauida gemellos peperit filios.
Et quidem horũ dissoluit fortitudinẽ, & splendida mẽbra.
Mecistiades, & ab humeris arma prædatus est.
Astyllum autem interfecit fortisimbello Polypœtes,
Pyditem uero Vlysses Percosium interfecit
Lancea ærea, Teucrus autem Aretaonem diuum.
Antilochus autem Ablerum interfecit lancea lucida
Nestorides: Elatum uero rex uirorum Agamemnon.
Habitabat autem Satnioëntis latefluentis apud ripas
Pedasum altam. Phylacum autem interfecit Leitus heros
Fugientem, Eurypylus autem Melanthium interfecit.
Adrestum autem postea uocem bonus Menelaus
Viuum cæpit: equi enim fugientes per campum
Ramo in læsi myricino curuum currum
Fregerunt in primo temone, ipsi quidem iuerunt
Ad ciuitatem, ubi alij fugientes timebant.
Ipse autem ex curru apud rotam reuolutus est
Pronus in puluerib us in os, apud autem ipsum stetit
Atrides Menelaus tenens longam lanceam.
Adrestus autem postea accipiens precatus est genua:
Viuum cape Atrei fili, tu autem digna accipe præmia.
Multa autem in diuite patre opes iacent,
Aesq́, aurumq́;, multi laborisq́; ferrum:
Horum tibi donabit pater infinita dona,
Si me uiuum audiuerit in nauibus Achiuorum.
Sic dixit, hui autem animum in pectoribus persuasit,
Et iã ipsum cito futurus erat ueloces in naues Achiuorũ,
Vt daret suo seruo deducere: sed Agamemnon.

Obuius

Obuius uenit currens, & simul uocãs uerbũ allocutus est:
O timide, ò Menelaë, cur autem tu misereris sic
Virorum? certe tibi optima facta sunt in domo
A' Troianis, horum neq; aliquis fugiet grauem mortem
Manusq; nostras, neq; aliquem uentre mater
Puerum existentem feret, neq; aliquis fugiet, sed simul oẽs
Cum Ilio deperditi erunt, neglecti & obscuri.
Sic dicens, uertit fratris mentes heros,
Decentia admonens: hic autem à se expulit manu
Heroëm Adrestum: hunc autem rex Agamemnon
Vulnerauit in uentre, hic aũt collapsus est: Atrides autem
Calce in pectoribus iens, euulsit fraxineam lanceam.
Nestor autem Argiuis iussit longe uocans:
O amici heroës Danai famuli Martis,
Nullus nunc exuuijs insistens postea retro
Maneat, ut plurima ferens ad naues eat:
Sed uiros interficiamus: postea autem & hæc quieti
Cadauera per campum prædabimini mortua.
Sic dicẽs, cõcitauit fortitudinẽ, & aĩum uniuscuiusq;.
Tunc rursus Troiani bellicosis ab Achiuis
Ilium ascendissent impotentijs domiti,
Nisi Aeneæq;, & Hectori dixisset astans
Priamides Helenus, augurum eximie optimus.
Aeneaq; & Hector, quoniam labor uobis maxime
Troianorum, & Lyciorum impositus est, quoniam optimi
Omnem in gubernationem estis, bellareq; scireq;:
State illic, & populum inhibete ante portas,
Quoquo uersum euntes, potiusquã in manibus mulierum
Fugientes cadere: inimicis autem gaudium fieri.
Sed postquam phalanges moueritis omnes,

Nestor socios admonet.

Nos quidē aduersus Danaos pugnabimus rursus manētes
Quamuis ualde consumpti. necessitas enim urget.
Hector, sed tu ciuitatem ingredere. dic autem postea
Matri tuæ & meæ, hæc autem conducens sacrificia
Templo Mineruæ glaucosoculoshabentis in arce summa
Aperiens claue portas sacræ domus,
Vestem quæ ei uidebitur gratiosissima & maxima
Esse in domo, & ei longe charissima ipsi,
Ponere Mineruæ in genibus pulchrascomashabentis:
Et ei promittere duodecim boues in templo
Iuuencos indomitos sacrificare: si miserta fuerit
Ciuitatiq; & Troianorum uxoribus, & paruulis filijs:
Si Tydei filium remoueat Ilio ab sacro
Sæuum bellicosum, fortem peritum timoris,
Quem iam ego fortissimum Achiuorum dico esse.
Neq; Achillem unquam sic timuimus principem uirorum,
Quem dicunt ex dea esse. sed hic ualde
Furit: neq; aliquis ei potest robore esse similis.
Sic dixit. Hector autem nihil à fratre nō persuasus est.
Statim autem ex curribus cum armis saltauit humum,
Vibrans acutas lanceas, per exercitū iuit quoquouersum,
Concitans ad pugnandum. suscitauit aūt pugnam grauē.
Hi autem reuersi sunt & contrarij steterunt Achiuis:
Argiui autem retrocesserunt, cessarunt autem à cæde.
Dixerunt autem aliquem immortalem ex cœlo stellato
Troianis auxiliaturum descendisse, sic uersi sunt.
Hector autem Troianis iussit longe loquens:
Troiani magnanimi, longeuocatiq; socij,
Viri estote amici: recordamini autē strenuæ fortitudinis,
Donec ego uadam ad Ilium, & senibus

Dicam consultatricibus & nostris uxoribus
Dæmones orare, promittereq; hecatombas.
Sic dicens abijt galeam pulchram habens Hector.
Circũ aũt ipsum talos uerberabat & ceruicẽ coriũ nigrũ
Circuitus, qui ultimus currebat scuti umbiculosi.
Glaucus autem Hippolochi puer & Tydei filius,
In medium amborũ conuenerũt prompti ad pugnandum.
Hi autem quando iam propè erant contra inter se euntes,
Hunc prior allocutus est uocem bonus Diomedes:
Quis autem tu es fortissime mortalium hominum?
Non enim unquam uidi pugna in gloriosa
Prius: sed quidem nunc multum processisti omnium
Tua confidentia: quia meam longam lanceam sustines.
Infelicium autem filij meæ fortitudini obuiant.
Si autem aliquis immortalium à cœlo uenisti,
Non ego deis cœlestibus pugnabo.
Neq; enim neq; Driantis filius fortis Lycurgus
Diu fuit, qui deis cœlestibus contendebat.
Qui aliquando furiosi Dionysij nutrices
Concitabat in sacro Nysseo: quæ simul omnes
Sacra humum defuderunt, ab homicida Lycurgo
Verberatæ stimulo. Dionysius autem terrefactus
Ingressus est maris in undam: Thetis autem suscepit sinu
Timentem: fortis enim tenebat tremor uiri uociferatione.
Huic quidem postea irati sunt dei facile uiuentes,
Et ipsum cæcum fecit Saturni filius. neq; item diu fuit:
Quoniam immortalibus odio erat omnibus deis.
Neq; ego beatis deis uolo pugnare.
Si aũt aliquis es mortaliũ qui campi fructum comedunt,
Propè ueni ut cito mortis fines uenias.

Diomedis & Glaucẽ congressus. Diomedes Glauco.

Lycurgus à dijs excæcatus.

Glaucus Diomedi. Hunc aũt rurſus Hippolochi allocutus eſt illuſtris filius:
Tydide magnanime, cur generationem interrogas?
Homines frondibus ac folijs ſimiles. Qualis foliorum generatio, talis & uirorum.
Folia quidem uentus humum fundit. alia autem ſylua
Vireſcens producit. ueris autem ſuccreſcunt tempore.
Sic uirorũ generatio: hæc quidẽ naſcit, illa aũt deſinit.
Si autem uis & hæc intelligere, ut bene ſcias
Noſtram generationem: multi autem ipſam uiri ſciunt.
Eſt ciuitas Ephyra ſeceſſu Argi equos paſcentis.
Hic autem Siſyphus fuit, qui ditiſſimus fuit uirorum,
Siſyphus Aeolides, qui Glaucum generauit filium.
Bellerophontis fabula. Sed Glaucus peperit eximium Bellerophontem.
Huic aũt dei pulchritudinemq́; & fortitudinẽ deſyderabilem
Dederunt. ſed ei Prœtus mala cogitauit animo:
Qui ex populo expulit, quoniam multo melior erat
Argiuis. Iupiter enim eius ſub ſceptro domuit.
Huic autem uxor Prœti inſaniuit diuina Antia
Occulta amicitia miſceri. ſed hunc non
Perſuaſit bona ſcientem, prudentem Bellerophontem.
Hæc autem falſa Prœtum regem allocuta eſt:
Morieris ô Prœte, uel interfice Bellerophontem,
Qui mihi uoluit amicitia miſceri nolenti.
Sic dixit. hunc aũt regem cholera cepit quale audiuit.
Interficere quidem fugiebat, uenerabatur enim animo:
Miſit ipſum Lyciam. præbuit aũt hic literas pernicioſas,
Scribens in tabula plicata pernicioſa multa.
Oſtendere autem iuſſit ſuo ſocero ut periret.
Sed hic iuit Lyciam deorum ſub bona miſſione.
Sed quando iam Lyciam uenit Xanthumq́; fluentem,
Prompte ipſum honorauit rex Lyciæ latæ:

Nouem diebus hoſpitatus eſt, & nouem boues ſacrificauit.
Sed qñ iam decima apparuit roſeosdigitoshabẽs Aurora,
Et tunc ipſum interrogauit, & petijt literas uidere,
Quas eius genero à Prœto ferebat.
Sed poſtquam literas malas ſuſcepit generi:
Primum quidem Chimeram inexpugnabilem iuſſit Chimera.
Interficere. hæc autem erat diuinum genus, neq; hominũ.
Ante leo, poſt autem draco, media autem capra,
Grauem ſpirans ignis fortitudinem ardentis.
Et hanc quidem interfecit deorum ſignis confiſus.
Secundo iterum Solymis pugnare glorioſis,
Fortiſſimam hanc pugnam dicebat feciſſe uirorum.
Tertio rurſus interfecit Amazonas uiragines.
Huic redeunti denſum dolum alium texuit,
Secernens ex Lycia lata uiros optimos
Collocauit inſidias. hi autem non rurſus domũ redierunt,
Omnes enim interfecit eximius Bellerophontes.
Sed quando iam cognouit dei genus bonum exiſtentem,
Illic ipſum detinuit. dedit autem hic filiam ſuam,
Dedit & ei honoris regni dimidium omnis.
Et quidem Lycij agrum diuiſerunt eximium aliorum
Bonum plantatione, & aruo ut coleret.
Hæc autem peperit tres filios prudenti Bellerophonti,
Iſandrumq;, & Hippolochum, & Laodomiam.
Laodomiæ quidem accubuit conſiliarius Iupiter.
Hæc autem peperit diuinum Sarpedona bellicoſum.
Sed quando iam & ille odio fuit omnibus deis,
Hic in campo erratico ſolus errabat
Suum animum corrodens, conſortium hominum fugiens.
Iſandrum eius filium Mars inſatiabilis belli

Pugnantem Solymis interfecit gloriosis.
Hanc autem irata aureas habenas habens Diana interfecit.
Hippolochus autem me genuit, & ex hoc dico genus esse.
Misit autem me ad Troiam, & mihi ualde multa iussit
Semper optima facere, & eximium esse aliorum,
Neq; genus patrium dedecorare, qui ualde optimi
Inq; Ephyra geniti sunt, & in Lycia lata.
Huius generationis & dicor sanguinis esse.

Glaucus & Diomedes congressuri sese agnoscunt, ac sine conflictu discedunt.

Sic dixit. lætatus est autem uocem bonus Diomedes.
Lanceam quidem defixit in terra multa pascente.
Sed hic suauibus allocutus est pastorem populorum:
Certe mihi hospes paternus es antiquus:
Oeneus enim aliquãdo diuinus eximium Bellerophontem
Hospitatus est in domibus uiginti diebus detinens.
Hi autem & inter se dabant dona bona.
Oeneus quidem cingulum dedit rubedine lucidum:
Bellerophontes autem aureum poculum rotundum:
Et ipsum ego dereliqui proficiscens in domibus meis.
Tydeũ aũt nõ recordor, quoniã me adhuc paruulũ existentẽ
Reliquit, quando in Thebis perijt populus Achiuorum.
Quare nunc tibi quidem ego hospes amicus Argo medio
Sum. tu autẽ in Lycia, quando harũ ad populũ ueniemus.
Lanceis autem inter nos euitemus & per pugnam.
Multi quidem enim mihi Troiani, inclytiq; socij
Interficere, quem deus præbeat & pedibus inueniam.
Multi autem rursus tibi Achiui interficere quem poteris.
Arma autem inter nos mutabimus, ut & hi
Cognoscant quod hospites paterni dicimur esse:
Sic uociferans, ab equis descendentes,
Manusq; mutuo acceperunt, & fidem dederunt.

Tunc Glauco Saturnides mentes abstulit Iupiter,
Qui ad Tydidem Diomedem arma mutauit
Aurea æreis centum boum nouem boum
Hector aūt postquam Scæasq; portas & turrim peruenit,
Circa ipsum Troianorum mulieres currebant & filiæ,
Interrogantes filiosq;, fratresq;, sociosq;,
Et uiros. hic postea deis supplicare iussit
Omnes ordinatim. multis autem curas dedit.
Sed quando iam Priami domum perpulchram uenit
Politis porticibus factam, sed in ipsa
Quinquaginta inerant thalami politi lapidis
Propè adinuicem ædificati, illic autem filij
Iacebant Priami apud sponsas uxores,
Sororum autem ex alia parte contrarij intra aulam,
Duodecim erant cooperti thalami politi lapidis,
Propinqui adinuicem ædificati, illic autem generi
Iacebant Priami apud uerecundas uxores.
Tunc ei mitis obuia uenit mater,
Laodicem inducens filiarum specie optimam
In ipsius manu, uerbumq; dixit & denominauit:
Fili cur relinquens bellum temerarium uenisti?
Certe ualde iam consumunt mali filij Achiuorum
Pugnantes circa ciuitatem. te autem huc animus remisit
Venientem, ex summa arce Ioui manus eleuare.
Sed mane paulisper, dum tibi dulce uinum afferam,
Vt sacrifices Ioui patri, & alijs immortalibus
Primum: postea autem iuuaberis, si biberis.
Viro autem defatigato robur magnum uinum auget:
Quia tu laborasti adiuuans tuos socios. (Hector:
Huic aūt respondit postea magnus galeā pulchrā habens

Diomedis & Glauci permutatio.

Hector è prælio ueniens, cum matre & uxore colloquitur.

Vini uirtus.

Ne mihi uinum afferas dulce, casta mater,
Ne me debilites, roboris fortitudinisq; obliuiscar.
Manibusq; illotis Ioui libare ardens uinum.
Pudet me, neq; aliquo modo licet nubicogæ Saturnio
Sanguine & puluere pollutum preces fundere.
Sed tu quidem ad templum Mineruæ prædatricis
Vade cum sacrificijs, congregans fœminas:
Vestis autem quæ tibi charissima, & maxima
Est in domo, & tibi dilectissima ipsi,
Hanc pone Mineruæ in genibus pulchrā comam habentis,
Et ei promitte duodecim boues in templo
Iuuencos indomitos sacrificare, si miserebitur
Ciuitatiq;, & Troianorum uxoribus, & infantibus filijs:
Si Tydei filium arceat Ilio sacro,
Sæuum bellicosum, fortem peritum timoris.
Sed tu quidem ad templum Mineruæ prædatricis
Vade. ego autem Paridem adibo, ut iubeām,
Si uoluerit dicentem audire. utinam ei
Terra aperiatur. magnū n. ipsum cœlestis nutriuit nocumentū
Troianisq;, & Priamo magnanimo eiusq; filijs.
Si illum uidero descendentem infernum intra,
Dicam mentem iniocundæ ærumnæ oblitam esse.

Hector per matrē spondet sacrificia Mineruæ.

Sic dixit. hæc autem iens ad domos ancillis
Iussit: hæ autem congregauerunt in ciuitate fœminas.
Ipsa autem in thalamum descendit odoratum,
Vbi erant uestes pulchræ opera mulierum
Sidoniarum, quas ipse Alexander speciosus
Duxit de Sidonia nauigans latum pontum,
Per uiam, per quam Helenam reduxit bonopatrenatam.
Harum unam accipiens Hecuba, tulit donum Mineruæ,

Hecuba cū cæteris fœminis prima rijs Palladē placatura, templum accedit.

Quæ optima erat uarietatibus, & maxima.
Stella aũt tanquã splendebat: iacebat aũt ultima aliarum.
Perrexit autem ire: multæ autem secutæ sunt fœminæ.
Hæ aũt quãdo in tẽplũ uenerũt Mineruæ in arce summa,
His portas aperuit Theano pulchras genas habens
Cisseis, uxor Antenoris bellicosi.
Hanc.n. Troiani fecerant Mineruæ sacerdotem.
Hæ autem ululatu omnes Mineruæ manus eleuauerunt:
Hæc aũt uestem accipiens Theano pulchras genas habens
Posuit Mineruæ in genibus pulchricomæ,
Vouens precabatur Iouis filiam magni:
Pudica Minerua patrona ciuitatis, diua dearum,
Frange iam lanceam Diomedis, ac & ipsum
Pronum da cadere Scæas ante portas,
Vt tibi statim nunc duodecim boues in templo
Iuuencos indomitos sacrificemus, si misereberis
Ciuitatisq;, & Troianorũ uxoribus, et ĩfantibus paruulis.
Sic dixit precans, abnuit aũt Minerua armipotens.
Sic hæ quidem supplicabant Iouis filiæ magni:
Hector autem ad domos Alexandri iuit
Pulchras, quas ipse ædificauit cum uiris, qui tunc optimi
Erant in Troia fertili fabri uiri:
Qui ei fecerunt thalamum, & domum, & aulam,
Propeq; Priamum & Hectorem in arce summa:
Illuc Hector intrauit Ioui dilectus, & in manu
Lanceã gerebat decẽ cubitorũ. ante aũt splẽdebat lanceæ
Cuspis ærea: circa autem aureus currebat circulus.
Hunc aũt inuenit in thalamo pulchra arma ordinantem,
Scutum, & thoracem, & curuos arcus abstergentem.
Argiua autem Helena cum ancillis mulieribus

Pallas preces Troianarum fœminarum auersatur.

Sedebat, & famulabus inclyta opera iubebat.
'Hunc autem Hector increpuit uidens turpibus uerbis:
Infelix, non quidē ualde inclinationē hanc imposuisti aīo:
Populi quidē corrumpuntur circa ciuitatē, altumq; murū
Pugnantes: tui autem gratia clamorq;, bellumq;,
Ciuitas hæc circū cōburitur: tu aūt pugnares & cū alio,
Siquem dimittentem uideres odiosum bellum.
Sed surge, ne cito ciuitas igne combustiuo comburatur.
Hunc aūt allocutus est Alexander speciosus:
Hector, quoniā me secundū decēs increpuisti, neq; præter (æquū:
Propter hoc tibi dico: tu autem compone, & me audi:
Non ego Troianorū tantū indignatione neq; accusatione
Sedebam in thalamo: uolebam autem dolorem mitigare.
Nunc autem me admonens uxor suauibus uerbis
Concitauit ad bellum: uidetur autem mihi sic & ipsi
Melius esse. uictoria autem mutat homines.
Sed age nunc expecta, donec martia arma induam,
Vel uade: ego autem sequar, assequi autem te puto.
Sic dixit. hunc autē non allocutus est bellicosus Hector.
Helena Hectori. Hunc autem Helena uerbis allocuta est dulcibus:
Leuir, mei catellæ malæ inuentionis crudelis,
Vtinā me debuisset die illo, quādo me primū peperit mater
Perdere, proferens malus uenti turbo
In montem, uel in undam resonantis maris,
Illic me corrupisse ante hæc opera facta esse.
Sed quoniam hæc sic dei mala perfecerunt,
Viri postea debuissem melioris esse mariti,
Qui cognosceret accusationemq; & turpia multa hominū.
Huic autem neq; nunc mentes firmæ, neq; in futurum
Erunt: propter hoc ipsum suscipere puto,

Sed age nunc intra, & sede hac in sede
Leuir, quoniam te maxime labor mentes circuit
Gratia mei catellæ, & Alexandri gratia principij:
Quibus Iupiter imposuit malam mortem: sic & in futurũ
Hominibus erimus decantabiles futuris. (Hector:
Huic aũt respondit postea magnus galeã pulchrã habens
Ne me sedere facias Helena diligens quãuis, neq; me per-
Iam.n.mihi animus ruit, ut auxiliar (suadebis:
Troianis, qui ualde mei desyderium absentis habent.
Sed tu concita hunc, festinet autem & ipse,
Vt me intra ciuitatem assequatur existentem:
Etenim ego domum ibo, ut uideam
Domesticos, uxoremq; dilectam & infantem filium:
Non.n.scio si amplius uobis rediens ueniam rursus,
An nunc me sub manibus dei domabunt Achiuorum.
Sic dicens abiuit galeam pulchram habens Hector.
Statim autem postea iuit domos bene habitatas,
Neq; inuenit Andromachẽ alba sulnas habentẽ in domibus:
Sed hæc cum puero, & ancilla bene induta
Turrim instabat plorans lugensq;.
Hector autem postquã non intus eximiam inuenit uxorẽ,
Stetit in uiam iens, cum & ancillis locutus est:
Eia age mihi ancillæ uera loquimini:
Quo iuit Andromache alba sulnas habens ex domo?
An aliquò in sorores fratrũ, an uxores fratrũ bene indu-
An in Mineruam exiuit, ubi aliæ (tas,
Troianæ pulchros crines habentes immanẽ deam placant.
Huic aũt rursus propera famula uerbum allocuta est:
Hector, postquam ualde iussisti uera loqui: (dutas,
Neq; aliquò in sorores fratrũ, neq; uxores fratrũ bene in-

Neq; in Mineruæ exiuit, ubi aliæ
Troianæ pulchroscrineshabentes immanẽ deam placant:
Sed in turrim iuit magnam Troiæ, quoniam audiuit
Consumi Troianos, magnum & robur esse Achiuorum:
Hæc quidem ad murum festinans uadit
Insanienti similis. portat autem simul puerum nutrix.
Dixit mulier famula. hic autem abiuit domo Hector,
Eadem uia rursus bene factas per plateas,
Et portas iuit, discurrens magnam summitatem,
Scæas: eà enim debebat prodire in campum.
Tunc uxor multa donans obuia uenit currens
Andromache, filia magnanimi Eëtionis.
Eëtion est, qui habitabat Hypoplaco syluoso
Thebæ Hypoplaciæ Cilicensibus uiris imperans.
Huius nunc filia habebatur Hectori bellicoso,
Quæ ei postea obuiauit, simulq́; famula ibat cum ipsa
Puerum in sinu habens tenerum infantem frustra,
Hectoridem dilectum, similem stellæ pulchræ.
Hunc Hector nominauit Scamandrium: sed alij
Astyanacta: solus.n. tutabatur Troiam Hector.
Hic quidem arrisit in puerum taciturnitate.
Andromache autem ipsum propè astabat lachrymans,
Inq́; eius appropinquauit manu, uerbũq́; dixit, & denomi-
Felix, corrũpet te tua fortitudo, neq; misereris (nauit:
Puerumq́; infantem & me infelicem, quæ cito uidua
Tui ero: cito enim te interficient Achiui
Omnes irruentes. mihi autem melius esset
Te perdenti terram ingredi: non enim amplius aliud
Erit solamen, postquam tu mortem attraxeris,
Sed dolores: neq; mihi sunt pater, & ueneranda mater:

Andromaches querula oratio ad Hectorem.

Nam patrem meum interfecit diuinus Achilles,
Et ciuitatem deuastauit Cilicorum benehabitatam
Thebem altas portas habentem, interfecit autem Eetionem:
Neq; ipsum expoliauit (religiosum.n.putabat hoc animo:)
Sed ipsum combussit cum armis pulchris,
Et sepulchrum fecit.circum autem ulmos plantauerunt
Nymphæ Orestiades filiæ Iouis Aegiochi.
Mihi autem septem fratres erant in domibus,
Hi quidem omnes sagitta iuerunt die infernum intra.
Omnes.n.interfecit ueloces pedes habens diuinus Achilles,
Bobus incuruantibus pedes ineundo, & albis ouibus.
Matrem autem quæ regnabat Hypoplaco syluoso.
Hanc postquam huc duxit cum alijs opibus,
Statim hic liberauit accipiens infinita dona.
Patris autem in domibus percussit Diana sagitta gaudēs.
Hector, sed tu mihi es pater & ueneranda mater,
Et frater: tu autem mihi iocundissimus uir.
Sed age nunc miserere, & illic mane in turre,
Ne puerum pupillum facias, uiduamq; mulierem.
Populum autem statue apud caprificum, ubi maxime
Peruia est ciuitas, & circumcursibilis est murus.
Ter enim eà euntes tentauerunt optimi
Circa Aiaces duos & perinclytum Idomeneum,
Et circum Atrides, & Tydei fortem filium.
Vel aliquis ipsis dixit uaticiniorum bene sciens,
Vel & ipsorū animus cōmouit & iussit. (bens Hector:
Hanc aūt rursus allocutus est magnus galeā pulchrā ha
Certe & mihi hæc oīa curæ sunt mulier, sed ualde grauiter
Erubesco Troianos & Troianas trahētes uestes, (ter
Si malus tanquam eminus fugio bellum.

Neq; me animus iubet, quoniam didici esse bonus
Semper, & primis cum Troianis pugnare,
Suscipiens patrisq; magnam gloriam & meam ipsius.
Bene quidē .n. hoc scio secundū mentē & secundū animū,
Erit dies, quando peribit Troia sacra,
Et Priamus, & populus bellicosi Priami.
Sed non mihi Troianorū tantū curæ est dolor in futurū,
Neq; ipsius Hecubæ, neq; Priami regis,
Neq; fratrum, qui multiq; & boni
In pulueribus ceciderunt sub uiris inimicis,
Quantum tui: quando aliquis Achiuorum bellicosorum
Lachrymantem ducet libero die auferens,
Et in Argo existens ante alias telam texes,
Et aquam ferens meridie uel prima luce,
Multum nolens. fortis autem incumbet necessitas.
Et aliquando aliquis dicet uidens lachrymas fundentem,
Hectoris hæc mulier, qui optimus fuit pugnare
Troianis bellicosis, quando Troiam circa pugnabant.
Sic aliquādo aliquis dicet. tibi aūt rursus nouus erit dolor
Priuatione talis uiri expellere seruilem diem.
Sed me mortuum fusibilis terra cooperiat
Ante tuumq; clamorem tuiq; captiuitatem audire.
Sic dicens, suum puerum petijt illustris Hector:
Statim autem puer ad sinum pulchræ incinctura nutricis
Inclinatus est clamans, patris dilecti aspectum fugiens,
Timens æsq; & conum equinas setas habentem,
Terribilem à capite galeæ nutantem intelligens.
Risit autem paterq; dilectus, & pudica mater,
Statim à capite galeam sustulit illustris Hector:
Et hanc quidem deposuit in terra undiq; lucidam.

Sed hic suum dilectũ filiũ postquã osculatus est mouitq́; manibus,
Dixit precans Iouemq́;, aliosq́; deos:
Iupiter, alijq́; dei, date iam & hunc fieri
Puerum meum, sicut & ego, honoratum Troianis:
Sic fortitudineq́; bonum, & Troiæ fortiter imperare,
Et aliquando aliquis dicat, patre autem hic multo melior,
Ex bello redeuntem, ferat autem spolia cruenta,
Interficiens splendidũ uirũ, gaudeat aũt mentibus mater.
Sic dicens, uxoris dilectæ in manibus posuit
Puerum suum. hæc autem ipsum odorifero suscepit sinu,
Lachrymanter ridens. uir autem misertus est intelligens,
Manuq́; ipsam cõtrectabat uerbũq́; dixit & denominauit:
Felix, ne mihi ualde tristeris animo:
Non enim aliquis me ultra fatum uir inferno præmittet.
Fatum autem non aliquem dico fugientem esse uirorum: Moriendum
Non malum, neq́; bonum, quoniã in principio genitus est. est omnibus.
Sed in domum iens tui ipsius opera cura,
Telamq́;, columq́;, & ancillis iube
Opus adire: bellum autem uiris curæ erit
Omnibus, mihi autem maxime qui in Troia nati sunt.
Sic dicens, galeam accepit illustris Hector
Equinamcaudamhabentem: uxor aũt dilecta domum iuit
Retrouertens, teneram lachrymam fundens.
Statim autem postea iuit domos bene habitatas
Hectoris homicidæ: inuenit autem intus multas
Ancillas, his autem luctum omnibus commouit.
Hæ quidem adhuc uiuum lugebant Hectora sua in domo
Non ipsum amplius dicentes redeuntem ex bello
Venire, fugientem robur & manus Achiuorum.
Neq́; Paris moratus est in altis domibus,

Sed hic postquam induit inclyta arma uaria ære,
Ruit postea per ciuitatem pedibus uelocibus confisus.
Sicut autē quādo aliquis stans equus hordeopastus in præ-
Vinculū abrumpens, currit campo pulsans, (sepio,
Consuetus lauari late fluenti fluuio,
Exultans, alte caput tenet, circum autem iubæ
Humeris mouentur: hic autem lætitia confisus,
Facile ipsum genua portāt ad cōsueta & pabulū equarū:
Sic filius Priami Paris de Pergami arce
Armis undiq; lucens, tanquam sol uenit,
Gaudens: ueloces aūt pedes ferebant. statim autem postea
Hectora diuinum inuenit fratrem, beneq; futurus erat
Verti ex ciuitate, ubi suæ locutus est mulieri.
Hunc prior allocutus est Alexander speciosus:
Frater, certe ualde iam te & festinantem detineo
Morans: neq; ueni celere ut iussisti.
Hunc aūt respondens allocutus est galeāpulchramhabens
Felix, nō aliquis tibi uir qui bonus sit (Hectors
Opus uituperabit pugnæ, quoniam fortis es.
Sed uolens dimittis, & non uis, meum autem cor
Dolet in animo, quando de te turpia audio
A' Troianis, qui habent multum laborem gratia tui.
Sed eamus: hæc aūt postea mitigabimus, siquando Iupiter
Dabit cœlestibus deis semper genitis
Crateram statuere liberam in domibus,
Ex Troia expellentes bellicosos Achiuos.

ARGVMENTVM H. HOMERI COMPOSITIONIS.

HEctor cum Alexandro fratre descendens in pugnam, auxilatur Troianis lat orantibus iam. Et consultante Heleno fratre vate existente, prouocauit ipse quis ipsi vellet Græcorum solus pugnare. Multis autem eligentibus, Aiax Telamonius sorte electus congreditur. Pugnãtes autem ipsos præcones sedauerunt, & nox dissoluit pugnam: & hi quidem inter se dona dant. Annũciantibus autem Troianis de mortuorum susceptione, eadem fiunt ab ambobus exercitibus. Græci autem sepulchrum multorum uirorũ fecerunt, & murum naualis: propter quod Neptunus indignatus est: Iupiterq́ ipsis per noctem signa non propitia futurorum ostendit.

ILIADIS H. HOMERI COMPOSITIONIS.

Ita autem, Aiax pugnauit soli solus Hectori diuo.

Hector cum Paride in prælium urbem egreditur.



Ic dicẽs portas egressus est illustris Hector,
Cum hoc simul Alexander iuit frater: in autem animo
Ambo prompti erant bellare & pugnare.
Sicut autem deus nautis desiderantibus dedit
Ventum, postquam laborauerunt politis remis
Pontum impellentes, labore aũt sub membra soluta sunt:
Sic hi Troianis desiderantibus apparuerunt.
Tunc interfecerunt, hic quidem filium Areithoi regis
In Arna habitantem Menesthium, quem clauiger
Genuit Areithous & Philomedusa pulchrosoculos habẽs:
Hector autem Eioneum interfecit lancea acuta
Ceruice sub galea boni æris: soluit autem membra.
Glaucus aũt Hippolochi filius Lyciorum ductor uirorum,
Iphinoum interfecit lancea in forti pugna,
Dexiadem equos insilientem ueloces
Humero, hic aũt ex equis humũ cecidit: soluta sunt autem (membra.
Hos aũt postquã igit intellexit dea glaucosoculos habẽs
Argiuos interfectos in forti pugna, (Minerua
Venit de olympi summitatibus ruens
Ilium in sacrum: huic autem obuius ruit Apollo
Pergamo ex inspectans: Troianis aũt uolebat uictoriam.
Inter se autem hi obuiauerunt apud fagum.
Hanc prior allocutus est rex Iouis filius Apollo:

Cur tu prompta Iouis filia magni
Venisti ab olympo, magnus autem te affectus trahit?
An ut iam Danais pugnæ alienam uictoriam
Des? quoniam non Troianis consumptis misereris.
Sed si mihi obtemperabis, hoc multo melius erit.
Nunc quidem sedemus bellum & pugnam
Hodie. postea rursus pugnabunt, donec finem
Troiæ inuenerint: quoniam sic dilectum est animo
Vobis immortalibus destruere hac ciuitatem.

Apollinis uerba ad Palladem.

Hunc rursus allocuta est dea glaucos oculos habẽs Minerua:
Sic sit Apollo. hæc enim cogitans & ipsa
Veni ab olympo ad Troianos & Achiuos.
Sed age aliquo modo sis promptus prœliũ sedare uirorũ.
Hanc rursus allocutus est rex Iouis filius Apollo:
Hectoris commoueamus forte robur bellicosi,
Si quem Danaorum prouocabit singulariter solus
Obuium pugnare in graui pugna:
Hi autem admirantes bellicosi Achiui
Solum concitabunt pugnare Hectori diuo.
Sic dixit, neq; nõ persuasa est dea glaucos oculos habẽs Minerua.
Horũ aũt Helenus Priami dilectus filius intellexit aium,
Consilium quod deis placuit consultantibus.
Stetit aũt apud Hectora iẽs, & ipsum uerbũ allocutus est:
Hector fili Priami Ioui consilio æqualis,
Certe mihi ausculta, frater enim tibi sum:
Alios quidem sedere facias Troianos & omnes Achiuos,
Ipse autem prouoca Achiuorum quicunq; optimus
Obuium pugnare in graui pugna:
Non enim tibi fatum mori, & mortem accipere:
Sic enim ego uocem audiui deorum sempiternorum.

Sic dixit. Hector aũt rursus gauisus ẽ aĩo, uerbũ audiẽs
Et in medium iens Troianorum, cohibuit phalanges,
Mediam lanceam capiens. hi autem sederunt omnes.
Sed Agamemnon sedere fecit bellicosos Achiuos.
Et Minerua, & argenteumarcumhabens Apollo
Sederunt, auibus similes uulturibus,
Fago in alta patris Iouis Aegiochi
Viris delectantes. horum autem acies sedebant densæ
Scutis, & galeis, & lanceis terribiles.
Qualis autem Zephyro fusus est pontum in motus
Mouente pauloante, denigrat autem pontum ab ipso:
Tales turmæ sedebant Achiuorumq́; Troianorumq́;
In campo: Hector autem cum ambobus locutus est:
Audite me Troiani, & fortes Achiui,
Vt dicam quæ mihi animus in pectoribus iussit.
Fœdera quidem Saturnides altisedens non perfecit,
Sed male excogitans perficit ambobus,
Donec uel uos Troiam beneturritam capiatis,
Vel ipsi apud naues sitis domiti perpontumtranseuntes.
Vobis quidem enim sunt optimi quiq; Græcorum:
Horum nunc quem animus mihi pugnare iussit,
Huc ueniat ex omnibus primus esse Hectori diuino.
Sic autem dico, Iupiter autem nos inter testis sit:
Si quidem me ille interficiat lata lancea,
Arma expolians ferat concauas in naues,
Corpus autem domum meum det rursus, ut igne me
Troiani & Troianorum uxores disponant mortuum:
Si aũt ego hunc interfecero, det aũt mihi gloriam Apollo,
Arma expolians portabo ad Ilium sacrum,
Et suspendam ad templum Apollinis longeiacientis.

Hector eũ qui fortissimus sit inter Græcos ad singulare certamen puouocat.

Hunc autem mortuum ad naues bene tabulatas reddam,
Vt ipsum sepeliant comati Achiui:
Sepulchrumq; ei fundant in lato Hellesponto,
Et aliquando aliquis dicet & posterorum hominum
Naue multas sedes habente nauigans in nigrum pontum:
Viri quidem hoc sepulchrum diu mortui,
Quē aliquādo optime se gerētē interfecit illustris Hector.
Sic aliquādo aliquis dicet. hæc aūt mea gloria nūq̄ peribit.
Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt silentio:
Erubescebant quidem recusare, timebant autē suscipere.
Tandem autem iam Menelaus surrexit, & dixit
Contentione uituperans, ualde autem suspirauit animo:
Heu minaces Achiuæ, neq; amplius Achiui,
Certe quidem iam dedecus in his erit ex graui grauiter;
Si nullus Danaorum nunc Hectori contrarius sit:
Sed uos quidem omnes aqua & terra fiatis,
Sedentes istinc singuli ignaui, inglorij inaniter.
Ideo autem ego ipse armabor, sed desuper
Victoriæ fines habentur in immortalibus deis.
Sic uociferans, indutus est arma pulchra.
Tunc tibi Menelaë illuxisset uitæ finis
Hectoris in manibus, quoniam multo fortior est,
Nisi surgentes accepisset reges Achiuorum.
Ipseq; Atrides late dominans Agamemnon
Dextera accepit manu, uerbumq; dixit & denominauit:
Insanis Menelaë diuine, neq; te decet
Huiusmodi insipientia: abstineas dolens quamuis,
Neq; uelis ex contentione te meliori uiro pugnare
Hectori Priamidæ, quem timent & alij.
Et Achilles huic pugna in gloriosa

Menelaus cum Hectore congredi uult, sed nō permittitur à fratre.

Timebat obuiare, qui multo fortior.
Sed tu quidem sede iens ad multitudinem sociorum:
Huic autem primum alium surgere facient Achiui,
Si intrepidus sit, & si belli sit insatiabilis,
Dico ipsum libenter genu flectere, si fugerit
Hostili ex bello & graui pugna.
Sic dicens, dissuasit fratris mentes heros
Iuxta admonens: hic aũt persuasus est. huius quidẽ postea
Læti famuli ab humeris arma tulerant.

Nestor Græcis.

Nestor autem Argiuis surrexit, & dixit:
Papæ, certe ualde luctus Achaidam terram peruenit,
Certe ualde plorabit senex equitator Peleus
Bonus Myrmidonum consiliator & concionator:
Qui aliquãdo me interrogans, ualde lætabat sua in domo
Omniũ Argiuorũ inquirens generationemq́; parentesq́;.
Hos nunc si timentes ab Hectore omnes audiet,
Sæpe immortalibus dilectas manus eleuabit,
Animum à membris ire domum inferni intra.
Vtinam enim Iupiterq́; pater, & Minerua, & Apollo,
Essem iuuenis sicut quando in Ocyroo clamosa pugnabant
Congregati Pyliíq́; & Arcades bellicosi,
Pheæ apud muros Iardani circum fluenta.
His autem Ereuthalium primus stetit diuinus uir,
Arma habens humeris Areithoi regis,
Diuini Areithoi, quem cognomento Clauarium
Viri uocabant, pulchreq́; in cinctura mulieres:
Quoniam non arcubus pugnabat lanceaq́; longa,

Lycurgus Areithoum interfecit.

Sed ferrea claua rumpebat agmina.
Hunc Lycurgus interfecit dolo, non fortitudine,
Angusta in uia ubi non claua ei morte

Profuit ferrea: ante enim Lycurgus præueniens
Lãcea medium pforauit. hic aũt supinus pauimẽto firma-
Arma aũt spoliauit, quæ ei dedit æreus Mars: (tus est.
Et hæc quidem ipse postea gestabat in bello Martis.
Sed postquam Lycurgus in domibus senuit,
Dedit Ereuthalioni dilecto seruo portare:
Huius hic arma habens prouocabat omnes optimos,
Hi aũt ualde tremebant & timebant, neq; aliqs tolerauit:
Sed me animus misit multa tolerans bellare (omniũ,
Confidẽtia propria, generatione aũt maximè iuuenis erã
Et pugnabam ei ego: dedit aũt mihi audaciam Minerua:
Hunc iam maximum & fortissimum interfeci uirum,
Magnus enim quidam iacebat extensus hic & hic.
Vtinam sic iuuenis essem, fortitudo autẽ mihi firma esset:
Ideo cito obuiaret pugnæ galeam pulchram hñs Hector.
Vestrum autem hi sunt optimi Græcorum:
Neq; hi cito prompti sunt Hectori obuiam ire.
Sic increpauit senex. hi autẽ nouẽ homines surrexerũt
Motus est multo primus quidem rex uirorum Agamẽnõ:
Hunc autem post, Tydides motus est fortis Diomedes:
Hos autem post Aiaces strenuam induti fortitudinem:
Hos autem post Idomeneus, & famulus Idomenei
Meriones, similis Enyalio homicidæ:
Hos autem post Eurypylus Euæmonis illustris filius:
Surrexit & Thoas Andræmonides, & diuinus Vlysses:
Omnes hi uolebant pugnare Hectori diuino.
His autem rursus dixit honoratus equitator Nestor:
Sortem nunc mouete per uniuersos: qui sorte electus
Hic enim iam iuuabit armatos Græcos, (fuerit,
Et ipse suum animum iuuabit, si fugerit

Græci sortiuntur, quis ipsorum cũ Hectore in singulare certamen descendat.

Hostili ex prælio, & graui pugna.
Sic dixit. hi autem sortem signauerunt unusquisq;.
In autem iecerunt galea Agamemnonis Atridæ.
Populi autem supplicabant deis, & manus eleuabant.
Sic autem aliquis dicebat uidens in cœlum latum:
Iupiter pater, uel Aiacem sortiri, uel Tydei filium,
Vel ipsum regem multiauri Mycenæ.
Sic dixerunt. uibrabat aũt honoratus equitator Nestor.
Ex autem saltauit sors galea, quam uolebant ipsi
Aiacis. præco autem ferens per multitudinem undiq;,
Ostendit in dextra omnibus optimatibus Græcorum.
Hi autem non cognoscentes, recusauerunt unusquisq;:
Sed quando iã ad ipsum peruenit, ferẽs per turmã undiq;,
Qui ipsam scribens, in galea iecit illustris Aiax,
Porrexit manum: hic autem iniecit propè astans.
Cognouit aũt sortis signum uidens, gauisus est aũt animo.
Hanc quidẽ apud pedẽ suum humũ iniecit, uociferauitq;:
O amici, sors mea, gaudeo autem & ipse
Animo: quoniam uideor uincere Hectora diuum.
Sed age donec ego bellica arma induam,
Interim uos supplicate Ioui Saturnidæ regi
Silentio inter uos, ut non Troiani audiant:
Vel & palam: quoniam non aliquem timemus tamen.
Non enim aliquis me potentia uolens inuitum compellat,
Neq; item imperitia, quoniam neq; me imperitum sic
Spero in Salamine genitum esse, nutritumq; esse.
Sic dixit. hi autem supplicabant Ioui Saturnidæ regi.
Sic autem aliquis dixit aspiciens in cœlum altum:
Iupiter pater, ex Ida imperans, optime, maxime,
Da uictoriam Aiaci, & splendidam gloriam accipere.

Aiaci Telamonio sorte obuenit, ut singulari certamine congrediatur cum Hectore.

Si uero & Hectora diligis, & curas ipsum,
Aequalem ambobus fortitudinem & gloriam da.
Sic dixerunt. Aiax autem armatus est splendido ære.
Sed postquam omnia circa corpus indutus est arma,
Ruit postea qualis magnus uenit Mars,
Qui uadit in bellum ad uiros, quos Saturnides
Animumrodentis contentionis robore commisit pugnare:
Talis Aiax motus est magnus, uallum Achiuorum,
Subridens terribili uultu: sub autem pedibus
Ibat longe iens, uibrans longam lanceam.
Hunc autem & Argiui ualde lætati sunt inspicientes,
Troianos aũt tremor grauis ingressus est mẽbra singulũ,
Hectoriq; ipsi animus in pectoribus motus est.
Sed non amplius poterat subterfugere, neq; redire
Retro populorum in turbam, quoniã prouocauit pugnæ.
Aiax autem propè uenit ferens scutum tanquam turrem
Aereum, septem boum, quod ei Tychius laborauit faciens,
Sutor ualde optimus Hyla in domo habitans,
Qui ei fecit scutum uarium, septem boum,
Taurorum bene nutritorum: octauum autem induxit æs.
Hoc ante pectus ferens Telamonius Aiax,
Stetit ualde Hectora propè, minans autem allocutus est:
Hector, nunc quidẽ iam manifeste cognosces singulariter
Quales & Danaos optimi intersunt, (solus,
Et præter Achillem fortem animumleonishabentem:
Sed hic quidẽ in nauibus rostratis per pontũ transeũtibus
Iacet iratus Agamemnoni pastori populorum,
Nos autem sumus tales qui tibi obuiabimus,
Et multi: sed incipe pugnam & præliũ. (bens Hector,
Hunc aũt rursus allocutus est magnus galeãpulchrãha

Aiax Hectori.

Hector Aiaci. Aiax diuine, Telamonie, princeps populorum,
Ne me tanquam puerum imbecillem tenta,
Vel mulierem, quæ nescit bellica opera:
Sed ego bene scio pugnasq; cædesq;,
Scio in dextera, scio in sinistra mouere scutum
Aridum: hoc mihi est consuetum pugnare.
Scio autem mouens bellum equorum uelocium.
Scio autem in stadio hostili delectari marte.
Sed non enim te uolo percutere talem existentem,
Clam aspiciens, sed manifeste, si consequar.
Dixit, & uibrans iecit longam lanceam,
Et percussit Aiacis graue scutum septem boum,
Vltimum iuxta æs, quod octauum erat in ipso,
Sex & per plicas uenit finens æs indomitum,
In octaua autem pelle detenta est. secundus rursus
Aiax diuinus iecit longam lanceam,
Et percussit Priamidæ circa scutum undiq; æquale:
Per quidem scutum uenit lucidum fortis lancea,
Et per thoracem pulchram firmata est,
Contra autem iuxta uentrem scidit loricam
Lancea. hic autem inclinatus est, & uitauit mortẽ nigrã.
Hi autem euellentes longas lanceas manibus simul ambo,
Concurrerunt leonibus similes cruda comedentibus,
Vel suibus non castratis: horumq; robur non imbecille.
Priamides quidem postea mediũ scutum percussit lancea,
Neq; rupit æs, reflexa est autem ei cuspis.
Aiax autem scutum percussit insurgens, & totaliter
Iuit lancea, concussit autem ipsum promptum:
Cæsim aũt ceruicẽ ingressa est, niger aũt fluebat sanguis.
Sed nõ sic cessauit à pugna galeã pulchrã habens Hector,

Sed r etro cedens lapidem accepit manu forti
Iacentem in campo nigrum, asperumq́;, magnumq́;:
Hoc percussit Aiacis graue scutum septem boum,
Medium in umbone: circumsonuit autem æs.
Secundus autem Aiax, multum maiorem lapidem eleuans
Misit uertens: firmauit autem fortitudinem magnam:
Intra autem scutum fregit percutiens rotunda petra.
Offendit aût ei dilecta genua. hic aût supinus extẽsus est,
Scuto implicatus: hunc autem statim detexit Apollo.
Et iam ensibus propè uulnerassent,
Nisi præcones Iouis nuncij & uirorum
Venissent: hic quidẽ Troianorũ, ille aût Achiuorũ bellicosorum,
Talthybiusq́; & Idæus prudentes ambo,
In medio amborum sceptra tenuerunt: dixitq́; uerbum
Præco Idæus prudentia consilia sciens:
Ne amplius pueri dilecti pugnetis, neq; bellate,
Ambos. n. uos diligit nebularum congregator Iupiter:
Ambo autem bellatores, hoc iam & scimus omnes.
Nox iam adest, bonum & nocti parere.

Dirimitur certamen inter Hectorem & Aiacem.

Huic aût respondens allocutus est Telamonius Aiax:
Idæe, Hectora hæc iube loqui:
Ipse enim pugnæ prouocauit omnes optimos:
Incipiat, & ego ualde parebo, siquidem ipse.
Hũc aût rursus allocutus est magnus galeã pulchrã habẽs Hector:
Aiax, postquam tibi dedit deus magnitudinemq́;, uimq́;,
Et prudentiam: circa aût lanceam Achiuorũ optimus es:
Nunc cessemus à prælio & pugna
Hodie: postea rursus pugnabimus, donec fortuna
Nos diiudicet, det autem alteri uictoriam.
Nox iam adest: bonum & nocti parere.

Idæus præco Troianorum.

Vt tu lætifices omnes apud naues Achiuos,
Tuosq́; maxime coætaneos, & socios qui tibi sunt.
Sed ego in ciuitate magna Priami regis
Troianos lætificabo, & Troianos trahentes uestes,
Quæq́; mihi supplicantes diuinũ ingressæ sunt certamẽ.
Dona autem age mutuo inclyta demus ambo:
Vt aliquis sic dicat Achiuorumq́; Troianorumq́;,
Certe quidẽ pugnabant cõtentionẽ circa animũ uorantẽ:
Et iterum in amicitia diuisi sunt concordes.

Aiax & Hector mutuis se honorant muneribus.

Sic uociferans, dedit ensem argenteũ capulum habentẽ,
Cum uaginaq́; portans, & bene facta zona.
Aiax autem baltheum dedit rubedine splendidum.
Qui autem digressi, hic quidem ad populum Achiuorum
Ibat, hic aũt in Troianorũ multitudinẽ iuit. hi aũt gauisi
Postq̃ uiderũt uiuũq́; & incolumẽ aduenientẽ, (sunt,
Aiacis profugientem fortitudinem, & manus innocuas:
Et duxerunt ad ciuitatem, non sperantes saluum esse.
Aiacemq́; rursus ex altera parte fortes Achiui
Ad Agamemnonem diuinum duxerunt lætantẽ uictoria.
Hi autem quando iam tentorijs in Atridæ fuerunt,
His autem bouem sacrificauit rex uirorum Agamemnon
Marem, quinquennem, potenti Saturnidæ.
Hunc decoriauerũt, circũq́; fusi sunt, & ipsum diffuderũt
Inciderunt́q; scienter, infixeruntq́; uerubus, (omnia,
Assaruntq́; scienter, detraxeruntq́; omnia.
Sed postquam cessarunt à labore, feceruntq́; conuiuium,
Conuiuati sunt, neq; in aliquo animus indiguit cõuiuio æ-
Donisq́; Aiacem magnis donauit (quali:
Heros Atrides late dominans Agamemnon.
Sed postquam potus & cibi desiderium eiecit,

His senex primus texere incepit consilium
Nestor, cuius & ante optimum uidebatur consilium,
Qui ipsis bene sapiens concionatus est, & dixit:
Atrideq́;, & alij optimi Achiuorum,
Multi quidem mortui sunt comati Achiui:
Horum nunc sanguinem nigrũ fluentẽ circa Scamandrũ
Diffudit atrox Mars, animæ aũt ad infernũ descẽderũt.
Ideo te oportet bellũ quidẽ simul cũ die sedare Achiuorũ.
Ipsi autem congregati uehemus huc mortuos,
Bobus & mulis, & comburemus ipsos
Paululum longe ante naues, ut ossa filijs singulus
Domũ ducat, quando iterũ reuertemur in patriã terram.
Tumulum aũt circa pyram unum fundemus extrahentes,
Indiuisibilem ex campo: apud aũt ipsum ædificabimus cito
Turres altas, defensaculũ nauiumq́; & ipsorum.
In autem ipsis portas faciemus amplas,
Vt per ipsas equestralis uia sit:
Exterius autem profundam fodiemus prope fossam,
Quæ equum & populum prohibeat circum existens,
Ne aliquando aggrauet bellum Troianorum superborũ.
Sic dixit. hi autem omnes laudauerunt reges.
Troianorum rursus cõcio facta est Troiæ in arce summa
Grauis, aspera ante Priami portas.
His autem Antenor prudens incepit concionari:
Audite me Troiani, & Dardani, & socij,
Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet.
Eia age Argiuam Helenam, & opes cum ipsa
Demus Atridis ducere: nunc autem iuramenta fidelia
Fallentes, pugnamus: ideo non melius nobis
Spero perfici, nisi faciamus sic.

Antenor Helenam reddendam censet.

Certe hic sic dicens desedit, his autem surrexit
Diuus Alexander Helenæ maritus pulchricomæ,
Qui ipsi respondens, uerba uelocia allocutus est:
  Antenor, tu quidem nõ adhuc mihi dilecta hæc dixisti.
Scis & aliud uerbum melius hoc intelligere:
Si autem uere hoc diligentia locutus es,
Certe iam tibi postea dei mentes ademerunt ipsi.
Sed ego Troianis cum bellicosis concionabor,
Contráq; dicam. mulierem quidem non reddam:
Opes uero quascunq; duxi ex Argo nostram domum,
Omnes uolo dare, & etiam ex domo alia adiungere.
Certe hic sic dicens desedit. his autem surrexit
Dardanides Priamus, deis consiliarius similis,
Qui ipsis bene sapiens concionatus est, & dixit:
  Audite me Troiani, & Dardani, & socij,
Vt dicam quæ mihi animus in pectoribus iubet.
Nunc quidem cœnam accipite in ciuitate sicut prius,
Et custodiæ mementote, & uigilate unusquisq;.
Mane autem Idæus eat concauas in naues
Dicere Atridis Agamemnoni, & Menelao,
Verbum Alexandri, cuius gratia contentio mota est.
Et hoc dicere prudens uerbum, si uelint
Cessare à bello malesonanti, donec mortuos
Comburamus: postea uerũ pugnabimus, donec fortuna
Nos diiudicet, det autem alteri uictoriam. (sunt.
  Sic dixit. hi aũt hũc ualde quidẽ audiuerũt, & persua-
Cœnam postea acceperunt in exercitu per sectionibus.
Mane autem Idæus iuit concauas in naues.
Hos autem inuenit in concione Danaos seruos Martis
Nauem apud in puppi. sed hic his

Stans in medijs uociferatus est resonans præco:
Atrideq;, & alij fortes Græci,
Iubet Priamusq; & alij Troiani splendidi
Dicere, si uobis dilectum & suaue est
Verbum Alexandri, cuius gratia contentio mota est:
Opes quidem quascunq; Alexander concauis in nauibus
Duxit Troiam (utinam prius debuisset perire)
Omnes uult dare, & item ex domo alia adiungere:
Puellam autem uxorem Menelai gloriosi
Non dicit dare: certe ipsum Troiani iubent.
Et hoc iussit dicere uerbum, si uultis
Cessare à bello malesonante, donec mortuos
Comburemus: postea iterum pugnabimus, donec fortuna
Nos diiudicet, det autem alteri uictoriam.
Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt silentio.
Tandem autem dixit uocem bonus Diomedes:
Ne aliquis nunc opes Alexandri suscipiat,
Neq; Helenam: cognitum autem & qui ualde infans est,
Quod iam Troianis perniciei fines imminent.
Sic dixit. hi autem omnes succlamabant filij Achiuorũ,
Verbum admirantes Diomedis equitatoris:
Et tunc Idæum allocutus est rex Agamemnon:
Idæe, certe uerbum Achiuorum ipse audis,
Quomodo tibi respondeant: mihi autem placet sic.
Circa autem mortuos comburere non inuideo,
Neq; aliquod odium cadauerum mortuorum
Est: postquam mortui sunt, igne mitigemus cito.
Iuramenta aũt Iupiter sciat ualde sonans cõiunx Iunonis.
Sic dicens, sceptrum porrexit omnibus deis,
Retro autem Idæus iuit ad Ilium sacrum.

Mortuis nõ inuidendũ.

Induciæ factæ propter cadauera occisorum.

Hi autem sedebant in concione Troiani & Dardani,
Omnes congregati, expectantes quando ueniat
Idæus. hic autem uenit, & legationem renuntiat,
Stans in medijs. hi autem parati sunt ualde uelociter,
Ex utraq; parte mortuosq; ducere, alij autem syluam.
Argiui autem ex altera parte bene tabulatis à nauibus
Conati sunt mortuosq; ducere, alij autem syluam.
Sol quidem postea nuper iuit ad arua
Ex quiete fluente profunde fluente Oceano
Cœlum ingrediens. hi autem obuiauerunt inter se.
Tunc dignoscere difficulter erat uirum unumquenq;
Sed aqua lauantes saniem sanguinolentam,
Lachrymas calidas fundentes curribus in eleuarunt.
Neq; siuit lugere Priamus magnus. hi autem silentio

Mortuos suos sepeliunt Troiani & Græci.

Mortuos in pyra congregauerunt dolentes cor.
In autem igne comburentes iuerunt ad Ilium sacrum.
Sic autem eodem modo ex altera parte fortes Achiui
Mortuos in pyra congregauerunt dolentes cor.
In autem igne comburentes iuerunt concauas in naues.
Quando autem nondum Aurora item & matutina nox,
Tũc circa pyrã electus cõgregatus est populus Achiuorũ:
Tumulum autem circa ipsam unum fecerunt exeuntes
Communẽ ex campo: apud aũt ipsum murũ ædificauerũt,

Græci castra sua muro fossa & uallo muniunt.

Turres altas sustentaculum nauium & ipsorum:
In autem ipsis portas fecerunt bene aptas,
Vt per ipsas equestris uia sit.
Exterius autem profundam in ipso fossam foderunt,
Latam, magnam in autem palos defixerunt.
Sic hi quidem laborabant criniti Achiui.
Hi autem dei apud Iouem sedentes fulminatorem

Viderunt magnum opus Achiuorum bellatorum.
His aũt uerbũ incepit Neptunus quatiens terrã: (terrã,
Iupiter pater, certe aliquis est mortaliũ supra nigram
Quicunq; adhuc immortalibus mentẽ & cõsiliũ scrutetur.
Non uides quòd comati Achiui
Murum ædificauerunt naues circa, circum autem uallum
Extruxerunt: neq; deis dederunt inclytas hecatombas?
Huius autem gloria erit quantum sparsa erit aurora.
Huius aũt obliuiscentur, quando ego & lucidus Apollo
Heroi Laomedonti ciuitatem ædificauimus certantes.
Hũc aũt ualde iratus allocutus est nebularũ cõgregator
Heu Neptune fortis quid dixisti? (Iupiter:
Alius aliquis hanc deorum timuisset cogitationem,
Qui te multo imbecillior manusq; robur'q;.
Tua autem tibi gloria erit quantum spargitur aurora.
Agedum quando rursus comati Achiui
Venient cum nauibus dilectam in patriam terram,
Murum scindens, hunc quidem in mare omne diffunde:
Rursus autem litus magnum harenis cooperi,
Vt magnus murus non appareat Achiuorum.
Sic hi quidem talia inter se concionati sunt.
Occidit autem sol, perfectumq; est opus Achiuorum.
Boues aũt mactauerunt in tentorijs, & cœnã acceperũt.
Naues autem ex Lemno astiterunt uinum ducentes
Multæ, quas præmisit Iasonides Euneus:
Quem peperit Hypsipyle sub Iasone pastore populorum.
Separatim autem Atridis Agamemnoni & Menelao
Dedit Iasonides ducere uini mille lagenas.
Hinc uinum emebant comati Achiui,
Alij quidem ære, alij autem ardenti ferro.

Mercatura exercetur rerum permutatione.

Alij autem pellibus, alij autem ipsis bobus,
Alij aũt captiuis rebus: posuerunt aũt conuiuiũ abundans.
Nocturni quidem postea comati Achiui
Conuiuati sunt. Troiani autem in ciuitate & socij.
Nocturnus autem ipsis mala cogitauit cõsiliarius Iupiter,
Terribiliter sonans. hos autem recens timor cepit.
Vinũ aũt ex poculis humũ fundebãt: neq; aliquis tolerabat
Ante bibere, quàm libare potenti Saturnidæ.
Dormierunt autem postea, & somni donum acceperunt.

Iupiter quã-tum cæteris dijs potentior.

ARGVMENTVM Θ. HOMERI COMPOSITIONIS.

IVpiter interdicẽs deis neutri auxiliari exercituum, in Idam descendit: & prius æqualiter pugnantes Græcos, inferiores Troianis statuit. Iunonem autem & Mineruam in auxiliũ Græcis exeuntes detinuit Iris, Ioue iubente. Vespere autem facto, Hector concionatus est in campo vt castra meterentur, & ignem per totam noctem incenderent.

ILIADIS Θ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Theta, Deorum concio, Troianorum fortitudo, Hectoris iactatio.



Vrora quidem rubeam uestem habẽs dispersa est omnem in terram.
Iupiter autem deorum concilium fecit gaudens fulmine
Summa arce multa cacumina habentis olympi:
Ipse aũt ipsis cõcionatus est, dij aũt simul omnes audiebãt:
Audite me omnes dij, omnesq; deæ,
Vt dicam quæ mihi animus in pectoribus iubet.
Neq; aliqua igitur fœmina dea hoc, neq; aliquis mas
Tentet rumpere meum uerbum: sed simul omnes
Laudate, ut cito perficiam hæc opera.
Quem ego seorsum à dijs uolentem intellexero
Venientem, uel Troianis auxiliari, uel Græcis,
Verberatus non secundum decens ibit ad olympum:
Vel ipsum accipiens iaciam in tartarum obscurum
Longe ualde, ubi profundissimum sub terra est barathrũ:
Vbi ferreæq; portæ, & æreum pauimentum:
Tantum sub inferno, quantum cœlum est à terra.
Cognoscetis postea quantũ sum deorũ fortissimus omniũ.
Eia age experimini dij, ut uideatis omnes
Funem auream ex cœlo suspendentes.
Omnes detrahite dij omnesq; deæ:
Sed non trahetis ex cœlo in terram
Iouem eximium consiliariũ: neq; si ualde multũ laborabitis.
Sed quando iam & ego promptus uelim trahere,

Iouis oratio ad omnes deos deasq;.

In ipsam terram traham ipsumq; mare:
Funem quidem postea circa summitatem olympi
Ligabo: hæc autem rursus suspensa omnia fiunt.
Tantum ego supraq; sum deos, supraq; sum homines.
Sic dixit. hi autem omnes quietè facti sunt silentio,
Verbum admirantes: ualde enim fortiter concionatus est.
Tandē aūt iā locuta est dea glaucos oculos habēs Minerua:
O pater noster Saturnide rex regum,
Bene & nos scimus quòd potentia non subdita,
Sed tamen Danais dolemus bellicosis,
Si tam malam mortem perficientes peribunt.
Sed certe bello quidem abstinebimus, si iubes:
Consilium autem Argiuis præbebimus, quod iuuabit,
Vt non omnes perdantur irato te.
Hanc aūt subridens allocutus est nebularum congregator Iupiter:
Confide Tritonia dilecta filia, non aliquid animo
Prompto loquar: uolo autem tibi mitis esse.
Sic dicens, sub curribus iussit æripedes equos
Veloces aureis capillis comatos.
Aurum aūt ipse induit circa corpus: accepit aūt scuticam
Auream bene factam: suum autem ascendit currum.
Verberauit aūt impellere: hi autem non inuiti uolauerunt
In medio terræq; & cæli stellati.
In Idam autem uenit multarum fontium matrem ferarū
Gargarum: ubi autem ei templum altareq; sacrum,
Ibi equos sistit pater deorumq; uirorumq;,
Soluens ex curribus: circa autem nebulam multam fudit.
Ipse autem in uerticibus sedit gloria lætus,
Inspiciens Troianorum ciuitatem & naues Achiuorum.

Pallas sola Ioui respondet, cæteris dijs præ timore silentibus.

Hi autem cœnam acceperunt comati Achiui
Celeriter in tentorijs: post autem ipsam armati sunt.
Troiani aũt rursus ex altera parte in ciuitate armabãtur
Pauciores: prompti autem erant & sic pugna pugnare,
Opportuna necessitate proq; filijs, & pro uxoribus.
Omnes autem apertæ sunt portæ: exiuit autem populus
Pedestris, equestrisq;, multus autem tumultus motus est.
Hi autem quando iam in locum unũ simul euntes iuerunt,
Coniecerũt scuta simul & lãceas & fortitudines uirorũ
Aeream thoracem habentiũ: sed scuta & umbonem habentia
Propinquata erant inter se, multus aũt tumultus ortus est.
Tunc autem simul luctusq; & exultatio erat uirorum
Perdentiumq; & perditorũ. fluebat autẽ sanguine terra.
Quandiu quidem aurora erat, & augebatur purus dies,
Tandiu ualde utrorũq; tela tangebãtur: cadebat aũt popu
Quando autem sol medium cœlum circuibat, (lus.
Et tunc iam aureas pater extendit bilances,
Intus autem posuit duo fata asperæ mortis
Troianorumq; equitatorum, & Achiuorum armatorum.
Traxit aũt ĩ medio accipiẽs: inclinat⁹ ẽ aũt fatalis dies A-
Hæc qdẽ Achiuorũ fata in terrã multa pascẽtẽ (chiuorũ.
Sederunt: Troianorum autẽ ad cœlum latũ eleuata sunt.
Ipse autem ex Ida ualde resonuit: ardens uero
Misit fulmen ad populum Achiuorum. hi autem uidentes
Stupuerunt, & omnes nouus timor accepit.
Tunc neq; Idomeneus tolerauit manere, neq; Agamemnõ,
Neq; duo Aiaces remanserunt famuli Martis.
Nestor autem solus remansit honoratus custos Achiuorũ.
Neq; uolens: sed equus cõsumebatur, quẽ percussit sagitta
Diuus Alexander Helenæ uir pulchram comam habentis,

Iupiter fata Græcorum & Troianorum in lancibus posita examinat.

Summo in uertice, ubi primi crines equorum
Capite innascuntur, maxime autem letale est.
Dolens autem resiliebat: telum autem in cerebrum iuit.
Simul autem equos turbabat uolutus circa æs,
Donec senex equi uincula incidebat
Gladio insurgens, interim Hectoris ueloces equi
Venerunt in turbam audacem dominum portantes
Hectora: & tunc senex animum perdidisset,
Nisi cito intellexisset uocem bonus Diomedes:
Fortiter autem clamauit, commouens Vlyssem: Græcorum fuga.
Diuine Laërtiade multæ inuentionis Vlysses,
Quò fugis terga uertens malus tanquam in turba?
Nequis tibi fugienti dorso in lanceam figat:
Sed mane, ut à sene expellamus trucem uirum.
Sic dixit. neq; exaudiuit multa tolerãs diuus Vlysses,
Sed iuit concauas ad naues Achiuorum.
Tydides autem solus existens propugnatoribus mistus est.
Stetit autem ante equos Neleiadæ senis.
O senex, certe ualde iã te iuuenes cõsumũt bellatores,
Et ipsum uociferans, uerba uelocia allocutus est:
Tua aũt fortitudo soluta est. difficilis aũt te senectus inse
Debilis aũt tibi famulus, tardi aũt tibi equi. (quitur.
Sed age, meos currus ascende, ut uideas
Quales Troiani equi scient per campum
Velociter ualde huc & illuc impellere, & fugere:
Quos quondam ab Aenea cepi magistros timoris.
Hos quidem famuli regant: hos autem nos
Troianos contra equitatores gubernemus, ut & Hector
Videat, si & mea lancea furit in manibus.
Sic dixit, nec nõ ꝑsuasus est honoratus equitator Nestor.

Nestoreos quidem postea equos famuli gubernabant
Fortes Sthenelus & Eurymedon uiros amans.
Hi autem ambo Diomedis currum ascenderunt.
Nestor aũt in manibus accepit habenas rubeas: (rũt.
Scuticauit aũt equos: uelociter autẽ Hectora propè uene-
Huic aũt contrarius prompto iaculatus est Tydei filius.
Et hoc quidem aberrauit. hic autem aurigam famulum
Filium magnanimi Thebei Eniopeum (millam.
Equorum habenas habentẽ percussit pectore apud mam-
Cecidit autem ex curribus, supra iuerunt autem equi
Veloces: huic autem rursus soluta est animaq́; roburq́;.
Hectora autem grauis dolor tetigit mentes aurigæ.
Hunc quidem postea dimisit & dolens socio
Iacere. hic aũt aurigã quærebat audacẽ. neq; amplius diu
Sed tu ne mihi hæc cogita mentibus: neq; te dæmon
Hic uertat amicus. peius autem esset
Nauibus combustis auxiliari. sed in donis
Veni: æqualiter. n. deo honorabunt Achiui.
Si autem sine donis bellum perniciosum ingrederis,
Non item cum honore eris bellum quamuis expellens.

Hũc aũt respondẽs allocutus est pedibus uelox Achilles: Achilles
Phoenix uenerande senex, diuine, non mihi huius Phœnici.
Opus honoris. cogito autem honorari Iouis iudicio:
Quod me tenebit apud naues rostratas donec spiritus
In pectoribus manent, & mihi dilecta genua mouentur.
Aliud autem tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis:
Ne mihi turba animum lugens & dolens,
Atride heroi ferens gratiam: neq; te oportet
Hunc diligere, ut non mihi inimiceris diligenti.
Pulchrum tibi mecum hunc curare, qui me curat.
Aequaliter mihi regna, & dimidium sortire honorem.
Hi autem nuncient, tu autem hic domi manens

Lecto in molli: simul autem aurora apparente
Consultabimus, an redeamus in nostra, an maneamus.
Dixit, & Patroclo hic in supercilijs annuit silentio,
Phœnici sternere pulchrum lectum, ut cito
Ex tentorio reditum curet. his autem Aiax
Diuinus Telamonides uerbum dixit:

Aiax Vlyssi & Achilli.

Diuine Laërtiade prudentissime Vlysses,
Eamus: non enim mihi uidetur uerbi finis
Huic uiæ perfici: nunciare autem uelocissime
Oportet uerbum Danais, & non bonũ quamuis existens:
Qui nunc sedent expectantes. sed Achilles
Syluestrem in pectoribus posuit superbum animum
Infestus, neq; uertitur amicitia amicorum
Hac, qua ipsum apud naues honorabamus eximium aliũ.
Impius, & quidem aliquis fratris cæde
Pœnam uel sui filij suscepit mortui.
Et hic quidem in populo manet multa soluens.
Huius autem sedatur cor & animus elatus
Pœnam, suscipientis: tibi autem indesinentemq; malumq;
Animum in pectoribus dei posuerunt gratia puellæ.
Solius: nunc autem tibi septem præbemus eximie optimas,
Sed multa cum his: tu autem placabilem habe animum.
Venerare autem domum, hospites enim tibi sumus
Multitudine ex Danaorũ. propti sumus aũt tibi præcipuo
Cupidissimiq; esse & amicissimi quot Achiui. (aliorũ,

Achilles Aiaci.

Hunc aũt respõdẽs allocutus est pedibus uelox Achilles:
Aiax diuinæ Telamonie princeps populorum,
Omnia mihi secundum animum uisus es loqui.
Sed mihi tumet cor ira, quando illa
Recordor, quòd me imperitum in Argiuis fecit

Atrides, tanquam aliquem inhonoratum exulem.
Sed uos abite, & legationem renunciate.
Non enim ante bellum curabo sanguinolentum,
Quàm filium Priami prudentis Hectora diuinum,
Myrmidonum inq; tentoria & naues uenire
Interficientem Argiuos, & comburere igne naues.
Circum autem meum tentorium & nauem nigram
Hectora & promptum pugnæ subsistere puto.
Sic dixit. hi aũt unusquisq; accipiens poculũ rotundũ
Sacrificantes iuerunt rursus: præibat autem Vlysses.
Patroclus autem socijs & ancillis iussit
Phœnici sternere pulchrum lectum quàm uelocissime.
Hæ autem obedientes strauerunt lectum sicut iussit:
Pellesq;, culcitramq;, liniq; subtile opertorium.
Tunc senex dormiuit, & ad auroram diuinam mansit.
Sed Achilles dormiuit in conclaui tentorij benefacto.
Huic autem accubuit mulier, quam ex Lesbo duxit
Phorbantis filia Diomede pulchras genas habens.
Patroclus aũt ex altera parte dormiuit: apud aũt & ipsum
Iphis benecincta, quam ei præbuit diuinus Achilles,
Scyrum capiens altam Enyei urbem.
Hi autem quando iam tentorijs in Atridæ fuerunt,
Hos quidem aureis poculis filij Achiuorum
Susceperunt aliunde alius surgentes, & interrogabant.
Primus autem interrogauit rex uirorum Agamemnon:
Dic age mihi multæ laudis Vlysses magna gloria Achiuorum,
An uelit nauibus expellere inimicum ignem?
An negauit? ira autem adhuc habet superbum animum?
Hunc aũt rursus allocutus est patiens diuinus Vlysses:
Atride gloriosissime rex uirorum Agamemnon,

Legati ab Achille recedunt implacato.

Agamemnõ primus sciscitatur de responso Achillis. Vlysses Agamemnoni.

Ille autem non uult extinguere iram, sed adhuc magis
Impletur ira: te autem renuit, & tua dona.
Ipsum te consultare Argiuis iussit,
Quomodo naues saluaris & populum Achiuorum.
Ipse autem minatus est cum aurora apparente,
Naues bene fabulatas ad mare trahere circumuertibiles.
Et alijs dixit me admonere
Domum adnauigare: quoniã non amplius inuenietis finem
Troiæ altæ: ualde enim se altitonans Iupiter
Manum suam super habet. moriuntur autem populi.
Sic dixit. sunt & hi hæc dicere, qui me sequebantur,
Aiax, & præcones duo prudentes ambo.
Phœnix autem illic senex dormiuit: sic enim iussit,
Vt ipsum in nauibus dilectam in patriam sequeretur
Cras si uoluerit: necessitate autem ipsum non ducet.
Sic dixit. hi autem omnes tacite facti sunt silentio,
Verbum admirantes, ualde. n. fortiter concionatus est.
Diu autem multi erant tristes filij Achiuorum.
Tandem autem iam locutus est uocem bonus Diomedes:
Atride gloriosissime rex uirorum Agamemnon,
Diomedes ad Agamẽ. Non debebas precari eximium Pelidem,
Infinita dona dans, hic autem superbus est & aliter.
Nunc autem ipsum multo magis superbijs iniecisti:
Sed illum quidem sinamus, uel eat,
Vel maneat: tunc autem rursus pugnabit, quando ipsum
Animus in pectoribus iubebit, & deus mouebit.
Sed age sicut ego dico, obediamus omnes.
Nunc quidem dormite delectati dilectum cor,
Cibo & potu: hoc enim robur est & fortitudo.
Sed postq̃ apparuerit pulchra roseos digitos habẽs aurora,

Statim ante naues habe populumq; & equos,
Mouens, & ipse in primis pugnet.
Sic dixit. hi autem omnes laudauerunt reges,
Verbum admirantes Diomedis equitatoris.
Et tunc iam sacrificantes iuerunt ad tentoriũ unusquisq;.
Tunc autem dormierunt, & somni donum acceperunt.

ARGVMENTVM K. HOMERI COMPOSITIONIS.

AGamemnon vigilãs excitat optimos Achiuorum ipsẽq; & Menelaus: & in vallo consultantes mittunt speculatores in Troianorum exercitum, Vlyssem & Diomedem: qui Dolona quidem obuiantes interficiunt. Audientes autẽ ab ipso Rhesum quẽdã & Thraces adesse vbi castrametati sunt, egrediẽtes dolo interficiunt: & equos abducentes in nauale vadunt.

ILIADIS K. HOMERI COMPOSITIONIS.

Cappa, amborum ad speculam uenerunt uiri.



Lij quidem apud naues optimi Achiuorum
Dormiebant per totã noctem molli domiti somno:
Sed non Atridem Agamemnonem pastorem populorum
Somnus tenebat dulcis, multa in sensibus commouentem.
Sicut quando fulgurat maritus Iunonis benecomatæ

Agamemnõ somnum capere non potest.

Faciens uel multum hymbrem, immensum uel grandinem,
Vel niuem quando nix albefacit arua,
Vel belli magnum os amari.
Sic frequenter in pectoribus suspirabat Agamemnon
Funditus ex corde: tremebant autem ei sensus intus,
Quando in campum Troianum aspiciebat,
Admirabatur ignes multos, qui ardebant Troiam uersus,
Tibiarum fistularumq; uocem, tumultumq; hominum.
Sed quando in nauesq; aspiciebat & populum Achiuorũ,
Multos ex capite radicitus trahebat capillos
Alte existenti Ioui. ualde .n. suspirabat gloriosum cor.
Hæc autem ei in animo optima uisa est sententia,
Nestorem in primum Neleium uenire uirorum,
Si quod eo cum consilium bonum fabricaret,
Quod expellens malum omnibus Danais fieret.
Erectus autem induit circa pectora uestem.
Pedibus autem sub pinguibus ligauit bona calceamenta:
Circum autem postea rubram induit pellem leonis
Calidi magni usq; ad pedes. accepit autem lanceam.
Sic autẽ similiter Menelaum habebat tremor. neq; .n. ipsi
Somnus in palpebris insedit, nequid paterentur
Argiui, qui iam sui causa multum in mare
Venerunt, in Troia bellum forte mouentes.
Pellepardi quidem primum humerum latum cooperuit
Varia, sed in galeam capite eleuans
Posuit æream: lanceam autem accepit manu forti.
Perrexit aũt ire surgere facturus suũ fratrẽ, qui ualde o-
Argiuorũ imp̃abat: de⁹ aũt tanq̃ honorabat̃ populo. (mniũ
Hunc aũt inuenit circa humeros ponentem arma pulchra
Naue apud puppem. hic autem gratus fuit ueniens.

Hunc prior allocutus est uocem bonus Menelaus:
Cur sic primogenite armaris? nunquid sociorum
Concitas Troianis speculatorem? sed ualde grauiter
Timeo, ne nullus tibi promittat hoc opus,
Viros inimicos speculari solus uadens
Noctem per obscuram: ualde aliquis audacis cordis erit.
Hunc autē respondens, allocutus est rex Agamemnon:
Indigentia consilij me & te diuine ò Menelaë
Prudentis: quod liberabit & saluabit
Argiuos & naues, quoniam Iouis uersa est sententia.
Hectoris ualde in mentem posuit sacrificijs:
Non sic dum uidi, neq; audiui loquentem
Virum unum tot curiosa in die consultasse,
Quot Hector fecit Ioui dilectus filios Achiuorum.
Sic neq; deæ filius dilectus, neq; dei,
Opera autem fecit quot dico curæ esse Argiuis
Diuq; & longum: tot enim mala operatus est Achiuis.
Sed age nunc Aiacem & Idomeneum uoca
Cito currens ad naues: ego autem ad Nestora diuinum
Vado, & concito surgere, si uoluerit
Venire in custodum magnum ordinem, & iubere:
Illi enim maxime obediunt. huius enim filius
Præest custodibus & Idomenei famulus
Meriones: his enim commisimus maxime.
Huic autem respondit postea uocem bonus Menelaus: Menelaus
Quomodo enim mihi uerbo mandas & iubes? fratri.
Illic maneam cum his expectans donec uenias?
An curram post te rursus postq̃ bene his imperauero?
Hũc aũt rursus allocutus est rex uirorũ Agamemnon:
Illic mane, ne aliquo modo erremus inter nos

Venientes: multæ enim in exercitu sunt uiæ.
Loquere autem si iueris, & suscitari iube
A' patre ex generatione nomina uirum unum quenq;
Omnes glorificans: neq; superbias animo:
Sed & ipsi laboremus sic nobis
Iupiter postnatis misit malitiam grauem.
Sic dicens, misit fratrem bene instruens.
Sed hic perrexit ire ad Nestorem pastorem populorum.
Hunc aũt inuenit apudq; tentorium, & nauem nigram
Lecto in molli, apud autem arma uaria iacebant,
Scutum, & duæ lanceæ, splendidaq; galea.
Apud autem zona iacebat uaria, qua senex
Cingebatur, quando in bellum corrũpẽs uiros armabatur
Populum ducens: quoniã non uersus erat senectute tristi.
Erectus autem in cubito caput sustentans
Atridem allocutus est, & interrogauit uerbo:
Quis autem sic ad naues per exercitum uenis solus,
Nocte per obscuram, quando dormiunt mortales alij?
An aliquem mulorum inquirens? an aliquem sociorum?
Loquere, neq; tacitus ad me uenias: quæ aũt te indigẽtia?

Agamemnõ cũ Nestore.

Huic respondit postea rex uirorum Agamemnon:
O Nestor Neleïade magna gloria Achiuorum,
Cognosces Atridem Agamemnona quem supra omnes
Iupiter immisit laboribus omnino, donec spiritus
In pectoribus maneat & nihil dilecta genua moueantur.
Erro sic, quoniam non mihi in oculis dulcis somnus
Insedit. sed est curæ bellum & curæ Achiuorum.
Grauiter enim Græcis supertimeo, neq; mihi cor
Firmum, sed turbatus sum, cor autem mihi extra
Pectora saltat, tremunt fortia membra.

Sed si quid potes, quoniam neq; te somnus capit:
Eia ad custodes descendamus, ut uideamus
Ne quidem labore uicti ac & somno
Dormiant, & custodiæ omnino obliti sint.
Inimici autem uiri propè sedent, neq; scimus,
Ne aliquo modo & per noctem prompti sint pugnare.
Huic aūt respondit postea honoratus equitator Nestor:
Atride gloriosissime rex uirorum Agamemnon,
Non Hectori omnes cogitationes consiliarius Iupiter
Perficiet quot nunc sperat, sed ipsum puto
Curis laborare & multis, an Achilles
Ex ira molesta uerteret dilectum cor.
Te aūt ualde sequar ego. rursus aūt & excitemus alios,
Et Tydidem in lancea famosum, & Vlyssem,
Et Aiacem celerem, & Phylei fortem filium.
Sed utinam aliquis & hos iens uocaret,
Diuinumq; Aiacem & Idomenea regem.
Horum enim naues sunt longe, neq; ualde propè.
Sed amicū dilectū q̄uis existentē & honorandū Menelaū
Increpabo: si quamuis mihi irasceris, neq; celabo.
Sic dormit, tibi autem soli uertit laborare,
Nunc deberet circa omnes optimos laborare
Precans: indigentia enim uenit neq; tolerabilis.
Hunc aūt rursus allocutus est rex uirorū Agamemnō:
O senex aliâs quidem te & accusare iussi:
Sæpe enim negligensq; fuit, & non uolebat laborare,
Neq; pigritiæ obediens, neq; imperitijs mentis:
Sed me respiciens & meum exspectans motum.
Nunc autem me prior ualde suscitatus est, & me audiuit.
Hunc quidem ego præmisi uocare quos tu inquiris.

Sed eamus: illos autem inueniemus ante portas
In custodibus, ubi ipsos consultaui congregari.
Huic aũt respondit postea honoratus equitator Nestor:
Sic nullus ei irascetur, neq; non obediet
Argiuorum, quando aliquem concitabit & iubebit.
Sic dicens, induit circa pectora uestem:
Pedibus autem sub fortibus ligauit bona calceamenta,
Circa autem uestem fibula ligauit purpuream,
Duplicem extensam: pretiosa autem erat lana.
Accepit autem fortem lanceam acutam acuto ferro:
Perrexit autem ire ad naues Achiuorum bellicosorum
Primum: postea Vlyssem Ioui consilio similem
Ex somno excitauit honoratus equitator Nestor,
Loquens: hunc autem statim circa mentes aduenit uox:
Exiuit autem tentorio, & ipsos uerbum allocutus est:
Cur sic ad naues per exercitum soli uagamini
Noctem per obscurã: quoniam indigentia tantum uenit?
Huic aũt respondit postea honoratus equitator Nestor:
Diuine Laertiade prudentissime Vlysses,
Ne inculpes: talis enim dolor aduenit Achiuos.
Sed sequere, ut & alium excitemus quem deceat
Consilia consultare, uel fugere, uel pugnare.
Sic dixit. hic autem ex tentorio iens prudens Vlysses,
Varium circa humeros scutum posuit: iuit aũt cum ipsis.
Iuerunt aũt in Tydidem Diomedem: hunc aũt inuenerunt
Extra à tentorio cum armis. circum autem socij
Dormiebant: sub capitibus aũt habebant scuta: lanceæ aũt
Erectæ in circulo fixæ erant, longe aũt ferrum (ipsis
Splendebat tanq̃ fulgur patris Iouis. sed hic heros
Dormiebat, sub aũt strauerat pellẽ bouis in agro pnoctãtis

Sed sub capitibus tapes extensus erat splendidus.
Hunc apud stans excitauit honoratus equitator Nestor
Calce pedem mouens: concitauitq; reprehenditq;:
Surge Tydei fili, cur per totã noctẽ somnũ suauẽ capis? Nestor Diomedem excitat è somno.
Non audis quod Troiani in tumulo campi
Sedent propè naues. paruus aũt quidam locus continet.
Sic dixit. hic autem ex somno ualde uelociter surrexit
Et ipsum uociferans, uerba uelocia allocutus est:
Durus es senex, tu quidem labore nunquam cessas.
Non & alij sunt iuniores filij Achiuorum,
Qui postea singulum excitarent regum
Omnino euntes, tu autem indefatigatus es senex.
Hũc aũt rursus allocutus est honoratus equitator Nestor: Nestor facta sua prædicat.
Ita iã hæc omnia amice secundum decens dixisti:
Sunt quidem mihi filij egregij, sunt & populi,
Et multi, quorum aliquis iens uocaret:
Sed ualde magna indigentia aduenit Achiuos:
Nunc enim iam omnibus in nauaculæ stat acie,
Vel ualde perniciosa mors Achiuis, uel uiuere.
Sed eia nunc Aiacem uelocem & Phylei filium
Excita: tu enim es iunior, si mei misereris.
Sic dixit. hic autem circa humeros induit pellem leonis
Calidi, magni, usq; ad pedes: accepit autem lanceam,
Perrexit autem ire. hos aũt illinc excitans duxit heros.
Hi autem quando iam custodibus in congregatis fuerunt,
Neq; quidem dormientes custodum ductores inuenerunt,
Sed uigilanter cum armis sedebant omnes.
Sicut aũt canes circa oues difficulter custodiunt in ouilẽ
Feram audientes fortem, quæ ad syluam
Venit per montes, multus autem tumultus in ipsam

Virorum & canum ab ipsisq; somnus perijt:
Sic horum dulcis somnus à palpebris perijt,
Noctem custodientibus bonam: in campum enim semper
Versi erant, quando Troianos audirent uenientes.
Hos autem senex lætatus est uidēs, audaciāq; iniecit aīo,
Et ipsos uociferans uerba uelocia allocutus est:
Sic nunc dilecti filij custodite, neq; aliquem somnus
Capiat, ne gaudium faciamus inimicis.

Nestor uigilibus.

Sic dicens, uallo egressus est, hi aūt simul secuti sunt
Argiuorum reges quicunq; uocati sunt ad consilium.
His autem cum Meriones & Nestoris inclytus filius
Iuerunt: ipsi enim uocauerunt ad consultandum.
Vallum autem egredientes defossum consederunt
In puro, ubi iam mortuorum apparebat locus
Cadentium. unde rursus auersus est fortis Hector
Perdens Argiuos, quando iam nox cooperuerat:
Vbi sedentes uerba inter se loquebantur.

His autem uerbis cœpit honoratus equitator Nestor:
O amici, non aliquis uir confidat suo ipsius
Animo audaci ad Troianos magnanimos
Ire, siquem inimicorum capiat extremum,
Vel siquam uocem in Troianis audiat,
Quæq; consultant inter ipsos uel prompti sunt
Illic manere apud naues contra, uel ad ciuitatem
Retro recedant, postquam interfecerunt Achiuos.
Hæc omnia si didicerit, & retro ad nos uenerit
Illæsus, magna ei sub cælo gloria erit,
Omnes in homines, & ei remuneratio erit bona.
Quicunq; enim nauibus imperant optimi,
Horum omnium ei singulus ouem dabunt nigram

Agamemnon & Nestor consultant.

Fœminā agnū habentē. huius quidē possessio nulla similis.
Semper autem in conuiuijs & compotationibus aderit.
Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt silentio.
His autem & post locutus est uocem bonus Diomedes:
Nestor, me mouet cor & animus generosus,
Virorum inimicorum ire exercitum propè existentem
Troianorum, sed siquis me uir simul sequatur & alius, — Speculatores mittunt uisum quid agant Troiani.
Magis lætitia & audacius erit,
Simulq; duo euntes & ante hic hunc cogitat,
Quomodo utile sit: solus autem quamuis cogitet
Tamen ei tardior mens, tenue autem consilium.
Sic dixit. hi autem uolebant Diomedem multi sequi.
Volebant Aiaces duo famuli Martis,
Volebat Meriones, ualde autem uolebat Nestoris filius:
Volebat & Atrides in hasta gloriosus Menelaus,
Volebat & patiens Vlysses adire multitudinem
Troianorū: semper. n. ei in mentibus animus fuit audax.
His autem post locutus est rex uirorum Agamemnon:
Tydide Diomedes meo charissime animo, — Agamemnō Diomedi.
Hunc quidem iam socium eliges quem uolueris
Apparentium postquam sunt multi.
Neq; tu uerecundans tuis mentibus hunc quidem meliorē
Relinque: tu autem peiorē accipies uerecundiæ obediens,
In generationem aspiciens, neq; si maior rex sit.
Sic dixit. timuit autem de flauo Menelao.
His aūt rursus post locutus est uocem bonus Diomedes:
Si quidem iam socium iubetis me ipsum eligere
Quomodo postea Vlyssis ego diuini obliuiscar?
Cuius ualde quidem prudens cor & animus generosus
In omnibus laboribus, diligit aūt ipsum Pallas Minerua.

Hoc sequente & ex igne ardenti
Ambo redibimus, quoniam ualde scit intelligere.
Hūc aūt rursus allocutus est multapatiens diuus Vlyſ-
Tydide, neq; me ualde lauda, neq; uitupera: (ſes:
Scientibus enim hæc Argiuis loqueris.
Sed eamus, ualde, n. nox perficitur, propè aūt aurora.
Stellæ autem iam processerunt, præterijt aūt pluriū nox
Duarum partium: tertia autem adhuc pars relicta est.
Sic dicentes, armis in grauibus induti sunt.
Tydidæ quidem dedit bellicosus Thrasymedes
Ensem utrinq; acutum, suum autē apud naues reliquerat,
Et scutum: circa autem ei galeam caput posuit
Taurinam, fineconoq; & finecrista, quæ cassis
Vocata est: custodit autem caput pubescentium iuuenū.
Meriones autem Vlyssi dedit arcum & pharetram,
Et ensem: circa autem ei galeam caput posuit
Pelle factam, multis & intus loris
Extensa erat fortiter, exterius autem albi dentes
Albos dentes habentis suis frequenter erant hinc & illinc,
Bene & scienter. medio autem in pileus congrue erat.
Hanc quondam ex Eleone Amyntoris Ormenidæ
Accepit Autolycus fortem domum fodiens:
Scandia autem dedit Cytherio Amphidamanti:
Amphidamas autem Molo dedit munus esse.
Sed hic Merionæ dedit suo filio portare.
Iam tunc Vlyssis cooperuit caput circum posita.
Hi autem postq̄ igitur armis in grauibus induti sunt,
Contendunt ire: dereliquerunt autē illic omnes optimos,
His autem propitium misit erodium propè uiam
Pallas Minerua, hi autem non uiderunt oculis

Diomedes & Vlysses exploratū eunt, quid paret Troiani.

Noctem per obscuram: sed resonantem audiuerunt.
Gauisus est aũt aue Vlysses, precatus est aũt Mineruã:
Audi me Aegiochi Iouis filia, quæ mihi semper
In omnibus laboribus ades. neq; te lateo:
Motus nunc rursus maxime me dilige Minerua.
Da autem rursus ad naues gloriosas abire
Facientes magnum opus quod Troianis curæ erit.
Secundus rursus precatus est uocem bonus Diomedes:
Audi nunc & me Iouis filia Tritonia:
Sequere me, sicut quando patrẽ meũ sequebaris Tydeum
Ad Thebas: quando ab Achiuis nuntius iuit, (diuum
Hos autem in Asopo liquit bellicosos Achiuos:
Sed hic suaue uerbum portabat Thebanis
Illuc: sed retro abiens ualde curiosa fecit opera
Tecum diua dea, quando ei prompta affuisti.
Sic nunc mihi uolens adsis, & me custodi:
Tibi aũt rursus ego sacrificabo bouẽ anniculã latifrontis
Indomitam, quam nondum sub iugum duxit uir:
Hanc tibi ego sacrificabo aurum cornua circunfundens.
Sic dixerunt precati, hos aũt audiuit Pallas Minerua.
Hi autem postquam precati sunt Iouis filiam magni,
Contendunt ire tanquam leones duo per noctem nigram,
Per cædem, per mortuos, per arma, & nigrum sanguinẽ.
Neq; quidẽ neq; Troianos generosus permisit Hector
Dormire, sed simul uocauit omnes optimos
Quicunq; erant Troianorum ductores & gubernatores,
Hos hic conuocans, prudens parauit consilium:
Quis mihi hoc opus promittens perficiet
Dono in magno? merces autem ei sufficiens erit:
Dabo enim currumq;, duosq; longæceruicis equos,

Diomedes Mineruam inuocat.

Hector ad Troianos.

Qui optime se gerunt uelocibus in nauibus Achiuorum?
Quicunq; tolerabit, sibi ipsi gloria extolletur,
Naues ueloces propè ire & audire,
An custodiuntur naues ueloces sicut antea:
An iam manibus sub nostris domiti,
Fugam consultant inter ipsos, neq; uolunt
Noctem custodire labore fatigati graui.
Sic dixit. hi autem omnes quiete facti sunt silentio.
Dolon Troianus. Erat autem aliquis in Troianis Dolon Eumedis filius,
Præconis diuini multiauri, multiæris,
Hic autem specie quidem erat malus, sed uelox.
Sed hic solus erat à quinq; fratribus.
Hic nunc Troianisq;, & Hectori uerbum dixit astans,
Hector me commouet cor & animus generosus,
Naues ueloces propè ire & intelligere.
Sed age mihi sceptrum eleua & mihi iura
Certe quidem equosq; & currus ornatos ære
Dare, qui portant eximium Pelidem.
Tibi aũt ego nõ uanus speculator ero, neq; præter opinio-
Tandiu.n. in exercitũ uado perpetuo donec uadam (nem
Ad nauem Agamemnoneam, ubi futuri sunt optimi
Consilia consultare, uel fugere, uel pugnare.
Hector Doloni. Sic dixit. hic aũt manibus sceptrum iecit, & ei iurauit:
Sciat aũt nunc Iupiter ipse ualdesonans maritus Iunonis
Vt non quidem equis uir inuehitur alius
Troianorum: sed te dico perpetuo honorari,
Sic dixit, & periurium falso iurauit. hũc aũt mouebat:
Statim autem circa humeros iecit curuos arcus,
Induit & exterius pellem albi lupi
Capiteq; in hircinã galeam, cepit autem acutũ iaculum:

Perrexit aūt ire ad naues ab exercitu. neq; futurus erat
Veniens ex nauibus retro Hectori uerbum reportare.
Sed quando iā equorūq; & uirorū reliquit multitudinē,
Iuit in uiam promptus. hunc aūt percepit aduenientem
Diuinus Vlysses, Diomedem & allocutus est.
Hic Diomedes ab exercitu uenit uir
Non scio an nauibus speculator nostris,
An aliquem prædans cadauerum mortuorum.
Sed sinamus ipsum primum præterire campum
Paululum: postea autem ipsum ruentes capiemus
Statim. si autem nos præueniet pedibus,
Semper ipsum ad naues ab exercitu uerte
Lancea insequens ne ad ciuitatem fugiat.
Hæc loquentes extra uiam in mortuis
Declinati sunt. hic aūt celeriter prætercurrit stultitijs.
Sed quando iam aberat quantum mouimenta sunt
Mularum, hæ enim bobus meliores sunt
Trahere in terra profundo forte aratro.
Hi quidem accurrerunt. hic aūt stetit strepitum audiens,
Sperabat enim in animo auersos socios
Ex Troianis ire rursus Hectore concitante.
Sed quando iam aberant lanceæ actu uel & minus,
Cognouit uiros inimicos: celeriter autem genua mouit
Fugere. hi autem statim insequi ruerunt.
Sicut aūt quando curuos dētes habētes duo canes periti ue
Vel ceruam uel leporem urgent incessanter (natiōis
Locum in syluosum: hic autem procurrit curans,
Sic hunc Tydides & urbium populator Vlysses
Populo separantes impellebant incessanter semper.
Sed quando iam cito futurus erat misceri custodibus

Dolon in Vlyssem & Diomedem incidit.

Cōparatio canis uenatici

Fugiens in naues: tunc iam fortitudinē iniecit Minerua
Tydidæ, ut non aliquis Achiuorum bellicosorum
Præueniret iactans percutere. hic aūt secundus ueniret.
Lancea autem ruens allocutus est fortis Diomedes:
Vel mane, uel te lancea inueniam. ne te dico
Diu mea à manu fugere miseram mortem.
Dixit, & lanceam dimisit. uolens autem errauit à uiro.
Dexterum autem super humerum politæ lanceæ cuspis
In terra fixa erat. hic autem stetit timuitq;
Tremens: sonus autem per os factus est dentium
Nouus sub timore. hi autem anhelantes accesserunt:
Manibus & capiunt. hic lacrymans uerbum dixit:
Capeuium, & ego me soluam, est enim intra
Aesq;, aurumq; multiq; laboris ferrum.
Horum uobis donabit pater infinita dona,
Si me uiuum audiuerit in nauibus Achiuorum.
Hunc aūt respondens allocutus est prudens Vlysses,
Confide, neq; tibi mors in animo sit.
Sed age mihi hoc dic & uere narra.
Quo sic ad naues ab exercitu uenis solus
Noctem per obscuram, quando dormiunt mortales alij.
An aliqu em prædans mortuorum cadentium:
An te Hector præmisit speculari singula
Naues in concauas. an te ipsum animus persuasit?
Huic aūt respondit postea Dolon: sub aūt tremuit mēbra:
Multis me nocumentis præter spem duxit Hector,
Qui mihi Pelidæ illustris solungulos equos
Dare pollicitus est, & currus uarios ære.
Iussit autem me euntem uelocem per noctem nigram
Viros inimicos propè uenire, & audire:

Dolon capitur.

Dolon explorator accessurus ad Græcorum castra, ab Vlysse & Diomede intercipitur.

An custodiuntur naues ueloces sicut prius,
An iam manibus à nostris domiti
Fugam consultatis cum ipsis, neq; uultis
Noctem custodire labore confecti graui.
Hunc autem subridens allocutus est prudens Vlysses:
Certe tibi magna dona concupiuit animus
Equos Aeacidæ prudentis. hi autem impatientes
Viris mortalibus domari & uehi
Alij quàm Achilli quem immortalis peperit mater.
Sed age mihi hoc dic, & uerè narra:
Vbi nunc huc ueniēs reliquisti Hectora pastorē populorū?
Vbi & eius arma iacent bellicosa? ubi & eius equi?
Quomodo autem aliorum Troianorū custodiæq; & lecti?
Quæq; consultant inter se? an prompti sunt
Illic manere apud naues coràm? an ad ciuitatem
Retro redeunt postquam interfecerunt Achiuos.
Hunc autē rursus allocutus est Dolon Eumedis filius:
Certe enim ego tibi hæc ualde uera narrabo.
Hector quidem cum his quicunq; consultores sunt
Consilia consultat diuini apud sepulchrum Ili,
Seorsum à turba. custodias autem quas interrogas heros
Nulla diuisa custodit exercitum, neq; obseruat.
Quicunq; enim Troianorum ignis foci quibus necessitas
Hi uigilant, obseruareq; hortantur
Inter se: sed rursus longè uocati auxiliatores
Dormiunt. Troianis autem curæ tradunt obseruare.
Non enim eis filij propè sedent neq; mulieres.
Hunc autem respōdens allocutus est prudens Vlysses:
Quomodo? nunc Troianis misti bellicosis
Dormiunt? an seorsum? aperte dic mihi, ut intelligam:

Huic autem respondit postea Dolon Eumedis filius
Tibi enim ego & hæc ualde uere narrabo,
Apud quidē mare Cares & Pæones curuos arcus haben-
Et Leleges, & Caucones, diuiniq; Pelasgi, (tes,
Apud Thymbram aūt sortiti sunt Lycij Mysiq; superbi,
Et Phryges equitatores, & Meones galeati.
Sed cur me hæc disquiris singula?
Si.n.iam prompti estis Troianorū adire multitudinem?
Thraces (hi autem à longe nuper uenientes) ultimi aliorū.
Inter autem ipsos Rhesus rex filius Eionei.
Huius pulcherrimos equos uidi & magnos,
Albiores niue: currere autem uentis similes.
Currus autem ei auroq; & argento bene laboratus est.
Arma autem aurea magna mirabile uisu
Venit habens. hæc quidem non mortalibus conuenit
Viris portare, sed immortalibus deis.
Sed me nunc nauibus admouete uelocibus,
Aut me ligantes relinquite hic forti ligamine,
Vt ueniatis & tentetis me,
An secundum ueritatem dixi uobis, an & non.

Rhesus à Dolone proditur.

Hunc aūt torue aspiciēs allocutus est fortis Diomedes:
Ne iam mihi fugam Dolon inijce menti,
Bona quamuis nuncians, postq̄ uenisti manus in meas.
Siquidem enim te nunc absoluemus & dimittemus,
Certe & postea uenies ueloces in naues Achiuorum
Vel speculans uel contra pugnans:
Si autem meis à manibus domitus animum perdes,
Non amplius postea tu nocumētum aliquādo eris Argiuis
Dixit. & hic quidē ipsum erat futurus barba manu forti
Tangens precari, hic autem ceruicem mediā percussit

Dolonis mors.

Ense ruens, ambos autem incidit neruos:
Loquentis autem huius caput pulueribus mistum est.
Huius autem miluinam galeam à capite acceperunt,
Et lupinam, & arcus retro curuos, & lanceam longam.
Et hæc Mineruæ prædatrici diuinus Vlysses
In altum eleuauit manu, & precans uerbum dixit:
Gaude dea, his te enim primam in olympo
Omnium immortalium inuocabo. sed & rursus
Mitte in Thracum uirorum equosq; & lectos.
Sic dixit, & à se in altum eleuans
Posuit supra myricam. manifestum aũt signum fecit
Colligens calamos myricæq; uiridis ramos,
Ne lateret rursus euntem uelocem per noctem nigram.
Hi autem iuerunt ante per arma & nigrũ sanguinem.
Statim aũt in Thracum uirorum turmã uenerũt euntes:
Hi aũt dormiebant labore confecti. arma aũt ipsis (ornatũ
Pulchra apud ipsos in terra declinata erant bene secũdũ
Triplici ordine: apud autem ipsos unicuiq; bijugi equi.
Rhesus aũt in medio dormiebat; apud aũt ipsum ueloces
Ex parte currus ultima loris ligati erant. (equi.
Hunc autem Vlysses ante uidens Diomedi ostendit.
Hic Diomedes uir. hi & equi,
Quos nobis dixit Dolon quem interfecimus nos.
Sed age profer forte robur: neq; te oportet
Stare in uanum cum armis: sed solue equos,
Vel tu uiros interfice, erunt autem curæ mihi equi.
Sic dixit. huic aũt inspirauit robur cæsia Minerua,
Interficiebant aũt cõuersim, horũ aũt suspiriũ mouebatur
Ense uerberatorũ: rubebat aũt sanguine terra. (indecens
Sicut autem leo ouibus incustoditis contraiens

Comparatio leonis.

Capris uel pecudibus mala cogitans ruit.
Sic quidem Thraces uiros contra ibat Tydei filius,
Donec duodecim interfecit: sed prudens Vlysses
Quencunq; Tydides ense interficiebat astans,
Hunc Vlysses à tergo capiens pede extrahebat.
Hæc cogitans in animo ut pulchros crines habentes equi
Facile transirent, neq; tremerent animo
Mortuos supra euntes. desueti erant enim adhuc eorum.
Sed quando iam regem inuenit Tydei filius,
Rhesus occiditur & equi abducuntur.
Hunc tertium decimum dulci animo priuauit
Anhelantem: mortifer enim somnus capiti præsto fuit
Nocte Oenidæ filius per consilium Mineruæ.
Interea autem patiens Vlysses solungulos equos:
Cum autem eleuabat loris & ducebat multitudine
Arcu percutiens, quando non scuticam splendidam
Pulchro ex curru cogitauit manibus suscipere.
Sibilauit autem loquens Diomedi diuino.
Sed hic cogitauit manens quid fortè faceret,
An hic currum capiens ubi pulchra arma iacebant
Temone extrahere: an efferret in altum eleuans.
An adhuc multorum Thracum animum auferret.
Quousq; hic hæc mouebat in mente, interim aũt Minerua
Propè stans allocuta est Diomedem diuinum:
Reditum iam recordare magnanimi Tydei fili
Naues in concauas, & ne præteritus uenias:
Ne aliquis & Troianos suscitet deus alius.
Sic dixit. hic autem intellexit deæ uocem loquentis.
Statim autem equos ascendit. uerberat aũt Vlysses
Arcu, hi autem uolabant ueloces in naues Achiuorum.
Neq; cæcã exploratione argenteũ arcum habens Appollo.
Vt uidit

Vt uidit Mineruam cum Tydei filio sequentem,
Huic iratus Troianorum adiuit multam turbam:
Excitauit autem Thracum consultorem Hippocoonta,
Rhesi patruelem bonum: hic autem ex somno surgens
Postquam uidit locum desertum, ubi stabant ueloces equi,
Virosq; palpitantes in molestis cædibus,
Plorauit: postea amicumq; nominauit socium.
Troianorum aũt clangorq; & multus ortus est tumultus
Currentium simul: admirabantur autem crudelia facta,
Quot uiri facientes iuerunt concauas in naues. (cerũt,
Hi aũt qñ iã peruenerũt ubi speculatorẽ Hectoris interfe-
Tunc Vlysses quidẽ retinuit Ioui dilectus ueloces equos:
Tydides autem humum desiliens exuuias cruentas
In manibus Vlyssi posuit, insilijt autem equos,
Verberabat autem equos: hi autem non inuiti uolabant
Naues in concauas, illic enim dilectum fuit animo.
Nestor autem primus sonum audiuit, dixitq;:
O amici Argiuorum ductores & curatores,
Mentior, an uerum dico? inclinat autem me animus,
Equorum me uelocium circum sonitus auribus percutit:
Vtinam enim iam Vlyssesq;, & fortis Diomedes
Huc statim ex Troianis abegerint solungulos equos:
Sed ualde timui in mente nequid passi essent
Argiuorum hi optimi à Troianorum tumultu.
Nondum omne dictum est uerbum, quando uenerunt ipsi.
Et hi quidem descenderunt in terra, hi autem gaudentes
Dextris amplexi sunt uerbisq; suauibus.
Primus autem interrogauit honoratus equitator Nestor: Vlysses
Dic age mihi multũlaudate Vlysses magna gloria Achiuo Græcorum
Quõ hos equos accepistis exeuntes multitudinẽ, (rum, gloria.

Troianorum: an aliquis uobis præbuit deus obuians?
Valde radijs similes solis.
Semper quidem cum Troianis in prælio uersatus sum: neque dico
Manere apud naues senex quamuis existens bellator:
Sed nondum tales equos uidi, neque intellexi:
Sed aliquem uobis puto dedisse deum obuiantem:
Ambos. n. uos diligit nebularum congregator Iupiter,
Filiaque Aegiochi Iouis glaucos oculos habens Minerua.
Hunc autem respondens allocutus est prudens Vlysses:
O Nestor Neleïde magna gloria Achiuorum:
Facile deus uolens & meliores quàm hi
Equos daret, quoniam multo potentiores sunt.
Equi autem hi senex nuper aduenientes quos interrogas,
Threicij: ipsis autem dominum bonus Diomedes
Interfecit, apud autem socios duodecim omnes optimos,
Hunc tertiumdecimum speculatorem, interfecimus propè naues:
Quem speculatorem exercitus esse nostri,
Hectorque præmisit & alij Troiani illustres.
Sic dicens uallum per egit solungulos equos
Cachinnans, simul autem alij ibant gaudentes Achiui.
Hi autem quando Tydidæ tentorium insigne aduenerunt,
Equos quidem ligauerunt decoris capistris
Præsepio in equino, ubi Diomedis equi
Stabant ueloces electum panem edentes.
Nauis autem in puppim exuuias cruentas Dolonis
Posuit, ut sacrificium præpararet Mineruæ.
Ipsi autem sudorem multum abluerunt mare
Intrantes, tibiasque & collum circumque crura.
Sed postquam ipsis unda maris sudorem multum
Lauit à corpore, & refrigeratum est dilectum cor,

In balnea euntes bene fabricata loti sunt.
Hi autem loti & uncti pingui oleo,
Ad coenam iuerunt. ab autem cratera Mineruæ
Plena exhaurientes libauerunt optimum uinum.

ARGVMENTVM A. HOMERI COMPOSITIONIS.

AGamemnon ipseq́; armatus & alios armãs Græcos educit in prælium. Hector autem Ioue iubente secedit à pugna: interim Agamemnõ in nauali saluatur. Post hæc Vlysses circũdantibus ipsum Troianis expellit ipsos, Aiace & Menelao auxiliantibus ipsi. Vulnerantur quidem Gręcorum optimi: Agamemnon quidem à Coone, Vlysses à Soco. ab autem Alexandro sagittãtur Diomedes & Eurypylus, & Machaon: quem redeuntem cũ Nestore videns Achilles, mittit Patroclum ad discendum quis esset vulneratus. hic autem abiens & discens Machaona esse, à Nestore exhortabatur vel Achillem persuadere pugnare cum Græcis, vel ipse accipiens amaturam Achillis exire in pugnam. Rediens autem cũ incidisset in Eurypylum, portans ad naues curat.

ILIADIS Λ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Lambda autem, optimates Græcorum uulnerauerunt Hectoris uiri.

Peruicacia, id est Eris dea, ad castra græcorum mittit.



Vrora aũt ex lectis splendidi Tithonis
Surrexit, ut immortalibus lumẽ ferret,
& mortalibus:
Iupiter autem Litem præmisit ueloces
in naues Achiuorum
Difficilẽ, belli signũ in manibus tenẽtẽ.
Stetit autem in Vlyssis magna naue nigra,
Quæ in medio erat audiri utrinq;,
Et in Aiacis tentorio Telamonidæ,
Et in Achillis: hi autẽ in extremas partes naues æquales
Traxerant uirilitate confisi, & robore manuum.
Tunc stans clamauit dea ualdeq; grauiterq;,
Rectã Achiuis: magnã aũt fortitudinem iniecit unicuiq;
Corde, incessantem bellare & pugnare.
His autem statim bellum dulcius fuit, quàm redire
In nauibus concauis dilectam in patriam terram.

Agamemnonis apparatus ad bellũ.

Atrides autem clamauit, & armari iussit
Argiuos: ipse autem indutus est splendidum æs:
Tibialia quidem primum circa tibias posuit
Pulchra argenteis fibulis coniuncta:
Secundo rursus, thoracem circa pectora induit,
Quem aliquando ei Cinyres dedit donum esse.

Cinyres rex Cypri.

Audiebat.n. usq; in Cypro magna gloria: quoniam Achiui
Ad Troiam nauibus innauigare debebant.
Ideo ei hunc dedit gratificans regi.

Huius quidem decem uiæ erant nigri metalli,
Duodecim autem auri,& uiginti stanni:
Cœrulei & dracones extensi erant ad collum:
Tres alunde iribus similes,quas Saturnius
In nube firmauit miraculum mortalibus hominibus.
Circa autem humeros posuit ensem:ei autem claui
Aurei splendebant,sed circa uaginam erat
Argenteus aureis loris coniunctus.
Accepit autem magnum uarium scutum impetuosum
Pulchrum,quod circa quidem circuli decem ærei erant.
Ei autem umbilici erant uiginti stanni
Albi:in autem medijs erat nigri metalli.
Huic autem quidem Gorgo terribilis coronata erat
Terribiliter aspiciens;circa autem terrorq; timorq;:
Huic autem argenteum lorum erat: sed in ipso
Cœruleus uertebatur draco:capita autem ei erant
Tria coronata,unius ceruicis nata.
Capiti aũt cuneatam galeam imposuit quadruplicicrista
Equinam,grauiter autem crista desuper annuebat.
Accepit autem fortes lanceas duas armatas ære
Acutas,longe autem æs ab ipsis cœlum intra
Splendebat,sonuerunt autem Mineruaq; & Iuno
Honorantes regem,multiauri Mycenes.
Aurigæ quidem postea suo præcipit unusquisq;
Equos bene secundum ornatum tenere illic ante fossam.
Ipsi autem pedites cum armis armati
Ruebant:inextinguibilis autem uox fiebat auroram ante.
Peruenerunt equites in uallum armati,
Equites autem parum transierant:sed tumultum
Concitauit malum Saturnius:ab alto demisit rores,

Sanguine madefactas ex æthere: quoniam debebant
Multa fortia capita inferno præmittere.
Troiani autẽ rursus ex altera parte in tumulo campi,
Hectoraq́; circa magnum & eximium Polydamanta,
Aeneamq́;, qui à Troianis deus tanq̃ honorabatur in populo:
Tresq́; Antenoridas, Polybum, & Agenora diuinum,
Cœlibemq́; Acamanta similem immortalibus.
Hector autem in primis portabat scutum undiq; æquale.
Qualis autem ex nebulis apparet perniciosa stella
Splendẽs, quãdo aũt rursus ingreditur nebulã umbrosam:
Sic Hector aliquando quidem cum primis apparebat,
Aliquando autem in ultimis iubens. totus autem ære
Splendebat tanquam fulgur patris Iouis Aegiochi.
Hi autem sicut messores contrarij inter se
Ordinem impellunt uiri beati in aruo
Triticorum uel hordeorũ, manipuli aũt frequẽtes cadũt:
Sic Troiani & Achiui inter se ruentes
Bellabant, neq; alteri recordabantur perniciosi timoris.
Aequalia aũt in pugna capita habebant. hi aũt lupi tanquã
Currebant. Eris aũt gaudebat multa suspiria faciens, inspiciens:
Sola enim deorum aderat pugnantibus.
Alij autem non ipsis aderant dei, sed taciti
Suis in domibus sedebant, ubi unicuiq;
Domus pulchræ fabricatæ erant in summitatibus olympi.
Omnes aũt reprehendebãt nigras nubes habentẽ Saturniũ,
Quoniam Troianis uolebat gloriam dare.
Hos quidem non curabat pater. hic autem seorsum diuisus
Ab alijs longe sedebat gloria gaudens,
Inspiciens Troianorumq́; ciuitatem & naues Achiuorum,
Aerisq́; splendorem perdentesq́;, perditosq́;.

Comparatio messorũ. Pugna initur inter Troianos & Græcos.

Quandiu quidem aurora erat & crescebat almus dies,
Tandiu ualde amborũ tela tãgebant:cadebat aũt populus.
Quando aũt quercusincisor uir præparat cœnam
Montis in radicibus,postea saciauit manus
Incidẽs arbores magnas: satietasq; ipsum accepit animũ,
Cibumq; dulcem circa mentes desiderium capit.
Tunc sua uirtute Danai rumpebant phalanges,
Iubentes socijs in ordinibus.extra autem Agamemnon
Primus ruit.interfecit aũt uirũ Bienora pastorẽ populorũ
Ipsum:postea autem socium Oïlea percussorem equorum.
Certe hic ex equis saltans contrarius stetit.
Hunc autem recta promptum in fronte acuta lancea
Percussit:neq; corona lanceam ipsius tenuit ære grauis
Sed per ipsam uenit & os:cerebrum autem
Intus totum sparsum est: interfecit autem ipsum promptũ.
Et hos quidem reliquit illic rex uirorum Agamemnon
Pectoribus radiantes postquam spoliauit uestes.
Sed hic iuit Isumq; & Antiphum interficiens,
Filios duos Priami,nothum & legitimum ambos
In uno curru existentes. hic quidem nothus aurigabatur,
Antiphus rursus socius erat inclytus: quos quõdã Achilles
Idæ in radicibus ligauit teneris uiminibus,
Pascentes,in ouibus accipiens,& soluit donis.
Iam tunc Atrides late dominans Agamemnon
Hunc quidem super papillã iuxta pectus percussit lancea:
Antiphum aũt iuxta aurẽ percussit ense,ex aũt iecit equis.
Festinans autem ab his prædatus est arma pulchra
Cognoscens:etenim ipsos antea apud naues ueloces
Vidit:quando ex Ida duxit pedes uelox Achilles.
Sicut autem leo ceruæ uelocis infantes filios

Agamẽnon plures occidit.

Comparatio ceruæ.

Facile scidit, accipiens fortibus dentibus
Veniens in cubile, tenerumq́; ipsis cor abstulit:
Hæc autem si interfuit ualde propè non potest ipsis
Auxiliari: ea enim ipsam sub tremor grauis intrauit.
Statim autem ruit per quercus densas & syluam
Festinans, sudans fortis feræ ab impetu:
Sic his nullus potuit auxiliari mortem
Troianorum, sed & ipsi sub Argiuos fugiebant.
Sed hic Pisandrumq́; & Hippolochum bellicosum
Filios Antimachi prudentis (qui maxime
Aurum Alexandri suscipiens splendida dona,
Non permisit Helenam dare flauo Menelao.)
Huius duos filios interfecit rex Agamemnon,
In uno curru existentes: simul aũt habebãt ueloces equos.
Ex enim ipsorum manibus fugerant habenæ splendidæ.
Hi autem turbati sunt. hic autem contra ruit leo tanquam
Atrides. hi autem rursus ex curru supplicabant:
Viuos cape, Atrei fili: tu autem digna suscipias dona:
Multæ autem in diuitis patris opes iacent,
Aesq́;, aurumq́;, multiq́; laboris ferrum.
Harum tibi donabit pater infinita dona,
Si nos uiuos audiuerit in nauibus Græcorum.
Sic hi flentes allocuti sunt regem
Mitibus uerbis: immitem autem uocem audiuerunt:
Siquidem iam Antimachi prudentis filij estis,
Qui aliquando in Troianorum concione Menelaũ iussit
Nuncium uenientem cum diuino Vlysse
Illic interficere, neq́; dimittere retro in Achiuos:
Nunc quidem iam patris indecentem soluite contumeliã.
Dixit, & Pisandrum quidem ab equis deiecit humum,

Lācea p̄cutiēs ad pectus.hic aūt supin⁹ in terra firmat⁹ ē.
Hippolochus autem desilijt.hunc rursus humi interfecit,
Manus ense abscindens,& ceruicem abscindens.
Mortarium autem tanquam impulit uolui per turmam.
Hos quidē dimisit:hic aūt,ubi plurimæ turbabant phalan-
Illuc ruit,simul & alij fortissimi Achiui. (ges
Pedites quidem,pedites perdebant,fugientes necessitate:
Equites autem equites,(sub autem ipsis mouebatur puluis
Ex campo,quem concitauerant resonantes pedes equorū)
Aere interfectos.sed rex Agamemnon
Semper interficiens sequebatur Argiuis iubens.
Sicut autē quando ignis nociuus in lignosa incidit sylua,
Vndiq; uoluens uentus fert,arbuscula autem
Cum radicibus cadunt,impulsa ignis impetu:
Sic ab Atride Agamemnone cadebant capita
Troianorum fugientium:multi aūt fortiumceruiciū equi,
Vacuos currus streperefaciebant per belli transitus,
Aurigas desiderantes eximios:hi autem in terra
Iacebant,uulturibus meliores quàm uxoribus.
Hectora autem ex telis subduxit Iupiter,exq́; puluere,
Exq́; cæde,exq́; sanguine,exq́; tumultu.
Atrides autem sequebatur terribiliter Danais iubens.
Hi autem apud Ili sepulchrum Dardanidæ,
Medio in campo apud ficum ruerunt,
Cupidi ciuitatis:hic uocans sequebatur
Atrides,sanguine autem fœdauit manus intangibiles.
Sed quando iam Scæasq́; portas & fagum uenerunt,
Tunc iam steterunt,& inter se expectabant.
Hi autem adhuc in medio campo timebant boues tanquā,
Quas leo terruit ueniens in noctis medio

Omnes: sed uni apparuit pernitiosa mors.
Huius autem ceruicem fregit accipiens fortibus dentibus
Primum, postea aũt sanguinẽ & uiscera omnia deuorat:
Sic hos Atrides insequebatur rex Agamemnon,
Semper interficiens ultimum, hi autem fugiebant.
Multi autem proniq; & supini excidebant equis
Atridæ à manibus: circum ante enim lancea currebat.
Sed quando iam cito debebat sub ciuitatem altumq; murũ
Ire, tunc iam pater uirorumq; deorumq;
Idæ in cacuminibus resedit fontosæ,
Ex cœlo descendens: tenebat autem fulgur in manibus.
Irim autẽ concitauit aureas pennas habentem nunciaturã.
Vade age Iris uelox: hoc Hectori uerbum dic,
Quandiu uidet Agamemnona pastorem populorum
Ruentem in primis pugnis interficientem acies uirorum,
Tandiu recedat, alium autem populum iubeat
Pugnare inimicis in forti pugna:
Sed postquam uel lancea uerberatus uel percussus sagitta,
In equos saltat, tunc ei robur præbebo
Interficere, donec naues bene tabulatas adueniat,
Occidatq; sol & in tenebram sacram eat.
Sic dixit, nec non persuasa est pedibus aëreis uelox Iris.
Iuit autem ab Idæis montibus in Troiam sacram:
Inuenit filium Priami prudentis Hectora diuinum
Stantem in equis & curribus coniunctis:
Prope autem stans allocuta est pedibus uelox Iris:
Hector fili Priami Ioui consilio similis,
Iupiter me pater misit tibi dicere,
Quandiu uidens Agamemnona pastorem populorum
Ruentem in primis pugnis interficientem acies uirorum,

Tandiu recede à pugna, alium autem populum iube
Pugnare inimicis in forti pugna.
Sed postquam uel lancea uerberatus uel percussus sagitta
In equis saltat, tunc tibi robur præbebit
Interficere, donec naues benetabulatas adeas,
Occidatq́; sol & in tenebram sacram eat.
Hæc quidem sic dicens abiuit pedibus uelox Iris.
Hector autem ex curribus cum armis saltauit humum.
Vibrans autem acutas lanceas in exercitum iuit undiq;
Incitans pugnare, suscitauit autem pugnam grauem.
Hi autem uersi sunt, & contrarij stabant Achiuis.
Argiui autem ex altera parte fortificauerunt phalanges:
Parata est aũt pugna, stabãt aũt contrarij: sed Agamẽnon
Primus ruit, uoluit aũt maxime primo pugnare omnium.
Dicite nunc mihi Musæ cœlestes domos habentes,
Quis iam primus Agamemnoni contrarius iuit,
Vel ipsorum Troianorum, uel inclytorum auxiliatorum:
Iphidamas Antenorides bonusq́; magnusq́;,
Qui nutritus est in Thracia fertili matre ouium:
Cisseus hunc nutriuit domibus in paruulum existentem
Auusmaternus, qui peperit Theanã pulchrasgenashabẽtẽ
Sed postquã pubertatis gloriosæ peruenit ad mensuram,
Illic quidem detinuit, dedit autem hic filiam suam:
Nuptus autem, ex thalamo post gloriam uenit Achiuorum
Cum duodecim nauibus rostratis, quæ ipsum secutæ sunt.
Has quidem postea in Percope reliquit naues æquales,
Sed hic pedester iens ad Troiam uenit.
Hic tunc Atridæ Agamemnoni obuius uenit.
Hi autem tunc iam propè erant adinuicem uenientes,
Atrides quidem errauit: præter spem eius uersa est lancea:

Iphidamas autem in zona, thoracem subter
Percussit: in aũt ipse firmatus est graui manu confidens:
Neq; transiuit balteum pulchrum, sed multo prius
Argento obuians, plumbum tanquam uersus est cuspis:
Et hanc manum accipiens late dominans Agamemnon,
Traxit in ipsum promptus tanquam leo: ex autem manu
Euulsit, hũc aũt ense percussit ceruice, soluit aũt membra.
Sic hic quidem illic cadens, dormiuit æreum somnum,
Miserabilis, longe à desponsata uxore ciuibus auxilians
Puellæ, cuius nullam gratiam cognouit: multa autẽ dedit.
Primum centum boues dedit, postea autem mille promisit
Capras, simul & oues, quæ ei multa pascebantur.
Iam tunc Atrides Agamemnon interfecit.
Iuit autem portans ad turmã Achiuorum arma pulchra.
Hunc autem postquam igitur Coon gloriosus uirorum,
Primogenitus Antenorides fortis, ipsum dolor
Oculis cooperuit fratris cadentis:
Stetit aũt ex obliquo cũ lãcea, latẽs Agamemnona diuinũ.
Percussit autem ipsum in manu media, cubitum infra.
Contra autem exiuit splendidæ lanceæ cuspis.
Timuit autem postea rex uirorum Agamemnon,
Sed neq; sic cessauit à pugna & bello,
Sed irruit Cooni habens fortem lanceam:
Certe hic Iphidamanta fratrem & auum,
Trahebat pede promptus, & clamabat omnes optimos.
Hunc aũt trahentẽ ad multitudinẽ, sub scuto umbiculoso
Vulnerauit lancea ærea, soluit autem membra.
Huius autem in Iphidamante caput abscidit astans
Illic Antenoris filij ab Atride rege
Mortem complentes, iuerunt domum inferni intra.

Agamemnõ Iphidamanta occidit.

Sed hic aliorum inuersus est acies uirorum,
Lanceáq;,enseq;,magnisq; saxis:
Quandiu ei sanguis adhuc calidus exiuit ex uulnere.
Sed postq̃ hoc quidẽ uulnus siccatũ est, cessauitq; sanguis,
Acuti autem dolores adiuerunt fortitudinem Atridæ:
Sicut autem quando dolentem habet telum acutũ mulierẽ
Acute,hoc autem præmittunt laborem facientes Ilithyæ
Iunonis filiæ amaros dolores habentes:
Sic acuti dolores adiuerunt fortitudinem Atridæ.
In currum autem ruit,& aurigæ præcepit
Nauibus in concauis ducere:tristatus est enim cor.
Clamauit autem ualde Danais iens:
O amici Argiuorum,principes & primores,
Vos quidem nunc naui expellite ponto transeuntibus
Pugnam molestam:quoniam non me consiliarius Iupiter
Permisit Troianis toto die pugnare.
Sic dixit.auriga aũt uerberauit pulchrorũ criniũ equos, Agamemnõ saucius è pugna excedit.
Naues in concauas:hi autem non inuiti uolauerunt,
Spumabãt aũt pectora, spargebantur autẽ subter puluere
Consumptum regem à pugna seorsum portantes.
Hector aũt, postq̃ intellexit Agamẽnona seorsum euntem,
Troianisq; & Lycijs iussit,longe clamans:
Troiani,& Lycij,& Dardani bellicosi,
Viri este amici, recordamini autem strenuæ fortitudinis.
Iuit autẽ uir optimus, mihi autem magnam gloriam dedit
Iupiter Saturnides:sed rectà impellite solungulos equos
In fortissimos Danaos,ubi magnam gloriam accipietis.
Sic dicens,concitauit robur & animum uniuscuiusq;.
Sicut autem quando aliquis uenator canes alborum dentiũ
Instigat in syluestri porco,capro,uel leoni:

Sic contra Achiuos instigauit Troianos magnanimos
Hector Priamides homicidæ æqualis Marti.
Ipse autem inter primos ualde cogitans iuit.
Incidit pugnæ supra fluenti æqualis turbini,
Qui desiliens nigrum pontum commouet.
Tunc quem primum, quem ultimum interfecit
Hector Priamides, quando ei Iupiter gloriam dedit?
Assæum quidem primum & Autonoum & Opitem,
Et Dolopen, Clytidem, & Opheltium, & Agelaum,
Aesymnumq;, Orumq;, & Hipponoum bellicosum.
Hos hic principes Danaorum interfecit: sed postea
Multitudinem, sicut quando zephyrus nebulas commouet
Procellosi Noti profundo turbine uerberans,
Multa aũt uolubiliter unda mouetur, in altum autẽ spuma
Spargitur ex uenti multum errantis flatu:
Sic multa capita ab Hectore domata sunt populorum.
Tunc pestis erat, & crudelia opera fiebant:
Et in nauibus cecidissent fugientes Achiui,
Nisi Tydidæ Diomedi iussisset Vlysses:
Tydide quid passi obliti sumus strenuæ uirtutis?
Sed age, hic amice apud me sta: iam enim ignominia
Erit si naues accipiet galeatus Hector.
Hunc autem respondens allocutus est fortis Diomedes:
Certe ego manebo & tolerabo: sed paululum
Nostrum erit lætitia, quoniã nebularũ cõgregator Iupiter
Troianis iam uult dare potentiam quàm nobis.
Dixit, & Thymbræum quidem ab equis deiecit humum
Lancea percutiens in papilla sinistra: sed Vlysses
Diuinum famulum Moliona huius regis.
Hos quidem postea dimisit, quoniam à bello cessauerant.

Hector quos interemit.

Hi aũt in multitudinẽ euntes turbabant, sicut quãdo capri
In canibus uenaticis ualde scientes incidunt:
Sic interficiebant Troianos iterum ruentes: sed Achiui
Libenter fugientes respirabant Hectora diuinum.
Tunc acceperunt currumq; & uiros populi optimos
Filios duos uiri Percosii, qui supra omnes
Sciebat uaticinia, neq; suos filios sinebat
Ire in bellum corruptiuum uirorum: hi autem ei non
Obediuerunt: Parcæ enim ducebant nigræ mortis.
Hos quidem Tydides lancea inclytus Diomedes
Animo & anima priuans, inclyta arma abstulit:
Hippodamum autem Vlysses & Hypirochum interfecit:
Tunc eis æqualiter pugnam extendit Saturnius,
Ex Ida deorsum aspiciens: hi autem inter se interficiebant.
Certe Tydei filius Agastrophum uulnerauit lancea
Pæonidem heroem in coxa, non enim ei equi
Prope erant fugere: læsus est autem ualde animo.
Hos quidem .n. famulus longe habebat: sed hic pedestris
Ruebat per primos pugnatores, quousq; dilectã perdidit
Hector aũt cito intelligẽs in turmis, irruit in ipsos (aiam.
Resonans: simul aũt Troianorum sequebãtur phalanges.
Hunc autem uidens timuit uocem bonus Diomedes,
Statim autem Vlyssem allocutus est prope existentem:
Nobis autem hoc nocumentum uoluit fortis Hector:
Sed age iam stemus, & iuuemus manentes:
Certe & uibrans præmittit longam lanceam,
Et percussit (neq; errauit obseruans) in capite
Extremam iuxta galeam: errauit autem ab ære æs
Neq; iuit ad corpus pulchrum: liberauit enim galea
Triplex acuta, quam ei præbuit Phœbus Apollo.

Hector aũt cito cucurrit, mistusq; est in multitudine:
Stetit aũt genuflexo cadens, & firmatus est manu forti
Humi circum autem populos nigra nox cooperuit.
Quandiu autem Tydides ad lanceæ iuit impetum
Longe inter propugnatores, ubi eius iacebat in terra:
Tandiu Hector resipuit, & iterum in currum ruens,
Duxit ad multitudinem, & euitauit mortem nigram.
Lancea autem ruens allocutus est fortis Diomedes:

Diomedes Hectori attonito insultat.

Nunc effugisti mortem canis: certe tibi propè
Venit malum: nunc te liberauit Phœbus Apollo,
Cui debes precari iens in sonitum iaculorum.
Certe te expediam, & posterius obuians,
Sicubi aliquis & mihi deorum adiutor est:
Nunc rursus alios persequar quencunq; inueniam.
Dixit, & Pæonidem lancea inclytum spoliauit.
Sed Alexander Helenæ maritus pulchros crines habentis
Tydide arcus intendit pastori populorum,
In columna inclinatus uiri dormitorio in sepulchro
Ili Dardanidæ, antiqui in populo senis.
Certe hic quidem thoracem Agastrophi fortissimi
Abscidit à pectoribus pulchrum, parmamq;, ab humeris,
Et galeam fortem, hic autem arcus ulnam retraxit,
Et percussit (neq; ipsum uana sagitta effugit manu)
Plantam dextri pedis: totaliter autem sagitta
In terra fixa est: hic autem ualde suauiter ridens
Ex insidijs saltauit, & gloriabundus uerbum dixit:

Paris Diomedem ex insidijs uulnerat.

Percussus es, neq; uanũ telũ effugit: utinã debuissem tibi
Vltimum in uentrem percutiens animam abstulisse.
Sic & Troiani quieuissent à malo,
Qui te timent leonem tanquam mugientes capræ.

Hunc autem non timens allocutus est fortis Diomedes:
Sagittarie nociue, capitis splendide proce,
Siquidem iam contra cum armis tentabis,
Non te iuuabit arcus & multæ sagittæ.
Nunc aũt me suprar adẽs plantã pedis gloriaris inaniter:
Nõ curo, tanq̃ si me mulier percussisset, uel puer insciens:
Insensibile enim telum uiri impotentis nulliusualoris:
Certe aliter à me, & si paululum tanget,
Acutum telum est, & mortalem statim faciet:
Hunc autem uxoris quidem circa laceratæ erunt genæ.
Pueri autem orphani. hic aũt sanguine terram rubefaciẽs,
Putrescet. aues autem plures quàm mulieres.
Sic dixit. hunc aũt Vlysses lanceainclytus propè ueniẽs
Stetit ante. hic autem à tergo sedens telum acutum
Ex pede traxit. dolor autem per corpus uenit molestus.
In currum autem ascendit, & aurigæ iussit
Nauibus in concauis dirigere cursum. dolebat autem cor.
Solus erat autẽ Vlysses lanceainclytus, neq; aliquis ipsum
Argiuorum apud manebat, quoniam timor accepit omnes.
Dolens autem dixit ad suum magnum animum:
Hei mihi quid patior, ualde enim malum si fugiam
Multitudinem timens. hoc autem molestum, si captus ero
Solus, alios autem Danaos terruit Saturnius.
Sed quid mihi dilectus consultat animus:
Scio enim quòd mali quidem recedunt à pugna.
Quicunq; autem optimeagit pugna in, hunc ualde opus est
Stare fortiter, uel feriatur, uel feriat alium.
Dum hic hæc uersat in mente & in animo,
Interim ad Troianos cohortes ueniebant clipeatos:
Impellebãt, aũt in medijs inter ipsos nocumentũ ponentes.

Diomedes à Paride uulneratus pugna excedit.

Vlyssis in pugna uirtus.

Sicut aūt quando aprū circa canes pubescentesq́; iuuenes
Ruunt, hic autem uenit profundo ex saltu
Acuens album dentem cum circumflexis maxillis,
Circa autem ruunt, sub autem stridor dentium
Fit, hi autem manent cito grauiter existentem:
Sic tunc circa Vlyssem Ioui dilectum ruunt
Troiani, hic autem primum quidem eximium Deiopitem
Vulnerauit humerum super saltans acuta lancea.
Sed postea Thoonem & Ennomum interfecit:
Chersimanta autem postea in equos ruentem
Lancea in umbilicum sub scuto umboso
Percussit. hic aūt in puluetibus cadēs tetigit terrā cubito.
Hos quidē reliquit hic aūt Hippasidē Charopē uulnerauit
Fratrem generosi Soci. (lancea
Huic autem auxiliaturus Socus iuit diuinus uir,
Stetit aūt ualde prope iens, & ipsum uerbū allocutus est:
O Vlysses clarissime insidiarum rursusq́; & laboris,
Hodie uel duobus gloriaberis Hippasidis
Tales uiros interficiens, & arma auferens,
Vel mea à lancea uerberatus animum perdes.
Sic dicens, uulnerauit scutum undiq; æquale.
Per quidem scutum transiuit splendidum fortis lancea,
Et per thoracem pulchrum firmata est,
Omnem autem à lateribus cutem separauit, neq; siuit
Pallas Minerua misceri uisceribus uiri.
Cognouit autem Vlysses, quòd ei non telum letale uenit,
Retro cedens Socum uerbum allocutus est:
O miser, certe ualde iam te inuenit grauis mors.
Certe quidem me remouisti contra Troianos pugnare,
Tibi autem ego hic dico cædem & mortem nigram,

Die hoc fore mea autem à lancea interfectum
Gloriã mihi dare, animã aũt inferno inclytosequos habẽti.
Dixit, & hic quidem ad fugam retrouersus abiuit:
Huic autem uerso dorso in iaculum confixit,
Humerorum in medio, per autem pectora transiuit.
Sonuit autem cadens, hic autẽ gloriatus est diuus Vlysses.
O Soce Hippasi fili prudentis equidomitoris,
Cepit te finis mortis inueniens, neq; aufugisti:
O miser non quidem tibi pater & honoranda mater
Oculos claudent morienti, sed aues
Crudacomedentes trahent circũ pennas densas iacientes.
Sed postq̃ ego mortuus fuero, sepelient me diuini Achiui.
Sic dicens Soci prudentis impetuosam lanceam
Extráq; corpus traxit & scutum umbosum.
Sanguis aũt ei euulsa profluebat, dolebat autem animo.
Troiani aũt magnanimi postq̃ uiderunt sanguinẽ Vlyssis,
Cohortantes in multitudinem contra ipsum oẽs iuerunt.
Sed hic retro cedebat, uocabat autem socios.
Ter quidem postea uocauit quantum caput capiebat uiri,
Teráq; audiuit clamantem bellicosum Menelaum.
Statim autem Aiacem allocutus est propè existentem:
Aiax diuine Telamonie princeps populorum,
Circa me Vlyssis prudentis uenit uox,
Huic similis, tanquam si ipsum uiolarent solum existentem
Troiani diuidentes in forti pugna.
Sed eamus in multitudinem, iuuare enim melius:
Timeo nequid passus sit in Troianis solus,
Bonus existẽs, magnũ autem desideriũ Danais fiet. (uir.
Sic dicẽs, hic q̃dẽ præibat, hic aũt simul sequebatũ diuin⁹
Inuenerunt postea Vlyssem Ioui dilectũ: circum aũt ipsum

Troiani sequebantur: sicut crudi lynces in montibus
Circa ceruum cornutũ percussum existentẽ percussit uir
Sagitta à corda, hunc quidem fugit pedibus
Fugiens, donec sanguis calidus & genua mouentur:
Sed postquam hunc domuit uelox sagitta,
Cruda comedentes ipsum lynces in montibus laniant
In nemore umbroso: leonem autem induxit fortuna
Nociuum, lynces quidem fugiunt, sed hic deuorat:
Sic tunc circa Vlyssem prudentem consultorem
Troiani sequebantur multiq; & fortissimi: sed hic heros
Ruens sua lancea, expellebat sæuum diem.
Aiax autem propè uenit ferens scutum uelut turrim:
Stetit autem apud, Troiani autem fugerunt aliò alius.
Certe hunc Menelaus bellicosus eduxit multitudine
Manu tenens, donec famulus propè duxit equos.
Aiax autem Troianos contra saltans interfecit Doriclũ
Priamidem nothũ filiũ, postea aũt Pandocũ uulnerauit.
Vulnerauit & Lysandrum & Pyrasum & Pylartem.
Sicut autem quando plenus fluuius in campum descendit
Torrentes à montibus præbens Iouis hymbre,
Multas autem quercus aridas, multas autem & pinus
Infert, multam & frondem in mare iacit:
Sic insequebatur turbans in campum illustris Aiax
Interficiens equosq; & uiros: neq; dũm Hector
Audierat, quoniam pugnæ in sinistra pugnabat omnis.
Ripas apud fluuij Scamandri, qua maxime
Virorũ cadebãt capita, uox aũt inextinguibilis mouebatur
Nestoraq; circa magnum, & bellicosum Idomeneum:
Hector quidem inter ipsos uersabatur magna faciens,
Lanceaq; equitatuq;, iuuenũ aũt populabatur phalanges.

Vlysses è pugna uulneratus excedit.

Comparatio amnis.

Neq; dum recessissent à uia diuini Achiui,
Nisi Alexander Helenæ maritus benecomatæ
Cessare fecisset optimum Machaonem pastorē populorū
Sagitta trisulci percutiens in dextero humero.
Hunc circa timuerunt fortitudinem spirantes Achiui,
Ne aliquo modo ipsum bello declinato interficerent.
Statim autem Idomeneus allocutus est Nestora diuinum:
O Nestor Neleïde magna gloria Achiuorum.
Age tuos currus inscende, apud autem Machaon
Ascēdat, in naues aūt uelocissime impelle solūgulos equos.
Medicus enim uir multis pro dignus alijs, (re.
Sagittasq; præcidere inq; minigabilia medicamenta sparge
Sic dixit. neq; nō psuasus ē honoratus eqtator Nestor.
Statim autem suos currus ascendit, apud autem Machaon
Ascendit Asclepij filius eximij medici.
Verberauit autem equos. hi autem non inuiti uolabant
Naues in concauas, eò enim dilectum erat animo.
Cebriones autem Troianos turbatos cognouit,
Hectora apud iens, & ipsum uerbum allocutus est:
Hector nos quidem hic uersamur cum Danais
In extremitate belli malesonantis, sed iam alij
Troiani tumultuantur mixtim equiq; & ipsi.
Aiax aūt tumultuat Telamonius: bene aūt ipsum cognoui.
Spatiosum enim circa humeros gerit scutum. sed & nos
Illuc equosq; & currum dirigamus, ubi maxime
Equestres pedestresq; malam contentionem anteponentes
Inter se interficiunt. uox autem inextinguibilis mota est.
Sic dicens, uerberauit pulchroscrimeshabentes equos
Flagello sonanti: hi autem percussionem audientes,
Celeriter ferrebāt uelocē currū ad Troianos & Achiuos.

Medicus multis alijs pollet.

Machaon è pugna digreditur saucius.

Calcantes mortuosq; & scuta. sanguine autem axis
Subter totus perfusus est, & ambitus qui circa sellam,
Quos ab equinis ungulis guttæ perfundebant,
Quiq; à cantho hic autem pergebat ingredi multitudinem
Virilem, perrumpereq; saltans: in autem tumultum
Misit malum Danais, parum autem cessauit lancea.
Sed hic alios contra uersus est cateruas uirorum,
Lanceaq;, enseq; magnisq; saxis.
Aiacis autem compescuit pugnam Telamonidæ.

Aiax ob Hectoris interuentũ in fugam uertit.

Iupiter aũt pater Aiacem altesedens in timorẽ concitauit,
Stetit aũt stupefact⁹. post tergũ aũt reiecit scutũ septẽpelli
Timuit ãt aspiciẽs ĩ multitudine feræ similis (ũbouinarũ.
Retro uersus, paulum genu cum genu mutans.
Sicut autem fortem leonem boum à mediamandria
Expellunt canesq; & uiri agrestes,
Hiq; ipsum non sinunt boum pinguedinem accipere
Totanocte uigilantes: hic autem carnium cupidus
Ruit, sed nihil facit, frequentia enim iacula
Obuium expellunt fortibus à manibus
Incensæq; faces, hasq; timet uiolentus quamuis,
Mane autem à longe discedit tristis animo:
Sic Aiax tum à Troianis dolens cor,
Iuit multum inuitus: de enim timebat nauibus Achiuorum.

Comparatio asini.

Sicut autem quãdo asinus in aruum iens uiolatur à pueris
Segnis, quẽ iam multi circum baculi utrinq; infringunt,
Tondetq; ingressus profundum pratum: hi autem pueri
Vulnerant baculis ut puerili ipsorum,
Vixq; expellunt postquam saturatus est pabulo:
Sic tunc postea Aiacem magnum Telamonium filium
Troiani magnanimi longeq; uocati auxiliares

Percutientes iaculis magnũ ſcutum ſemper ſequebantur.
Aiax aũt aliquãdo quidem recordabatur ſtrenuæ uirtutis
Retro conuerſus, & cohibebat phalanges
Troianorũ equidomitorũ, aliquãdo aũt reuertebatur fugere,
Omnes autem prohibebat ueloces in naues ire:
Ipſe autem Troianorum & Achiuorum ruebat in medio
Stans, lanceæ autem fortibus à manibus
Aliæ quidem in ſcuto magno figebantur motæ ulterius,
Multæ autem & in medio ante corpus album auferre.
Interea ſteterunt cupientes corpori noceri.
Hunc autem poſtquam intellexit Euæmonis illuſtris filius
Eurypylus denſis obrutum telis:
Stetit apud ipſum iens, iaculatus eſt lancea ſplendida,
Et percuſſit Phauſiadem Apiſaonem paſtorem populorũ
Hepar ſubter præcordia, ſtatim autem genua ſoluit.
Eurypylus autem irruit, & abſtulit arma ab humeris.
Hunc autem poſtquam cognouit Alexander diuinus,
Arma auferentem Apiſaonis, ſtatim arcum
Traxit in Eurypylum, & ipſum percuſſit femore ſagitta
Dextro: fracta eſt aũt harundo, grauauit autem femur.
Retro autem ſociorum ingentem ceſſit mortem fugiens.
Exclamauit autem ualde Danais iens:
O amici Argiuorum principes & primores,
State uerſi, & expellite miſerum diem
Aiacem qui telis obruitur: neq; ipſum opinor
Fugere ex bello malo. ſed ualde contra
State circa Aiacem magnum Telamonium filium.
Sic dixit Eurypylus uulneratus. hi autem apud ipſum
Propinqui ſteterunt ſcuta humeris inclinantes,
Lanceas eleuantes, his autem obuius iuit Aiax:

Stetit autem conuersus, postquã uenit multitudo sociorũ.
Sic ei quidem pugnabat corpus igne urente.
Nestorem autem ex bello portabant Neleij equi.
Sudantes, ducebant aũt Machaonem pastorem populorũ.
Hunc aũt uidens cognouit pedibus uelox diuus Achilles:
Stabat enim in puppi sublimi nauis,
Inspiciens laborem grauem, insecutionemq; lachrymosam.
Statim autem socium suum Patroclum allocutus est,
Nomine uocans apud nauem: hic autẽ ex tentorio audiens
Exiuit similis Marti, mali autem ei fuit principium.
Hunc prior allocutus est Menœtij fortis filius:
Cur me uocas Achille, quid autem te opus est mei?
Hũc aũt respõdens allocutus est pedibus uelox Achilles:
Diuine Menœtiade meo charissime animo,
Nunc puto circa genua mea statim iri Achiuos
Supplicantes, necessitas .n. uenit non amplius tolerabilis.
Sed age nunc Patrocle Ioui dilecte Nestorem interroga.
Quem hunc ducit percussum ex bello:
Certe quidem à tergo Machaoni omnia similis est
Asclepiadæ, sed non uidi oculos uiri:
Equi enim me transierant ulterius prompti.
Sic dixit, Patroclus autem dilecto obediuit socio.
Iuit autem currere apudq; tentoria & naues Achiuorum,
Hi aũt quando iam ad tentorium Neleidæ peruenerunt,
Ipsi quidem descenderunt in terram multapascentem,
Equos autem Eurymedon famulus soluit senis
Ex curribus: hi autem sudorem siccabant uestium,
Stantes ad auram apud littus maris: sed postea
In tentorium uenientes in sedibus sederunt.
His aũt præparabat potionẽ pulchros crines habens Hecameda.

Achilles Patroclum mittit ad Nestorem.

Quã accepit ex Tenedo senex, quãdo destruxit Achilles,
Filiam Arsinoi magnanimi, quam ei Achiui
Elegerunt: quoniam consilio antecedebat omnes.
Hæc ipsis primum quidem apposuit mensam
Pulchram, nigris pedibus politam: sed in ipsam
Aeream lancem, in autem cepam potioni condimentum.
Et mel recens, apud autem farinæ sacræ cibum.
Apud aũt poculum pulchrum quod ex domo duxit senex
Aureis clauis transfixum: aures autem ipsius
Quatuor erant: duæ autem columbæ circum unamquanq;
Aureæ pascebantur: duo autem sub pedes erant,
Alius quidem laborans à mensa
Plenum existens. Nestor autem senex sine labore eleuabat.
In quo ipsis miscuit mulier similis deabus,
Vino nigro, in autem caprinum triturauit caseum
Gratuosa ærea, in autem farinas albas miscuit.
Bibere autem iussit postquam præparauit potionem.
Hi autem postquã bi[illegible]erunt, abiecerũt multum aridã sitim,
Sermonibus delectabantur inter se dicentes:
Patroclus autem ianuis astitit diuinus uir.
Hunc autem uidens senex, à sede surrexit splendida,
Introduxit autem manu accipiens, sedere autem iussit.
Patroclus autem ex altera parte renuebat, dixitq; uerbũ:
Non sedes est senex diuine, neq; me persuadebis
Venerande culpans, qui me præmisit inquirere
Quem hunc ducis percussum: sed & ipse
Cognosco, uideo autem Machaona pastorem populorum.
Nunc autem uerbum dicens, iterum nuncius uado Achilli.
Bene autem tu scis senex diuine, qualis ille
Grauis uir, cito & insontem culpat.

Nestor ad Patroclum.

Huic aũt respondit postea honoratus equitator Nestor:
Quid & sic Achilles tristificas filios Achiuorum
Quicunq; iam telis percussi sunt, neq; fit
Doloris quantum commouit in exercitum. nam optimi
In nauibus iacent percussi, uulneratiq;.
Percussus est quidem Tydides fortis Diomedes.
Vulneratus est & Vlysses lãcea inclytus & Agamemnon.
Percussus est autem & Eurypylus in femine sagitta.
Hunc autem alium ego nuper adduxi ex bello
Sagitta à chorda percussum. sed Achilles
Bonus existens Danaorum non curã habet, neq; miseretur,
An cunctatur, donec iam naues ueloces propè mare
Argiuis inuitis igne hostili comburantur?
Ipsiq; interficiamur alij super alio. non enim mea uis
Est, qualis antea fuit in flexibilibus membris.
Vtinam sic pubescerem, uis & mihi firma esset,
Sicut quando Elidensibus & nobis contentio facta est
Circa boum prædam, quando ego interfeci Itimoneum
Bonum Hypirochidem qui in Elide habitabat
Credita expellens. hic autem auxilians suis bobus
Percussus est inter primos meæ à manu iaculo,
Et cecidit. populi autem circa fugerunt agrestes.
Prædam autem ex campo abegimus ualde multam,
Quinquaginta boum armenta, totidem greges ouium:
Totidem porcorum greges, totidem greges lati caprarum:
Equas autem flauas centum & quinquaginta
Omnes fœminas, multis autem pulli inerant:
Et hæc quidem abegimus Pylum Neleium intra
Nocturni ad ciuitatem. lætatus est autẽ mentibus Neleus,
Quoniam mihi contigerunt multa iuueni militiam eunti,

Præcones autem edixerunt simul aurora apparente.
Hos ire quibus debitum debebatur in Elide diuina.
Hi autem congregati Pyliorum ductores uiri
Diuiserunt.multis enim Epij debitum debebant.
Sed nos pauci male affecti in Pylo eramus.
Veniens enim male affecit uis herculea
Prioribus annis:interfecti sunt autem quicunq; optimi.
Duodecim enim Nelei egregij filij eramus,
Horum solus relictus sum.alij autem omnes perierunt,
His superbientes Epij bellicosi
Nos iniuria afficientes iniusta excogitarunt,
Senex autem armentumq́; boum & gregem magnum ouiũ
Accepit diuidens trecentos & pastores:
Etenim huic debitum magnum debebatur in Elide diuina.
Quatuor certatores equi ipsis curribus
Venientes ad certamina, de tripode enim debebant
Currere.hos autem illic rex uirorum Augias
Detinuit, aurigam autem dimisit male affectum equorũ. Augias Epiorum rex.
Senex u‵rbis iratus ac & factis:
Accepit ualde multa:alia autem in populum dedit
Diuidere,nequis eius priuatus iret æqualitate.
Nos quidem singula dispensauimus circaq; ciuitatem
Facimus sacra deis.hi autem tertio die omnes
Venerunt simul,ipsiq; multi & solunguli equi
Omni impetu,cum autem ipsis Moliones armati sunt,
Pueri adhuc existẽtes, nondũ ualde sciẽtes strenuæ forti(tudinis.
Est aũt quædam Thrioesa alta iugo
Longe ab Alpheo ultima Pyli harenosi:
Hanc obsidebant expugnare prompti.
Sed quãdo omnem campũ transierant,nobis aũt Minerua,

Nuncia uenit, delapsa ab olympo armari
Nocturna, neq; inuitum Pylum in populum congregauit:
Sed ualde promptos bellare. neq; Menelaus
Permisit armari: abscondit autem mihi equos.
Non enim dum me dicebat scire bellica opera.
Sed & sic cum equitibus exiui nostris, (nerua.
Et pedester existens, quoniam adducebat contentionē Mi-
Est autem quidem fluuius Minyeius in mare uadens,
Propè Arene, ubi expectabamus auroram diuinam:
Equestres Pyliorū, hæ aūt profluxerunt gentes pedestriū.
Inde impetualiter cum armis armati
Meridiani peruenimus sacrum fluxum Alphei.
Ibi Ioui facientes potenti sacrificia bona:
Taurum autem Alpheo, taurum & Neptuno.
Sed Mineruæ glaucos oculos habenti bouem indomitam:
Cœnam postea suscepimus, in exercitu in ordinibus,
Et dormiuimus in armis suis unusquisq;
Circa fluenta fluuij. sed magnanimi Epij
Circunstabant ciuitatem, expugnare prompti.
Sed ipsis ante apparuit magnum opus Martis.
Quando enim sol splendidus super fuit terra,
Concurrimus pugna, Ioui supplicantes, & Mineruæ.
Sed quando iam Pyliorum & Epiorum fuit contentio:
Primus ego interfeci uirum (exportaui autem solungulos
Mulium bellicosum: gener autem erat Augiæ. (equos)
Seniorem autem filiam habuit flauam Agamedam:
Quæ tot medicamenta sciebat, quot nutrit lata terra.
Hunc quidem, ego accedentem percussi ærea lancea.
Cecidit autem in pulueribus. ego autem in currum ruens
Steti inter primos. sed magnanimi Epij

Fugerunt alius aliò postquam uiderunt uirum cadentem,
Ductorem equitum qui optimus erat pugnare.
Sed ego irruens nigro turbini similis,
Quinquaginta accepi currus.duo autem circa singulum
Viri mordicus acceperũt terram meà à lanceà interfecti.
Et Actoride Moliones filios perdidissem,
Nisi ipsos pater late dominans Neptunus
Ex bello seruasset cooperiens nebula multa.
Tunc Iupiter Pylijs magnam potentiam dedisset.
Tandiu enim insequimur per Aspideum campum
Interficientesq; ipsos,armaq; pulchra colligentes,
Donec in Buprasium multifrumenti irefecimus equos,
Petramq; Oleniam & Alesium:tunc Colone
Vocata est unde retro uertit populum Minerua.
Tunc uirum interficiens ultimum reliqui.sed Achiui
Retro à Buprasio Pylum impellebant ueloces equos.
Omnes aũt palmam dabant deorum Ioui Nestori uirorũ.
Talis fui,siquando eram inter homines.sed Achilles
Solus sua uirtute fruitur.certe ipsum puto
Multum imposterum pœnitere,postquam populus peribit.
O amice nunquid quidem tibi Menœtius sic præcepit
Die illo,quando te ex Phthia Agamemnoni misit?
Nos autem intus existentes ego & diuinus Vlysses,
Omnia ualde in domibus audiuimus sicut præcepit.
Pelei autem iuimus domos benehabitatas,
Populum congregantes in Achaide fertili.
Illic autem postea heroa Menœtium inuenimus intus
Et te apud autem Achillem,senex equitator Peleus
Pinguia crura adolebat bouis Ioui gaudentifulmine
Aulæ in cohorte.tenebat autem aureum poculum

Librans nigrum uinum in ardentibus sacris.
Vos quidem circa bouis curabatis carnes. nos autem postea
Stetimus in prostibulis. stupefactus autem exiliit Achilles:
Intro aũt duxit manu accipiens, deorsum aũt sedere iussit:
Hospitaliaq; bene apposuit quæ hospitibus æquum est.
Sed postq̃ delectati sumus cibo & potu,
Incepi ego uerbis iubens uos simul sequi.
Vos aũt ualde uolebatis. hi aũt ambo multa præceperunt.
Peleus quidem suo filio senex præcepit Achilli
Semper optima facere, & eximium esse aliorum.
Tibi autem rursus sic præcepit Menœtius Actoris filius:
Fili mi generatione quidem superior est Achilles,
Antiquior autem tu es: ui autem hic multo melior.
Sed bene ei loquere sapiens uerbum, & admone,
Et ei iube. hic autem parebit in bonum.
Sic præcepit senex. tu autem oblitus es. sed item & nunc
Hæc dicas Achilli prudenti, si persuadebitur
Quis autem scit ei cum deo animum mouebis
Admonens. Bona autem admonitio est amici.
Si autem aliquod mentibus suis uaticinium fugit.
Et aliquod ei à Ioue dixit casta mater,
Saltem te præmittat, simul & alius populus sequebatur
Myrmidonum, si aliqua lux Danais fias:
Et tibi arma bona det ad bellum portare.
Si te huic assimilantes obstineant bello
Troiani. respirent autem bellicosi filij Achiuorum
Consumpti, parua autem respiratio belli.
Facile autem indefessi defessos uiros clamore
Expelletis ad ciuitatem nauibus ab & tentorijs.
Sic dixit, huic autem animum in pectoribus mouit.

Patroclus Achille senior.

Perrexit autem currere ad naues ad Aeacidem Achillem.
Sed quando iam præter naues Vlyssis diuini
Ibat currens Patroclus, ubi ipsis concioq; iusq;
Erat. illic & ipsis deorum facta erant altaria.
Illic ei Eurypylus percussus obuiauit
Diuinus Euæmonides in crure sagitta
Claudicans ex bello. ab autem humidus fluebat sudor
Humeris & capite, ab autem uulnere molesto
Sanguis niger scaturiebat, mens quidem firma erat.
Hunc autem uidens misertus est Menœtij fortis filius,
Et complorans uerba uelocia allocutus est:
O miseri Danaorum principes & primores,
Sic futuri estis procul ab amicis & patria terra
Satiare in Troia ueloces canes alba pinguedine.
Sed age mihi hoc dic diuine Eurypyle heros,
Nunquid adhuc tolerant magnum Hectora Achiui,
An iam corrumpuntur ab ipsius lancea interfecti?
Huic autem rursus Eurypylus prudens contra locutus est:
Non amplius diuine Patrocle auxilium Achiuorum
Erit, sed in nauibus nigris cadent.
Hi quidem enim iam omnes quot ante erant optimi
In nauibus iacent percussi uulneratiq;
Manibus à Troianorũ: horũ aũt robur augetur semper.
Sed me quidem tu bene serua ducens in nauem nigram:
Cruris autem incide sagittam: ab ipso aũt sanguinẽ nigrũ
Laua aqua calida: in aũt mitigatoria medicamenta sparge
Bona: quæ te ab dicunt Achille doctum esse.
Quem Chiron docuit iustissimus Centaurorum.
Medici quidem enim Podalyrius & Machaon:
Hunc quidem in tentorijs puto uulnus habentem

Indigentem, & ipsum eximio medico
Iacere. hic aūt in cāpo Troianorū sustinet acutū martem.
Hunc autem rursus allocutus est Menœtij fortis filius.
Quomodo erunt hæc opera? qd faciemus Eurypile heros?
Eo ut Achilli prudenti uerbum dicam
Quod Nestor præcepit senex custos Achiuorum.
Sed neq; sic te dimittam consumptum.
Dixit, & sub pectore accipiens ducebat pastorē populorū
Ad tētoriū. famulus aūt uidēs substrauit pelles bouinas.
Illic ipsum extendens ex crure incidit gladio
Acutam sagittam: ab ipso autem sanguinem nigrum
Lauit aqua calida: in autem radicem iecit amaram
Manibus terens dolorem expellentem: quæ ei omnes
Expulit dolores. uulnus qdē siccatū est: cessauit et sanguis.

ARGVMENTVM M. HOMERI COMPOSITIONIS.

DEscendentes Troiani ab equis transierunt vallum: & infausto ipsis apparente aue, & in quinque ordines diuisi percutiunt murum Græcorum. Tunc Sarpedon propugnaculū deorsum vellit. Hector autem lapide percutiens portas intrauit naues, & cum ipso omnes Troiani.

ILIADIS M. HOMERI COMPOSITIONIS.

My, Troianorum manibus decidit murus Achiuorum.



Ic quidem in tentorijs Menœtij fortis filius
Medebatur Eurypylum percussum. hi autem pugnabant
Argiui & Troiani misti: neq; debebat
Vallum amplius custodire Danaorũ & murus desuper
Latus. hunc fecerunt naues supra. circum autem uallum
Fabricauerunt (neq; deis dederunt gloriosas hecatombas)
Vt ipsis nauesq; ueloces & prædam multam
Intus habens custodiret. Deis autem inuitis factus est
Immortalibus. propter hoc & nõ multo tẽpore firmus fuit.
Quãdiu quidẽ Hector uiuus fuit & iratus est Achilles,
Et Priami regis inexpugnata ciuitas fuit,
Tandiu autem & magnus murus Achiuorum firmus fuit.
Sed postquàm Troianorum mortui sunt quicunq; optimi,
Multi aũt Argiuorũ hi quidẽ interfecti sunt, illi aũt relicti sunt.
Destructa ẽ aũt Priami ciuitas decimo anno.
Argiui autem in nauibus dilectam in patriam iuerunt.
Iam tunc consultarunt Neptunus & Apollo
Murum destruere, fluuiorum uiolentiã introducentes,
Quicunq; ab Idæis montibus in mare profluunt,
Rhesusq;, Heptaporusq;, Caresusq;, Rhodiusq;,
Grenicusq;, & Aesepus, diuinusq; Scamander,
Et Simois, ubi multa scuta & galeæ
Deciderunt in pulueribus, & semideorum genus uirorum.

Horum omnium simul hostia mutauit illustris Apollo,
Nouē diebus autē in murū misit fluctum. pluit & Iupiter
Continue, ut citius in mari nauigantes muros faceret.
Ipse autem Neptunus tenens manibus tridentem
Præibat, & omnia fundamenta undis iecit
Troncorum, quæ posuerunt laborantes Achiui.
Plana autem fecerunt apud ualde fluentē Hellespontum.
Retro autem littus magnum harena cooperuit
Murum destruens: fluuiosq; uertit redire
Iuxta fluxum, quò antea ibat pulchrefluens aqua.
Sic debebant in futurum Neptunus & Apollo
Facere. tunc autem circum pugna clamorq; circuibat
Murū bene ædificatū. resonabant aūt tabulamenta turriū
Percussa. Argiui autem Iouis flagello domiti
Nauibus in concauis clausi detinebantur,
Hectora timentes fortem peritum timoris.
Sed hic sicut prius pugnabat similis turbini.
Sicut autem quando in canibus & uiris uenatoribus
Caper uel leo uertitur fortitudine superbiens.
Hi autem instar turris seipsos præparantes
Obuij stant, & iaculantur frequentes
Lanceas ex manibus. huius autem nunquam gloriosum cor
Timet, neq; terretur. audacia autem ipsum interfecit.
Frequenterq; uertitur turmas uirorum tentans:
Quò uadit, illuc eunt turmæ uirorum.
Sic Hector per tumultum iens uertebat socios
Vallum incitans transcendere. neq; ipsi equi
Audebant ueloces. ualde autem hinniebant in extremo
Labro instantes. longe enim terrebat fossa
Lata neq; supersilire prope neq; transire

Facilis. præcipitia enim profunda circa omnem
Stabant utrinq;, desuper autem palis
Acutis firmata est. hos posuerunt filij Achiuorum
Densos & magnos inimicorum uirorum sustentaculum.
Illuc non facile equus politum currum trahens
Intrat. pedestres autem prompti sunt si perficiant.
Iam tunc Polydamas audaci Hectori dixit astans.
Hectorq; & alij Troianorum duces & sociorum.
Stulte per uallum impellimus ueloces equos,
Quod ualde molestum transire. pali enim in ipso
Acuti stant. circa autem ipsos murus Achiuorum.
Illuc non est descendere neq; pugnare
Equitibus. angustum enim ubi uulnerari puto.
Siquidem enim iam omnino mala cogitans destruit
Iupiter altitonans, Troianis autem uult auxiliari,
Certe ego uolo & statim hoc fieri
Ignobiles destrui longe ab Argo hic Achiuos.
Si autem uertentur, insecutio autem fiat
Ex nauibus, & in uallo cadamus profundo.
Non amplius postea puto neq; nuncium reuerti
Retrogradum ad ciuitatem circuentibus ab Achiuis.
Sed agite sicut ego dico, persuadeamur omnes,
Equos quidem famulos teneant in uallo:
Ipsi autem pedestres cum armis armati
Hectorem omnes sequamur densi. sed Achiui
Non sustinent: siquidem ipsis mortis termini uenerunt.
Sic dixit Polydamas: placuit aũt Hectori uerbũ illæsũ.
Statim autem ex curribus cum armis saltauit in terram.
Neq; quidem alij Troiani in equis pendebant,
Sed omnes descenderunt postquã uiderunt Hectora diuũ.

Troiani uictores castra græcorũ inuadũt.

Aurigæ quidem postea suo præcepit unusquisq;
Equos bene secundum ornatum tenere illic in uallo.
Hi autem diuidentes seipsos præparantes
In quinq; ordines ordinati simul ductores sequebantur.
Hi quidem cum Hectore ibant & eximio Polydamante,
Qui plurimi & optimi erant. prōpti autem erãt maximè
Murum rumpentes concauis in nauibus pugnare.
Et ipsos Cebriones tertius sequebatur: apud autem currũ
Alium Cebrione peiorem reliquit Hector.
Aliorum autem Paris dux erat, & Alcathous & Agenor.
Tertiorum autem Helenus & Deiphobus diuinus,
Filij duo Priami. tertius autem erat Asius heros,
Asius Hyrtacides, quem ex Ariba portabant equi
Rubicundi magni fluuio à Selleente.
Quartorum autem dux erat bonus filius Anchisæ
Aeneas: cum hoc duo Antenoris filij
Archelochusq; Acamasq; pugnæ bene scientes omnis.
Sarpedon autem dux erat inclytorum sociorum.
Accepit autem Glaucum & bellicosum Asteropæum:
Hi enim ei uidebantur egregie esse optimi
Aliorum post ipsum. hic autem splendebat & per omnes.
Hi autem postquam inter se coniuncti sunt factis pellibus
Iuerunt rectà ad Danaos prompti: neq; amplius dicebant
Teneri, sed in nauibus nigris cadere,
Tunc alij Troiani longeq; uocati socij
Consilio Polydamantis immaculati obediuerunt.

Asii temeritas.

Sed non Hyrtacides uoluit Asius præfectus uirorum
Illic relinquere equos & aurigam famulum.
Sed cum ipsis adiuit naues ueloces
Stultus: neq; debebat malam mortem fugiens

Equis & curribus gaudens à nauibus,
Retro redire ad Troiam altam.
Ante enim ipsum parca mala amplexa est
Lançea Idomenei illustris Deucalidæ.
Iuit enim nauium in sinistram partem, qua Achiui
Ex campo ibant cum equis & curribus.
Eà equosq; & currus immisit: neq; in portis
Inuenit clausas tabulas & longam seram:
Sed apertas habebant uiri, siquem socium
Ex bello fugientem seruarent ad naues.
Eà rectà glorians equos impulit. hi aũt simul sequebantur
Acute resonantes. dicebant enim non amplius Achiuos
Sustineri, sed in nauibus nigris cadere
Stulti. in autem portis duos uiros inuenerunt optimos
Filios magnanimos Lapitharum bellicosorum.
Hunc quidem Perithoi filium fortem Polypœtem,
Illum autem Leonteum homicidæ similem Marti.
Hi quidem ante portas altas
Stabant: sicut quando quercus alta capita habentes,
Quæ uentum expectant dies omnes
Radicibus magnis longe coniunctæ:
Sic hi manibus freti & ui
Expectabant aduenientẽ magnum Asium, neq; timebant.
Hi autem rectà ad murum bene ædificatum scuta arida
In altum eleuantes ibant magno clamore
Asium circa imperatorem, & Iamenum & Orestem,
Asiademq; Acamanta, Thoonemq;, Oenomaumq;.
Hi autem quousq; quidem fortes Græcos
Excitabant intus existentes auxiliari causa nauium.
Sed postquam murum irruentes intellexerunt

Troianos, Danaorum factus est clamorq́; timorq́;.
Hi autem ruentes portas ante pugnabant
Agrestibus porcis similes, qui in montibus
Virorum & canum expectant tumultum uenientem,
Obliquiq́; ruentes circa ipsos frangunt syluam
Radicitus excidentes. ab autem sonitus dentium
Fit donec aliquis percutiens animam auferat.
Sic horum resonabat æs in pectoribus lucidus
Contra percussorum ualde enim fortiter pugnabant.
Populis desuper fidentes & robori.
Hi autem lapidibus bene ædificatis à turribus
Iaciebant, sibiq́; ipsis & tentorijs (humum,
Nauibusq́; uelociterq́; transeuntibus. niues aũt sicut cadũt
Quas uentus ualde flans nebulas umbrosas mouens
Densas defudit in terra multapascente.
Sic horum ex manibus tela fluebant & Achiuorum
Ac & Troianorum. galeæ autem circum sicce resonabant
Percussæ lapidibus & scuta umbosa.
Iam tunc plorabatq́; & suo percussus est humero
Asius Hyrtacides: & ægreferens uerbum dixit.
Iupiter pater certe & tu amatormendacij factus es
Omnino ualde. non enim ego dicebam heroas Achiuos
Sustinere nostrum robur & manus intangibiles.
Hi autem sicut uespæ in medio uariæ, & apes
Domos facientes uia in puluerulenta
Neq; relinquunt concauam domum: sed expectantes
Viros uenatores expellunt circa filios.
Sic hi neq; uolebant portis & duo existentes
Recedere ante uel interfici uel capi.

Comparatio niuis.

Sic dixit, neq; Iouis persuasit mentem hæc dicens.
Hectori enim ipsius animus uolebat gloriam præbere.
Alij autem circa alias pugnam pugnabant portas.
Difficile autem me hæc deum tanquam omnia dicere:
Vndiq; enim circa murum mouebatur diuinus ignis
Lapideum. Argiui autem & dolentes necessitate
Nauibus auxiliabantur: Dei autem dolebant animo
Omnes quot Danais pugnæ adiutores erant.
Coniecerunt autem Lapithæ bellum & pugnam.
Tunc rursus Peritohi filius fortis Polypætes
Lãcea percussit Damasum galeã p æreas maxillas habẽtẽ.
Neq; ærea galea prohibuit: sed totaliter
Cuspis ærea fregit os. cerebrum autem
Intus omne dissipatum est. interfecit aũt ipsum promptũ.
Sed postea Pilonem & Ormenum interfecit.
Filium autem Antimachi Leonteus ramus belli
Hippomachum percussit lancea apud balteum assequens.
Retro autem ex uagina educens ensem acutum,
Antiphatem quidem primum irruens per multitudinem
Percussit cominus. hic autẽ supinus in terra firmatus est.
Sed postea Menonem & Iamenum & Orestem
Omnes simul admouit terræ multa pascenti.
Donec hos spoliabant arma splendida,
Interim Polydamanta & Hectora iuuenes sequebantur
Qui plurimi & optimi erant. prompti erant aũt maxime
Murumq; rumpere, & comburere igne naues.
Hi adhuc cogitabant instantes apud uallum.
Auis enim ipsis uenit transire promptis
Aquila alteuolans sinistrorsum populum impediens — Aquilæ
Cruentum draconem ferens unguibus magnum — augurium.

Viuum adhuc palpitantem: & nondum oblitus est pugnæ.
Incidit enim ipsam tenentem in pectore circa iugulum
Reuolutus retro. hæc à se misit humum
Dolens doloribus, media autem in deiecit multitudine.
Ipsa autem resonans uolauit flatibus uenti.
Troiani aũt timuerunt postquã uiderunt uariũ serpentem
Iacentem in medijs Iouis monstrum Aegiochi.

Polydamas Hectori & Troianis.

Iam tunc Polydamas audacẽ Hectorẽ allocutus est astans:
Hector semper quidem me territas in concionibus
Bona dicentem: quoniam neq; quidem neq; decet
Ciuem existentem extra dicere, neq; in consilio,
Neq; unquã in bello. tuam aũt fortitudinẽ semper augere.
Nunc autem rursus dicã, sicut mihi uidentur esse optima,
Non eamus Danais pugnaturi circa naues.
Sic enim perfectum iri puto, si uere
Troianis hæc auis uenit transire promptis
Aquila altiuolans sinistrorsum populum impediens,
Cruentum draconem portans unguibus magnum
Viuum, statim autem dimisit ante dilectas domos ire.
Neq; perfecit portans dare filijs suis.
Sic nos si etiam portas & murum Achiuorum
Rupérimus robore magno, cedent & Achiui.
Non ornatu à nauibus ibimus eisdem uijs.
Multos enim Troianorum relinquemus, quos Achiui
Aere uastabant expellentes à nauibus.
Sic & respondit Theopropus, qui aperte in animo
Norat portenta, & ipsi parebant populi.

Hector Polydamantis sententiæ refragatur.

(Hector:
Hunc aũt torue uidens allocutus est galeãuariamhabẽs
Polydamas tu quidem non adhuc mihi amica hæc dicis:
Scis & aliud uerbum melius hoc intelligere:
Si autem uere iam hoc à iudicio dicis,

Iam tibi postea dij mentes perdiderunt ipsi,
Qui iubes Iouis quidem ualde sonantis oblitum esse
Consiliorum, quæ mihi ipse promisit & annuit:
Tu autem auibus extensas alas habentibus iubes
Obedire: horum nil moueor, neq; curo
Siue dextrorsum iuerint ad auroramq;, solemq;,
Siue sinistrorsum hæ ad obscuritatem aëream.
Nos autem magni Iouis obedimus consilio,
Qui omnibus mortalibus & immortalibus imperat.
VNVM augurium optimum pugnare pro patria.
Cur tu times bellum & pugnam?
Siquidem enim alij interficiemur omnes
Nauibus in Argiuorum, tibi autem non timor est perire.
Non enim tibi cor bellicosum, neq; pugnas.
Si autem tu pugna abstinebis, uel alium
Decipiens uerbis auertis bello,
Statim mea à lancea uerberatus animum perdes.

Auguria Hector cōtemnit.

Augurium optimū est pugnare p patria.

Ita fatus processit. hi autem sequebantur
Voce diuina. insuper autem Iupiter gaudens fulmine
Excitauit ab Idæis montibus uenti tempestatem,
Quæ rectà nauibus puluerem ferebat. sed Achiuorum
Obscurauit animū. Troianis aūt & Hectori gloriā præbe
Huius iam numine confisi & uirtute sua (bat.
Perfringere manu murum Achiuorum nituntur.
Gradus quidē turriū cōpellebant, & diruebant propugna
Fundamētaq; proiecta uecte mouebāt, quæ Achiui (cula
Prima in terra posuerant esse sustentacula turrium.
Hæc illi rursus trahebant, sperabāt aūt murum Achiuorū
Rumpere: neq; aliquo modo Danai cedebant à uia.
Sed hi pellibus boum cooperientes propugnacula,
Arcebant ab ipsis hostes sub murum euntes,

Aiaces græcis.

Ambo autem Aiaces iubentes in turribus
Vndiq; ibant robur concitantes Achiuorum
Alium mollioribus, alium durioribus uerbis
Instigabant, quecũq; omnino pugnæ negligentẽ uidissent.
O amici Argiuorum quiq; eximius, quiq; mediocris,
Quiq; infirmus, quoniam non omnes similes
Viri in bello. nunc est opus omnibus
Et ipsi hoc cognoscitis. nullus retro
Vertatur ad naues minantem audiens.
Sed ulterius procedat, & mutuo iubete,
Si Iupiter dabit cœlestis fulminator
Contentionem amouentes hostes ad ciuitatem persequi.
Sic hi proclamantes pugnam excitabant Achiuorum:
Horum autem sicut grumi niuis cadunt frequentes
Tempore hyemali quando motus est consiliarius Iupiter
Ningere hominibus inducens suas sagittas,
Sopiens autem uentos fundit firmiter ut cooperiat
Altorum montium summitates & promontoria alta.
Et campos umbrosos, & uirorum pingua opera,
Et in maris albi funduntur portubus & littoribus:
Vndam aũt ipsam ad errantem impediuntur aliaq; oĩa,
Vestiuntur desuper, quando aggrauat Iouis hymber.
Sic horum utrinq; lapides uolitant frequentes,
Hi quidem in Troianos, hi autem ex Troianis in Græcos
Iacentium autem murũ supra omnem strepitus ortus est.
Neq; tunc Troiani & illustris Hector

Sarpedonis uirtus in capiendis Græcorũ castris.

Muri perrupissent portas & longum repagulum,
Nisi filium suum Sarpedona consiliarius Iupiter
Excitasset in Argiuos leonem tanquam bobus nigris.
Statim autem scutũ quidem antea tenebat undiq; æquale
Pulchrum aureum sex tergorum, quod faber

Fecerat. intus autem pelles bouinas suit spissas
Aureis loris continuis circa orbem.
Hos hic ante tenens duas lanceas quatiens
Perrexit ire sicutq; leo in montibus nutritus, qui indigens
Diu carnium, iuit et autem ipsum animus superbus
In oues penetrantes & in densam domum ire.
Siquidem enim inueniat apud ipsas pastores uiros
Cum canibus & lanceis custodientes circa oues
Non impenetrans promptus est ad stabulum ire.
Sed hic uel rapuit transiliens, uel & ipse
Percussus est in primis ueloci à manu iaculo.
Sic tunc diuinum Sarpedontem animus persuasit
Murum irruere, perq; rumpere propugnacula.
Statim autem Glaucum allocutus est filium Hippolochi,
Glauce, cur autem nos honorati sumus maxime
Sedeq;, carnibusq;, & plenis poculis
In Lycia. omnes autem deos tanquam inspiciunt.
Et nemore fruimur magno Xanthi apud ripas
Bono plantabilis & arui frugiferi.
Propter hoc nunc oportet Lycijs cum primis existentes
Stare, & pugnæ ardenti obuiare.
Vt aliquis sic dicat Lyciorum ornate armatorum.
Non quidem inglorij Lycia in imperant
Nostri reges. edunt pingues oues
Vinum & electum suaue, sed & uis
Bona quoniam Lycijs cum primis pugnant.
O amice siquidem enim bellum circa hoc fugientes
Semper iam debemus insenescentesq; immortalesq;
Fore, neq; ipse in primis pugnarem,
Neq; te mitterem pugnam in gloriosam.
Nunc autem tamen enim parce instans mortis

Infinitæ, quas non est fugere hominem neq; euitare,
Eamus uel huic gloriam dabimus, uel aliquis nobis.
Sic dixit, neq; Glaucus auersus est, neq; impersuasus ē.
Hi aũt recte ibant Lyciorũ magnam multitudinē ducētes.
Hos autem uidens timuit filius Petei Menestheus.
Huius enim iam ad turrem ibant malum ferentes.
Collustrabat aũt oculis ē turri Achiuorũ si quem uideret
Ductorum, qui ei nocumentum amicis expelleret.
Intus autem intellexit Aiaces duos belli insatiabiles
Stantes, Teucrumq; tunc ex tentorio uenientem
Propè. sed non aliquo modo ei erat clamanti exaudiri
Tantus enim strepitus erat, clamor & in cœlum ibat
Percutientium scutorumq; & equicomatarum galearum
Et portarum. omnes enim irruerant. hi autem in portis
Stantes nitebantur ui rumpentes intrare,
Statim autem ad Aiacem præmittit præconem Thootam:
Valde diuine Thoota currens Aiacem uoca,
Ambos quidē magis. hoc enim præcipue optimum omnium
Esset, quoniam cito hic fit grauis pernicies.
Huc enim impetum fecerunt Lyciorũ ductores, qui prius
Valde graues sunt in fortibus pugnis.
Si autem ipsis & illic labor & contentio mouetur,
Saltem solus ueniat Telamonius fortis Aiax:
Et eum Teucer simul sequatur arcuum bene sciens.
Sic dixit, neq; ei præco impersuasus est audiēs.
Perrexit autem ire iuxta murum Achiuorum bellicosorũ.
Stetit aũt apud Aiaces profectus, statim aũt allocutus est,
Aiaces Argiuorum ductores bellicosorum
Iubet Petei diuini dilectus filius
Illuc ire, ut labori paululum obuiatis.
Ambos quidē magis. hoc enim præcipue optimũ omnium

Esset: quoniam cito illic fit grauis pernicies.
Huc enim impetũ fecerũt Lyciorum ductores, qui prius
Valde grauati sunt in fortibus pugnis.
Si autem & illic bellum & contentio mouetur,
Saltem solus ueniat Telamonius fortis Aiax:
Et eum Teucer simul sequatur arcuum bene sciens.
Sic dixit, neq; nõ persuasus ẽ, magnus Telamoni9 Aiax,
Statim Oileadem uerba uelocia allocutus est
Aiacem, uos quidem hic tu & fortis Lycomedes
Stantes Danaos urgete fortiter pugnare.
Sed ego illuc uado & obuio bello.
Statim aũt ueniam retro postq̃ bene illis auxiliatus fuero.
Sic utiq; fatus abijt Telamonius Aiax,
Et eo Teucer cum ibat frater & eodem patre natus.
His autem cum Pandion Teucri portabat curuos arcus.
Quando Menesthei magnanim ad turrim uenerunt
Murum intra euntes festinantibus & uenerunt.
Hi aũt in propugnacula ascenderũt obscuro turbini similes
Fortes Lyciorum ductores & primores:
Congressi sunt autem pugnare: motus est autem clamor.
Aiax autem primus Telamonius uirum interfecit
Sarpedonis amicum Epicleum magnanimum
Marmore rudi percutiens, qui murum intra
Iacebat magnus apud propugnaculũ supremus. neq; ipsũ
Manũ altera portaret uir neq; ualde iuuenis. (facilè
Quales nũc homines sunt, hic aũt ex alto iniecit eleuans:
Fregit aũt quatuor cristarũ galeam: simul aũt ossa collisit
Omnia simul capitis. hic autem natanti similis
Decidit ab alta turre: liquit autem ossa animus.
Teucer autem Glaucum fortem filium Hipplochi
Sagitta irruentem percussit murum altum:

Aiax Telamonius cũ Teucro & Pandiõe ad Menestheũ.

Qua uidit nudata brachia. cessauit autem à pugna.
Retro autem à muro saltauit furtim ut nullus Achiuorum
Percussum uideret & insultaret uerbis.
Sarpedonti autem dolor fit Glauco abeunte.
Statim postea intellexit. tamen neq; oblitus est pugnæ.
Sed hic Thestoridem Alcmaonem lancea assequens
Percussit. extraxit at lanceā hic aūt sequēs cecidit lanceā
Pronus: circa autem ipsum sonuerunt arma uaria ære,
Sarpedon aūt propugnaculum accipiens manibus fortibus
Traxit quod secutum est totum totaliter.
Sed desuper murus denudatus est. multis autem fecit uiā.
Hunc aūt Aiax & Teucer insecuti sunt. hic quidē sagitta
Percussit lorum circa pectora splendidum
Scuti magni, sed Iupiter fata expulit
Filij sui ne nauium in puppibus interficeretur.
Aiax autem scutum percussit insiliens, & totaliter
Intrauit lancea. concussit autem ipsum promptum,
Cessit autem populo à propugnaculo, neq; hic omnino
Cessit, quoniam eius animus sperabat gloriam accipere.
Vocauit autem diuinos uersus Lycios.

Sarpedonis exhortatio.

O Lycij cur sic dimittitis strenuam fortitudinem?
Difficile autem mihi est & fortissimo existenti
Soli rumpenti, facere ad naues uiam:
Sed sequimini. multorum autem opus melius.
Sic dixit. hi autem regis timentes uociferationem
Magis iuerunt prudentem circa regem.
Argiui autem ex altera parte fortificabant phalanges
Murum intra. magnum autem ipsis uidebatur opus:
Neq; enim fortissimi Lycij Danaorum poterant
Murum rumpentes facere ad naues uiam,
Neq; bellicosi Danai Lycios poterant

A muro retro expellere, quoniã prius appropinquauerãt.
Sed sicut circa terminos duo uiri rixantur
Mensuras in manibus tenentes communi in aruo,
Hi paruo in loco rixantur circa æqualitatem.
Sic hos impediebant propugnacula, hi autem super ipsis
Vastabant inter se circa pectora pelles
Scuta rotunda teláq; uelocia.
Multi autem uulnerabantur in corpore crudeli ære,
Et cuicunq; uerso dorsa denudabantur
Pugnantium, multi autem per scutum ipsum.
Vbiq; iam turres & propugnacula sanguine uirorum
Spargebantur utrinq; à Troianis & à Græcis.
Sed neq; sic poterant timorem facere Achiuis.
Sed tenebant sicut statera mulier filatrix uera,
Quæ in mediam stateram tenens & lanam utrinq; trahit.
Aequans ut pueris indecentem mercedem sumat.
Sic quidem horum æqualis pugna extensa est bellumq;
Ante quando iam Iupiter gloriam magnam Hectori dedit
Priamidæ, qui primus insilijt murum Achiuorum.
Clamauit autem ualde Troianis iens.
Mouemini equitatores Troiani: rumpite autem murum
Argiuorum, & nauibus immittite diuinum ignem.
Sic dixit concitans. hi autẽ auribus omnes audiuerunt. Græcorum
Inuadunt autem in murum addensati. hi quidem postea: castra capi-
Scalas ascenderunt acutas lanceas tenentes. untur.
Hector autem rapiens lapidem portabat, qui portas Saxum in-
Stetit ante deorsum crassius, sed insuper. gens una
Acutus erat. hunc neq; duo uiri in populo optimi manu iacu-
Facile ad plaustrum à terra leuarent, latur He-
Quales nũc hoĩes sunt. hic autem facile ipsum uibrabat & ctor.
Hunc ei leuem faciebat Saturni filius uersuti, (solus

Sicut aũt quando opilio facile portat lanam masculæ ouis
Manu accipiẽs altera, paruũ aũt ipsum põdus aggrauat:
Sic Hector rectà ad tabulas portabat lapidem eleuans
Quæ portas fortificabant scienter fortiter coniunctas
Bifores altas. duæ autem intus seræ
Habebant unã supra aliam: una autem clauis claudebat.
Stetit aũt ualde propè iens, & firmatus percussit medias
Bene transiens, ut non ei debile telum esset.
Rupit autem ambos cardines. cecidit autẽ petra intus
Grauitate. ualde. n. circa portæ apertæ sunt: neq; seræ
Tenebant: tabulæ autem diuisæ sunt alia aliò
Lapidis sub ictu. insilijt autem illustris Hector
Nocti ueloci similis aspectu: splendebat autem ære
Terribili quo indutus erat circa corpus. duas aũt manibus
Lanceas tenebat. non aliquis ipsum prohibuisset obuians
Exceptis deis: quando insilijt portas: igne autẽ oculi arde-
Iussit aũt Troianis uersus ad multitudinem (bant.
Murum transcendere. hi autem concitati obediuerunt.
Statim aũt hi quidẽ murũ transcenderunt, illi aũt in ipsas
Factas infundebantur portas. Danai autem fugerunt
Naues ad concauas. tumultus autem magnus factus est.

ARGVMENTVM N. HOMERI COMPOSITIONIS.

NEptunus victos miserans Grecos assimilatẽ Calchãti: & ambos Aiaces cõcitat: postea aũt alios. Posthæc Idomeneus optime agit: & interficit Otrioneũ, & quosdã alios. Multi aũt ipsorũ interficiuntur. Vulnerantur aũt Deiphobus et Helenus. Hos aũt obediẽtes cõgregãs Hector inducit hostib9, & valde vtrinq; occidunt

ILIADIS N. HOMERI COMPOSISITIONIS.

Ny autem, Neptunus Danais robur dedit clàm.



Vpiter autem postquàm igitur Troianosq́; & Hectora nauibus appropinquauit,
Hos quidem reliquit apud ipsas, laboremq́; habere & ærumnam
Indesinenter. ipse autem retro uertit oculos splendidos
Longe in equos uertentium Thracum, despiciẽs terram,
Mysiorũq́; propè pugnãtiũ, & Agauorũ equos mulgẽtiũ,
Lacteuescentium Abiorumq́;, iustissimorum hominum.
In Troiã aũt non oĩno amplius uertit oculos splendidos.
Nõ enim hic immortalium aliquem timebat suo in animo
Venientem, uel Troianis auxiliari, uel Danais.
Neq; uanam speculationem habebat rex Neptunus:
Etenim hic admirans sedebat bellumq́; pugnamq́;
Altè in alto cacumine Sami syluosæ
Thraciensis. hinc enim uidebatur tota quidem Ida:
Videbatur autem Priami ciuitas, & naues Achiuorum.
Illic hic è mari sedebat iens: miserebatur autem Achiuos
Troianis domitos: Ioui autem grauiter irascebatur.
Statim autem ex monte descendit saxoso,
Velociter pedibus procedens, tremebant autem mõtes magni & sylua
Pedibus sub immortalibus Neptuni euntis.
Ter quidem promptus fuit iens: quarto autẽ iuit signum
Aegas. illic aũt ei inclytæ domus profunditatibus stagni
Aureæ resplendentes factæ sunt incorruptibiles semper.

Illuc

Illuc iens sub curribus iunxit æripedes equos
Celeriter uolantes, aureis comis comatos:
Aurũ aũt ipse induit circa corpus: accepit autẽ flagellum
Aureum benefactum: suum autem ascendit currum:
Iuit aũt impellere in undas, mouebant autẽ cete sub ipso
Vndiq; è fundis: neq; ignorauerunt regem:
Lætum autem mare diuisum est. hi autem uolabant
Leuiter ualde, neq; subter madefactus est æreus axis.
Hũc autem in Achiuorum naues celeres portabant equi.
Est autem quædam spelunca lata profundi profunditati-
In medio Tenedi & Imbri saxosæ, (bus stagni
Illic equos sistit Neptunus quatiens terram,
Soluens ex curribus. apud autẽ diuinum posuit pabulum
Edere: circa autem pedes compedes posuit aureas,
Incorruptibiles, insolubiles, ut firmiter illic expectarent
Redeuntẽ regem. hic aũt in exercitum iuit Achiuorum.
Troiani autem flammæ similes condensati uel turbini,
Hectorem Priamidem insatiabiliter prõpti sequebantur,
Clamantes, resonantes: sperabant aũt naues Achiuorum
Capere: interficere autem apud ipsas omnes Achiuorum.
Sed Neptunus terram continens, quatiens terram,
Argiuos concitabat profundo è mari ueniens,
Assimilatus Chalchanti corpus & magnam uocem,
Aiaces priores allocutus est promptos & ipsos:

Neptun⁹ auxilio uenit Græcis.

Aiaces, uos quidem seruate populum Achiuorum,
Fortitudinis memores, neq; frigidæ fugæ.
Alibi quidem enim ego non timeo manus intangibiles
Troianorum, qui ualde murum ascẽderũt multitudine:
Expellent enim omnes fortes Achiui.
Hic tum grauissime timeo ne patiamur,

Neptunus Aiacibus.

Vbi hic rabiosus flammæ similis dux est
Hector, qui Iouis iactet maximi filius esse.
Vobis autem hic Deorum aliquis in mentibus patiat
Ipsos stare fortiter, & iubere alios
Ad hoc, & impulsat auertat à nauibus
Citotranseuntibus: si & ipsum cœlestis ipse suscitat.
Dixit, & sceptro terram continens, quatiensterram,
Ambos percutiens impleuit robore forti:
Membra autem fecit leuia, pedes & manus desuper.
Ipse aũt sicut accipiter celeriter uolãs motus est uolare:
Qui ab excelsa petra longe eleuatus,
Proruit campo insequi auem aliam.
Sic ab his ruit Neptunus quatiensterram.
Horum autem cognouit prius Oileus uelox Aiax.
Statim autem allocutus est Telamonium filium:
Aiax, quoniã aliqs nobis Deorũ, qui olympum habitant
Vati assimilatus, iubet apud naues pugnare.
Neq; hic Calchas est uaticinator augur:
Gradus enim à tergo pedum & tibiarum
Facile cognoui abeuntis, ualde noti autem dei. Dij facile ab hominib⁹ dignoscuntur.
Et autem mihi ipsi animus in pectoribus dilectis,
Magis irruit bellare & pugnare.
Prompti sunt autem subter pedes, & manus desuper.
Hunc aũt respondens allocutus est Telamonius Aiax:
Sic nunc & mihi circa lanceam manus intangibiles
Prompti sunt: & mihi robur mouetur: subter aũt pedibus
Impellor ambobus: promptus sum autem & solus
Hectori Priamidæ fortiter prompto pugnare.
Sic hi quidem talia inter se dicebant
Pugna læti, quam eis deus iniecit animo.

Interim autem post terram continēs concitauit Achiuos,
Qui apud naues ueloces recreabant dilectum cor:
Horum simul molesto labore dilecta membra soluta sunt:
Et ipsis labor in animo factus est uidentibus
Troianos, qui magnū murū transcenderant multitudine:
Hos hi inspicientes sub cilijs lachrymas fundebant.
Non enim dicebant fugere à malo: sed quatiens terram
Facile aggrediens fortes concitauit phalanges:
Teucrum ad prius & Leïtum uenit iubens,
Peneleumq; heroem, Thoantemq;, Deipyrumq;,
Merionemq;, & Antilochum peritos belli:
Hos hic concitans uerba uelocia allocutus est:

Neptun' cæteros Græcorū principes animat.

Pudor, Argiui pueri iuuenes, uobis ego
Pugnantibus confidebam seruare naues nostras.
Si autem uos bellum negligetis perniciosum,
Nunc autem uidetur dies à Troianis domari.
Heu certe magnam admirationem hanc oculis uideo
Grauem, quam nunquam ego finitum iri dicebam,
Troianos in nostras uenisse naues: qui prius
Timidis ceruis similes erant, quæ in sylua
Lycopantheris, pardalisq;, lupiq; cibi fiunt,
Vane errantes, imbelles, neq; in pugna:
Sic Troiani prius robur & manus Achiuorum
Expectare nolebant contrà, neq; paululum.
Nunc autem longe à ciuitate cōcauis in nauibus pugnāt
Ducis malignitate, negligentiaq; populorum,
Qui cum illo contendentes auxiliari nolebant
Nauibus uelocibus: sed interficiuntur in ipsis.
Sed si iam & omnino uere contrarius est
Heros Atrides late regnans Agamemnon,

Quoniam inhonorauit pedibus uelocem Pelidem:
Nos non aliquo modo est negligere bellum,
Sed medeamur cito: medicabiles mentes bonorum.
Vos aũt non amplius bene negligitis strenuã fortitudinẽ,
Omnes optimi existentes in exercitu: neq; ego
Viro contenderem, qui bellum negligit
Malus existens: uobis autem accuso circa animam:
O amici, cito iam aliquod malum facietis maius
Hac negligentia sed in mentibus ponite unusquisq;
Dedec⁹ & indignitatẽ. iã enim magna cõtẽtio mota est:
Hector iam apud naues uocem bonus pugnat
Fortis: rupit autem portas, & magnam seram.
Sic iubens Neptunus concitauit Achiuos.
Circum autem Aiaces duos stabant phalanges
Fortes, quas non Mars uituperaret interueniens,
Neq; Pallas populos expellens. nam optimi
Diuisi Troianosq; & Hectora diuinum expectant:
Cooperientes lanceam lancea, scutum scuto spisso.
Clypeus autem clypeum firmat, galea galeam, uirum uir:
Tangebant aũt equorũ crinium galeæ splendentibus conis
Annuentium, sic spissi instant, inter se.
Lanceæ autem plicantur audacibus à manibus
Concussæ hi aũt rectà mouent, pmpti sunt aũt pugnare.
Troiani aũt prius uerberauerũt condensi: incepit aũt Hector
Contrà promptus: rotundus sicut à petra,
Quem in uertice fluuius torrens expulit,
Rumpens magno hymbre aspera retinacula petræ,
Alteq; subsiliens uolat: resonat autem sub ipso
Sylua: hic autem fortiter ruit, firmiter donec ueniat
In planicie campi: tũc aũt non uoluitur impulsus quanuis.

Sic Hector usq; quidem minatus est usq; ad mare,
Facile uenire ad tentoria & naues Achiuorum,
Interficiens sed quando iam densis incidit turmis,
Stetit ualde implicitus: hi autē contrarij filij Achiuorum
Percutientes ensibusq; & lanceis utrinq; percutientibus,
Expulerunt à se. hic autem cedens appropinquatus est.
Clamauit autem ualde Troianis iens:
Troiani, & Lycij, & Dardani bellicosi,
Assistite, non diu me sustinebunt Achiui,
Et ualde instar turris seipsos arctantes:
Sed puto cedens sub lancea, si uerè me
Concitauit deorum optimus ualde sonās marit⁹ Iunonis.
Sic dicens, commouit robur & animum uniuscuiusq;
Deiphobus autem in his ualde sapiens iuit
Priamides ante autem tenebat scutum undiq; æquale,
Leuiter pedibus procedens, & scutiferos antegrediens.
Meriones autem ipsum obseruauit lancea lucida,
Et percussit, neq; aberrauit à scuto undiq; æquali
Taurino. hoc non transiuit, sed ualde prius
In corona crepuit longa lancea. Deiphobus autem
Scutum taurinum excussit à se: timuit autem animo
Lanceam Merionis prudentis, sed hic heros
Retro sociorū in multitudinē cessit. irat⁹ est aūt grauiter
Bis, uictoriaq; & lancea, quam fregit.
Perrexit autem ire ad tentoria & naues Achiuorum,
Portaturus lanceā longā quā eius in tentorijs reliquerat.
Hi autem alij pugnabant, clamor aūt pertinax insurgit.
Teucer autem primus Telamonius uirum interfecit
Imbrium bellicosum, multorum equorum Mentonis filiū.
Habitabat autem Pedasum ante uenire filios Achiuorum.

Filiam autem Priami nothẚm habuit Medesicastam.
Sed postquã Danaorũ naues uenerunt utrinq; impulsæ,
Iterũ in Troiã uenit, præcipuus aũt erat inter Troianos:
Habitabat aũt apud Priamũ, hic aũt ipsum honorabat æ-
Hũc filius Telamonis sub aure lãcea lõga (qualiter filijs:
Percussit, euulsit aũt lanceã: hic aũt retro cecidit fraxin⁹
Quæ montis cacumine longe circunspicuo (tanq.
Aere incisa tenera terræ folia appropinquauit.
Sic cecidit, circum aũt ipsius sonuerũt arma insignia ære.
Teucer autem ruit promptus arma spoliare:
Hector autem ruenti iaculatus est lancea lucida.
Sed hic quidem contra uidens euitauit æream lanceam
Paululũ: hic aũt Amphimachum diuitis filium Actorionis
Venientem ad bellum in pectore percussit lancea:
Sonuit autem cadens, sonuerunt & arma in ipso.
Hector autem ruit galeam capitibus aptam
Capite arripere magnanimi Amphimachi,
Aiax autem ruentem petijt telo lucido
Hectorem: sed neq; corpus transiuit: totus enim ære
Horrendo coopertus erat. hic aũt scuti umbilicũ pcussit.
Impulit autem ipsum robore magno hic aũt cessit retrò.
Ad mortuos utrosq;: hos autem extraxerunt Achiui:
Amphimachum quidem Stichius diuinusq; Menestheus,
Principes Atheniensiũ portauerũt ad populũ Achiuorũ:
Imbrium rursus Aiaces prompti strenuæ fortitudinis,
Sicut duo capram leones canum ab asperis dentibus — Comparatio leonis.
Rapientes portant in nemora spissa,
Altè super terra cum maxillis tenentes.
Sic hunc altè tenentes duo Aiaces armati
Arma spoliauerũt: caput autem tenero à collo

Incidit Oïlades iratus Amphimacho:
Iecit autem ipsum rotāter uersans per multitudinem;
Hectoris autem ante pedes cecidit in pulueribus.
Et nunc iam circa animam Neptunus iratus est
Nepote cadente in graui pugna.
Perrexit autem ire ad tentoria & naues Achiuorum,
Excitans Danaos: Troianis autem dolores fecit:
Idomeneus autem ei lancea inclytus obuiauit
Rediens à socio hic ei nuper bello
Venit in poplite percussus acuta lancea.
Hunc quidē socij extraxerāt: hic aūt medicis committens
Ibat ex tentorio. adhuc enim bellum cupiebat
Obuiare. hunc autem allocutus est rex Neptunus,
Assimilatus uocem Andremonis filio Thoanti,
Qui in omni Pleurone, & excelsa Calidone
Aetolis imperabat, deus aūt tanq̃ honorabatur in populo:
Idomenee Cretensium princeps, ubi minae
Iuerunt, quas Troianis minabantur filij Achiuorum?
Hūc aūt rursus Idomeneus Cretēsiū ductor cōtra allocutus est:
O Thoas: non aliqs uir nūc causa, quantū ego
Intelligo. omnes enim scimus pugnare.
Neq; aliquem timor tenet imbecillem, neq; aliquis pigritia
Obediens recusat bellum malum. sed sic
Videtur dilectum esse potenti Ioui,
Ignobiles perire ab Argo hic Achiuos.
Sed Thoas etenim ante bellicosus scis.
Incitas autem & alium, ubi negligentem uides:
Propter hoc neq; desine, iubeq; uiro unicuiq;.
Huic aūt respondit posteà Neptunus quatiēs terram:
Idomenee, non ille uir amplius redeat

Ex Troia, sed illic canum ludibrium fiat,
Quicunq; in die hoc uoluntarius dimittit pugnare.
Sed agè arma huc accipiẽs ueni. hæc autẽ pariter oportet
Festinare, si utilitas aliqua fiamus & duo existentes.
Coaugmẽtata enim uirtus est uirorũ, & ualde infirmorũ. Virtus hominũ coaugmẽtata pollet.
Nos autem & fortibus scimus pugnare.
Sic dicẽs, hic quidẽ retro iuit Deus in laborẽ uirorum:
Idomeneus aũt quando iam ad tentorium benefactũ iuit,
Induit arma pulchra circa corpus: accepit autem lanceas:
Perrexit autem ire fulguri similis, quod Saturnius
Manu accipiens concussit ab illustri olympo,
Ostendẽs signũ hominibus: manifesti aũt eius splendores.
Sic huius æs splendebat circa pectora currentis.
Meriones autem eius famulus bonus obuiauit
Prope adhuc tentorium, nam lanceam æream ibat
Portaturus: hunc autem allocuta est fortitudo Idomenei:
Meriones Moli fili, uelox, amicissime sociorum,
Cur uenis, præliumq; linquens & pugnam?
An in aliquo percussus es? teli autem te consumit cuspis?
An alicuius nuncius ad me uenis? neq; ipse
Sedere in tentorijs cupio, sed pugnare.
Hũc aũt rursus Meriones prudens cõtra allocutus est:
Idomenee, Cretensium princeps bellicosorum,
Venio, siqua tibi lancea in tentorijs relicta est,
Portaturus: hanc enim infregi, quam prius habui,
Scutum Deiphobi percutiens superbi.
Hũc aũt rursus Idomeneus Cretensiũ ductor cõtra allocutus est,
Lãceas si uolueris & unã et uiginti inuenies,
Stantes in tentorio ante conspectum splendentes
Troianas, quas interfectis abstuli: non enim puto

Viris inimicis longe stans pugnare.
Ideo mihi lanceæ sunt & scuta umbilicosa,
Et galeæ, & thoraces illustre splendentes.
  Hũc aũt rursus Meriones prudens cõtra allocutus est:
Et mihi apud tentorium & nauem nigram
Multa spolia Troianorum: sed non prope est capere.
Neq; enim neq; me dico oblitum esse fortitudinis,
Sed cum primis pugna in ancipiti
Sto, quando contentio mota est belli.
Alium aliquem magis Achiuorum bellicosorum
Obliuiscor pugnans: te autem scire ipsum puto.
  Hũc aũt rursus Idomeneus Cretẽsiũ ductor cõtra allocu(tus est:
Scio uirtutẽ q̃lis es: q̃d te oportet hæc dicere?
Si enim nunc apud naues colligamur omnes optimi
In insidias, ubi maxime uirtus apparet uirorum:
Tunc quiq; timidus uir quiq; fortis apparet,
Huius quidem enim mali uertitur corpus alibi alio.
Neq; enim quiete sedere sedatur in mentibus animus,
Sed claudicat, & in ambobus pedibus sedet:
Intus autem ei cor ualde pectoribus palpitat
Mortes cogitanti, sonus autem fit dentium.
Illius autem boni, neq; uertitur corpus, neque ualde
Timet, postquàm primum insedit insidias uirorum:
Optat autem cito misceri in prælio acri.
Neq; hic tuam fortitudinem & manus uituperabit.
Siquidem enim feriaris dolens uel uerberetis,
Non in ceruice à tergo cadat telum, neque in dorso:
Sed uel pectoribus uel uentri obuiabit,
Vlterius euntis ad primum pugnatorum conuersationem.
Sed agè ne hæc dicamus paruuli tanquàm

Stantes, ne aliquis superbe accuset.
Sed tu ad tentorium iens, cape fortem lanceam.
Sic dixit: Meriones autem, ueloci similis Marti,
Statim à tentorio accepit æream lanceam:
Rediit autem ad Idomeneum ualde belli curam habens:
Qualis autem perniciosus Mars ad bellum accedit.
Hunc aūt timor, dilectus filius simul Craterius et Atarbes
Sequuntur: quiq; terrebat fortem bellatorem:
Hi quidem ex Thracia Ephyros in armantur,
Vel in Phlegias magnanimos: neq; hi
Exaudiunt ambos: alteris autem gloriam dant.
Tales Merionesq; & Idomeneus ductores uirorum
Ibant in bellum, armati splendenti ære.
Hunc & Meriones prior uerbum allocutus est:
Deucalide, quomodo promptus es ire in multitudinem?
An in dexteram totius exercitus, an in medium,
An in sinistram? quoniam non usquàm existimo sic
Indigere belli comatos Achiuos.
Hūc aūt rursus Idomeneus Cretensiū dux cōtra allocu
Nauibus quidē in medijs auxiliari sunt & alij (tus est:
Aiacesq; duo, Teucerq; qui optimus Achiuorum
Sagittatione, bonus autem & in stataria pugna.
Hi ipsum satis satiabunt & studiosum belli
Hectora Priamidem, etsi ualde fortis est:
Arduum ei erit ualde prompto pugnare,
Illorum uincenti fortitudinem & manus intangibiles,
Naues incendere: quando non ipse Saturnius
Iniciat ardentem torrem nauibus uelocibus.
Viro autem non est similis magnus Telamonius Aiax,
Qui mortalis sit & comedat Cereris cibum.

Aereq; rumpibilis magnisq; saxis
Neq; Achilli forti cedet
In eadē statoria: pedibus aūt non aliquo mō est cōtendere:
Nobis autem huc in sinistra perge exercitus, ut q̄primum
Videamus an alicui gloriam dabimus, an aliquis nobis.
Sic dixit: Meriones autem ueloci similis Marti
Incepit ire quousq; puenerūt ad exercitū, quo ipsum iussit.
Hi aūt postq̄ Idomeneū uiderūt flammæ similē fortitudine
Ipsum, & famulum cum armis uarijs,
Hortantes in multitudine in ipsum omnes iuerunt:
Horum autem una fuit contentio ad ultimas naues.
Sicut autem sub stridentibus uentis festinant turbines
Die illo, quando plurimus puluis circa uias,
Qui simul pulueris magnam faciunt nebulam:
Sic horum simul uenit pugna: prōpti aūt erant in animo,
Inter se in multitudine interficere acuta lancea.
Inhorruit autem pugna corruptrix hominum lanceis
Lōgis, quas tenebāt incidētes corp⁹: oculos aūt obscurauit
Splendor ærearum galearum longe splendentium,
Thoracumq; nuperpolitorum, scutorumq; lucidorum
Venientium simul: ualde duricordis esset,
Qui tunc gauderet uidens laborem, neq; tristaretur.
Hi autem seorsum cogitantes duo Saturni filij fortes,
Viris heroibus fecerunt labores difficiles.
Iupiter quidem Troianis & Hectori uolebat uictoriam,
Glorificans Achillem pedibus uelocem, neq; hic omnino
Volebat populum perire Achaicum Troiam ante:
Sed Thetim glorificabant, & filium magnanimum.
Argiuos autem Neptunus concitabat aduenienss,
Clanculum prodiens albo è mari: dolebat enim

Troianis dominos: Ioui autem fortiter iratus erat.
Certe quidem ambobus una generatio & una patria:
Sed Iupiter prior generatus erat, & plura sciebat,
Propter hoc & manifeste quidem auxiliari fugiebat.
Clanculũ aũt semper cõgregabat in exercitũ uiro similis.
Hi autem contentionis certis & similis belli,
Finem permutantes in ambobus extendebant,
Incorruptibilemq; insolubilemq; multorum genua soluit.
Tunc semicanus quamuis existens, Danais exhortans,
Idomeneus Troianis insiliens in fugam incitauit,
Interfecit enim Othryoneum ex Cabeso intus uenientem,
Qui nuper belli ad gloriam uenit.
Petijt autem Priami filiarum specie optimam
Cassandram indotatam: promisit autem magnum opus,
Ex Troia inuitos expellere filios Achiuorum.
Huic autem senex Priamus promisit, & annuit
Dare: hic autem pugnabat promissionibus confisus.
Idomeneus autem ipsum obseruauit lancea lucida,
Et percussit subliminter incedentẽ assequens, neq; iuuit thorax
Aereus quẽ ferebat: medio aũt in uẽtre fixit:
Sonuit autem cadens. hic gloriabatur exclamabatq;,
Othryonee supra iam te mortales laudo omnes,
Si uere iam omnia perficies; sicut promisisti
Dardanidæ Priamo: hic autem promisit filiam suam;
Et tibi nos hæc promittentes perficiemus.
Dabimus autem Atridæ filiarum specie optimam
Argo ex ducentes nubere, si nobiscum
Troiam destrues bene ædificatam urbem.
Sed sequere ut in nauibus paciscamur p mare trãseuntibus
Circa nuptias: quoniam nõ tibi dotis datores mali sumus.

Idomeneus Cretensium dux Othryoneũ occidit.

Sic dicens pede traxit in fortem pugnam
Heros Idomeneus: huic autem Asius uenit auxiliator
Pedestris ante equos: hos autem spirantes in humeris
Semp tenebat auriga famul⁹, hic aũt prõptus erat animo
Idomenea pcutere: hic aũt ipsum præueniẽs pcussit lãcea
Guttur sub mento: totaliter autem lanceam impulit.
Cecidit aũt sicut quãdo aliqua quercus cecidit, uel popul⁹,
Vel pinus alta, quam in montibus fabri uiri
Inciderunt securibus acutis nauale esse.
Sic hic ante equos & currum iacebat extensus
Murmurans, puluere inuolutus cruento.
Ipsius aũt auriga pculsus est mentibus, quas ante habebat:
Neq; hic ausus est, hostium manus uitans,
Retro equos uertere: hunc autem Antilochus bellicosus
Lancea medium transfixit assequens: neq; iuuit thorax
Aereus quem portabat: medio autem in uentre fixit.
Sed hic anhelans benefacto excidit curru.
Equos autem Antilochus magnanimi Nestoris filius
Abduxit Troianorum ad fortes Achiuos:
Deiphobus autem ualde prope uenit Idomeneum
Asio tristatus, & iaculatus est lancea lucida.
Sed hic quidem contra uidens, euitauit æream lanceam
Idomeneus: occultatus enim est sub scuto undiq; æquali,
Quod hic pellibus boum & splendido ære
Rotundum portabat duobus loris factum,
Hoc sub totus tectus est: hoc aũt superuolauit ærea lancea.
Resonanter autem eius scutum attingentis resonuit
Lancea, neq; uanam graui manu emisit:
Sed percussit Hippasidem eximium pastorem populorum
Iecur sub præcordijs: statim autem genua soluta sunt.

Deiphobus autem ualde gloriabatur longe clamans:
Non rursus inultus iacet Asius, sed ipsum dico
In infernum euntem portarum ualidarum fortem
Lætari in animo, quoniam ei dedi socium.
Sic dixit: Argiuis autem dolor factus est iactante:
Antilocho autem maxime prudenti animum commouit:
Sed neq; tristans sui curam abiecit socij,
Sed ruens iuit, & ei scutum circumtexit.
Hunc quidem postea subeuntes duo amicabiles socij
Mecistheus Echij filius, & diuinus Alastor,
Naues in concauas portabant grauiter lamentantem.
Idomeneus aût nõ cessauit robore magno: cupiebat aût sem (per
Vel aliquẽ Troianorũ obscura nocte cooperire,
Vel ipse cadere expellens exitium Achiuis.
Tunc Esiati dilectum filium
Heroem Alcathoum: gener autem erat Anchisæ:
Seniorem autem duxit filiarum Hippodamiam,
Quam circa cor dilexit pater & pudica mater
In domo: omnem enim coæuitatem superauit
Pulchritudine, & operibus, & mentibus: ideo & ipsam
Duxit uir optimus in Troia lata.
Hunc tunc sub Idomeneo Neptunus domuit
Decipiens oculos lucidos: torpefecit autẽ illustria mẽbra.
Neq; enim retro fugere poterat, neq; gressum mouere:
Sed tanquam truncum uel arborem magnam
Quietè stantem, pectus medium uulnerauit lancea
Heros Idomeneus: fregit autem ei dupliciter loricam
Aeream, quæ ei ante à corpore expellebat mortem.
Iam tunc ualde clamauit scissus ab lancea:
Resonuit autem cadens: lancea autem in corde fixa est,

Hippodamia Aeneæ filia

Quod ipsi palpitans & ad cuspidem appropinquauit
Lanceæ: tunc autem postea dimisit robur fortis Mars:
Idomeneus autem ualde gloriabatur longe exclamans:
Deiphobe, non tibi uidemur dignum esse
Tres uno pro interfecisse: quoniā tu gloriaris inaniter in
Sed & ipse contrarius statue te mihi, (felix,
Vt uideas qualis Iouis semen huc uenio,
Qui primum Minoa genuit Cretæ custodem:
Minos autem rursus, genuit filium optimum Deucalionē
Deucalio autem, me genuit multis uiris imperatorem
Creta in alta: nunc autem huc naues portauerunt,
Tibiq; malum & patri & alijs Troianis.
Sic dixit: Deiphobus autem dupliciter cogitauit
Vel aliquem Troianorum assumere magnanimorum
Retrocedens, uel experiretur & solus.
Sic autem ei cogitanti, uisum est conducibilius esse
Ire ad Aeneam, quem ultimum inuenit multitudinis
Stantem: semper enim Priamo iratus erat diuino:
Quoniam bonum existentem inter uiros non honorauit.
Prope autem stans, uerba uelocia allocutus est:
Aenea, Troianorum princeps, nunc te ualde oportet
Genero auxiliari, siquid te cura tangit.
Sed sequere, Alcathoo auxiliemur, qui te antea,
Gener existens, nutriuit domibus in paruulum existentē.
Hunc autem Idomeneus lancea inclytus spoliauit.
Aeneæ cum Idomeneo cōgressus. — Sic dixit: huic autem animum in pectoribus concitauit,
Iuit autem ad Idomeneum ualde belli cupidus.
Sed nō Idomeneū timor accepit adolescentulum tāquam,
Cōparatio suis agrestis — Sed expectabat, sicut quādo aliqua sus mōtibus robore cōfi.
Quæ expectat tumultū uenientē multū uirorum (sa,

Loco in deserto: horruit autem dorsum desuper,
Oculi autem ei igne splendebant, & dentes
Acuit expellere promptus canes, ac & uiros.
Sic expectabat Idomeneus lãcea inclytus (neq; retrocessit)
Aeneam aduenientem uoce uelocem: uocabat autem socios
Ascalaphumq; inspiciens, Aphareumq;, Deipyrumq;,
Merionemq;, & Antilochum, peritos belli.
Hos hic concitans, uerba uelocia allocutus est.
Venite amici, & mihi auxiliamini: timeo autem grauiter
Aeneam aduenientem pedibus uelocem, qui aggressus est,
Qui ualde fortis est pugna in, uiros interficere:
Et autem habet ætatis florẽ, quod potentia est maxima.
Si enim eodem tempore nati essemus, hoc in animo
Statim uel reportaret magnam gloriam, uel reportarem.
Sic dixit: hi aũt omnes unũ mentibus animũ habentes,
Propinqui steterunt, clypeos humeris declinantes.
Aeneas autem ex altera parte hortatus est suos socios,
Deiphobumq;, Paridẽq; inspiciens, & Agenorem diuinũ.
Hi eo cum, ductores Troianorum erant, sed postea
Populi sequebantur, tanquàm post arietem sequũtur oues
Pingues ex herba: lætatur autem mente pastor.
Sic Aeneæ animus in pectoribus lætatus est,
Postq̃ uidit populorũ multitudinem sequẽtem eum ipsum.
Hi autem circa Alcathoum prope ruerunt
Longis lanceis, circa pectora autem æs
Horrendum resonabat obseruantium in multitudine
Adinuicem: duo autem uiri bellicosi præter cæteros,
Aeneasq; & Idomeneus similes Marti,
Cupiebant inter se incidere corpus crudeli ære.
Aeneas autem primus iaculatus est Idomeneo.

Cõparatio ouium.

Sed hic quidem contra uidens, deuitauit æream lanceam.
Cuspis autem Aeneæ tremens in terram
Iuit, quoniam uana forti manu ruit.
Idomeneus autem Oenomaum percussit uentre medio:
Rupit autem ei thoracis concauitatem: intestina autẽ æs
Lacerauit: hic autem in pulueribus cadẽs accepit terrã cu
Idomeneus aũt ex quidẽ mortuo longã lanceã (bito
Euulsit. neq; item alia potuit arma pulchra
Humeris auferre: urgebatur enim telis.
Non enim amplius firma membra pedum erant in citato,
Neq; irruere ad suam sagittam, neq; uitare.
Ideo & in stataria quidem auxiliatus est sæuus dies:
Fugere aũt non amplius celeriter pedes ferebant ex bellõ.
Huic autem sensim abeunti iaculatus est lancea lucida
Deiphobus: iam enim ei habebat iram perpetuam semper.
Sed hic & tũc errauit: hic aũt Ascalaphũ percussit lãcea
Filium Martis: per humerum autem fortis lancea
Trãsiuit: hic aũt in pulueribus cadẽs, accepit terrã cubito.
Neq; dum audiuerat late sonãs fortis Mars
Filium suum cadentem in forti pugna,
Sed hic arduo olympo sub aureis nubibus
Sedebat Iouis consilijs prohibitus, ubi alij
Immortales Dei erant prohibiti bello.
Hi autem circa Ascalaphum prope ruerunt.
Deiphobus quidem ab Ascalapho galeam lucidam
Rapuit. Meriones autem ueloci similis Marti,
Lancea brachium confixit insiliens: ex autem manu
Acuta galea humum resonuit cadens,
Meriones autem iterum insiliens uultur tanquam,
Extraxit prono brachio fortem lanceam.

Retro aũt sociorũ in multitudinem cessit: hũc aũt Polites
Germanus per medium manus extendens,
Exportauit bello destructibili, donec iuit ad equos
Veloces, qui ei à tergo pugnæ & belli
Stabant: aurigamq; & currus ornatos habentes.
Hi hunc ad ciuitatem portabant grauiter lamentantem,
Cõsumptũ: per aũt sanguis nup uulneratã fluebat manũ.
Hi aũt alij pugnabãt: clamor aũt inextinguibilis mouebat.
Aeneas autem Aphareum Caletoridem irruens
Iugulo ferit in eum uerso acuta lancea. (est
Inclinatũ est in alterã partẽ caput: in aũt scutũ contactũ
Et galea: circa aũt eum mors fusa est, animum destruẽs.
Antilochus autem Theonem terga uertentem obseruans,
Vulnerauit irruens: uenam autem omnem amputauit:
Quæq; in dorsa currens, totaliter ceruicem peruenit,
Hanc omnem abscidit: hic autem supinus in pulueribus
Decidit ambas manus dilectis socijs extendens,
Antilochus aũt accurrit, & abstulit arma ab humeris
Accipiens. Troiani autem circunstantes aliunde alius
Pulsabant scutum latum, pulchrum, neq; poterant
Intus radere tenerum corpus sæuo ære
Antilochi. ualde enim Neptunus quatiens terram,
Nestoris filium trahebat, & inter multa tela.
Non quidem enim aliquãdo sine inimicis erat, sed in ipsos
Vertebat, neq; ei lanceã habebat quiete, sed ualde semper
Concussam uertebat: obseruabat autem mentibus suis
Vel alicui iaculari, uel prope ruere:
Sed non latuit Adamanta obseruans in multitudine
Asiadem, qui ei percussit scutum medium acuto ære
Prope ruens: debilitauit autem eius cuspidem

Aeneas Aphareum occidit.

Cœruleorum crinium Neptunus uitæ inuidens.
Et hæc quidem illic mansit tanquam spina inita
In scuto Antilochi; hæc autem medio iacet in terra.
Retro aũt sociorũ in multitudinem recessit mortẽ fugiẽs:
Meriones autem abeuntem insecutus, percussit lancea
Genitalium in medio & umbilici: ubi maxime
Fit Mars tristis ærumnosis hominibus,
Illic eius lanceam defixit: hic autem sequens circa lanceã
Palpitabat, sicut quãdo bos quẽ in montibus bubulci uiri
Vinculis non uolentem, ui ligantes ducunt:
Sic hic uerberatus palpitabat paululum, non ualde diu,
Donec ei ex corpore lanceam reuulsit prope iens
Heros Meriones: hunc autem tenebræ in oculis cooperuit.
Deipyrum autem Helenus ense prope percussit tempore
Thraicio magno: galeam autem fregit.
Hæc quidẽ excussa humũ decidit, & quidam Achiuorum
Pugnantium ad pedes reuolutam colligit.
Hunc autem in oculis æterna nox cooperuit.
Atridem autem dolor accepit uocem bonum Menelaum.
Iuit autem minans Heleno heroi regi
Acutam lanceam uibrans: hic aũt artus ulnam trahebat.
Hi autem sequebantur: hic quidem lancea acuta
Promptus erat iaculari: hic autem, à neruis sagittam.
Priamides quidem postea circa pectus percussit sagittã
Thoracis conuexum: reuolauit autem amara sagitta.
Sicut autem quando à lata pala magna in area
Saliunt fabæ nigræ uel cicera
Flatu à stridulo & uentilatoris motu:
Sic à thorace Menelai gloriosi
Multum percussa longe uolauit amara sagitta.

Menelai facinora aliquot.

Atrides autem manum uocem bonus Menelaus
Hanc percussit, quæ tenebat arcum politum: in autē arcu
Contra per manum fixa est ærea lancea.
Retro autem sociorū in multitudinē cessit mortē fugiens
Manum suspendens: hæc autem trahebatur ærea lancea.
Et hanc quidem ex manu reuellit magnanimus Agenor.
Ipsam autem colligauit bene retorta ouis lana
Fundam, quam ei famulus habebat pastori populorum.
Pisandrus autem recta Menelao glorioso
Ibat: hunc autem ducebat fatum funestum mortis ad finē.
Tibi Menelaë interfici in graui pugna.
Hi autem quando iam prope erant inter se euntes,
Atrides quidē errauit: præter aūt ipsum uersa est lancea.
Pisandrus autem scutum Menelai gloriosi
Percussit, neq; totaliter potuit æs transmittere.
Detinuit enim scutum latum: fracta est aūt circa ferrum
Lācea: hic aūt mētibus suis lætat⁹ est, & sperabat uictoriā.
Atrides aūt extrahens ensem argenteorum clauorum,
Insiliit in Pisandrum: hic autem sub scuto accepit bonam
Securim bene æratam, oleaginum circa manubrium
Longum politum: simul autem inter se inierunt.
Certe hic quidē galeæ conum percussit equinarum setarū,
Altam sub cristam ipsam: hic autem aduenientem fronte
Naso super ultimo: sonuerunt autem ossa: ipsius aūt oculi
Ante pedes cruenti humum deciderunt in pulueribus.
Reuolutus est aūt cadēs: hic aūt calce in pectoribus iens
Armaq; expoliauit, & gloriabundus uerbū locutus est:
Relinquite sic naues Danaorum uelocesequos habentium
Troiani superbi, grauis insatiabiles belli,
Alio quidem nocumentoq; & turpitudine non indigentes,

Quo me uituperastis mali canes, neq; animo
Iouis ualde sonantis difficilem timuistis iram
Hospitalis, qui aliquādo uobis destruet ciuitatē excelsam,
Qui meam uirginem uxorem, & opes multas
Sine causa uenistis abducētes: quoniā hospitati fuistis ab i-
Nunc rursus in nauibus furitis pōto transeuntibus (psa,
Ignē perniciosum iacere: interficere aūt heroas Achiuos:
Sed alicubi abstinetis & studiosi Martis.
Iupiter pater certe te dicunt supra montibus esse alios
Viros & deos: te autem ex, hæc omnia fiunt:
Qualé iam uiris donas contumeliatoribus
Troianis, quorum robur debile, neq; possunt
Pugna satiari æqualis belli.
Omnium quidem satietas est & somni & Veneris,
Cantusq; dulcis, & irreprehensibilis choreæ.
Horum autem aliquis & magis cupit amorem expellere
Quàm belli: Troiani autem pugnæ insatiabiles sunt.
Sic dicens, hæc quidem arma à corpore cruenta
Detrahens, socijs dedit Menelaus irreprehensibilis.
Ipse aūt retro iterū iens primis pugnatoribus immistus est.
Tunc ei filius insilijt Pilæmenei regis
Harpalium, qui patrem dilectum sequebatur bellans
In Troiam, neq; retro abijt in patriam terram,
Qui tunc Atridæ medium scutum percussit lancea
Prope, neq; totaliter potuit æs trajcere:
Retro autem sociorū in multitudinē cessit mortē fugiēs,
Vndiq; aspiciens nequis corpus ære attingat.
Meriones abeuntis misit æream sagittam,
Et fixit coxam dexteram: sed sagitta
Contra in pubem subter os transiuit.

Sedens autem illic amicorum in manibus sociorum
Animũ exhalãs tanq̃ uermis in terra (cit aũt terrã:
Iacebat extẽsus:extra aũt sanguis niger fluebat : madefe-
Hunc quidẽ Paphlagones magnanimi circum currebant:
In autem curru apponentes ducebant ad Troiam sacram
Dolentes: cum autem ipsis pater ibat lachrymas fundens,
Vltio autem nulla filij facta est mortui.
Hoc autem Paris ualde animo interfecto iratus est.
Hospes enim ei erat cum Paphlagonibus.
Hoc hic iratus præmittit æream sagittam.
Erat autem quidem Euchenor Polyidi uatis filius,
Diuesq; bonusq;, Corinthi domos habitans:
Qui bene sciens mortem perniciosam in nauem iuit.
Sæpe enim ei dicit senex bonus Polyidus
Morbo sub atroci corrũpi suis in domibus,
Vel in Achiuorum nauibus à Troianis interfici.
Hoc simul molestum damnum fugit Achiuorum,
Morbumq; odiosum, ut non pateretur dolores animo:
Hũc percussit inter maxillã & aurẽ: celeriter aũt animus
Iuit à membris:odiosa autem ipsum tenebra accepit.
Sic hi quidem pugnabant corpus igne urente.
Hector autem non audiuerat Ioui dilectus, neq; sciebat
Quod eius nauium in sinistra parte profligabantur
Populi ab Argiuis: cito autem & gloria Achiuorum
Erat. talis enim terramquatiens Neptunus
Cõcitabat Argiuos: fortitudini autem ipse auxiliabatur.
Sed tenebat ubi primum portas & murum insilierat
Rumpens Danaorum densos ordines scutatorum,
Vbi erant Aiacisq; naues & Protesilai
Littore in maris cani tractæ: sed desuper

Murus ædificatus est fragilissimus, ubi maxime
Valde grauantes erant pugna ipsiq; & equi.
Illic autem Bœotij, & Iaones longarum uestium,
Locri, & Phthij, & fortes Epij,
Studio assilientem nauibus impellebant: neq; poterant
Expellere à se flammæ similem Hectora diuum.
Hi quidem Atheniensium primi numerati: in autem his
Dux erat filius Petei Menestheus: ipsum aũt simul seque-
Phydasq;, Stichiusq;, Biasq; bonus. sed Epiorum (bantur.
Phylidesq; Meges, Amphionq;, Draciusq;,
Prophthionq; Medonq;, bellicosus Podarces:
Certe hic quidem nothus filius Oilei diuini,
Fuit Medon, Aiacis frater, & habitabat
In Phylace terra à patria uirum interficiens
Fratrem nouercæ Eriopidis, quam habebat Oileus.
Sed hic Iphicli filius Phylacidæ.
Hi quidem ante Phthios magnanimos armati
Nauibus auxiliantes cum Bœotijs pugnabant:
Aiax autem non amplius omnino Oilei uelox filius,
Stabat ab Aiace Telamonio neq; paululum.
Sed sicut in nouali boues nigri graue aratrum,
Aequalem animum habentes trahunt, circa aũt ipsorum
Prona cornua multus refluit sudor:
Hos quidem iugum solum politum diuisim continet,
Promptos in sulco: inciditur autem profunditas campi.
Sic hi aduenientes stabant inter se:
Sed certe Telamoniadem multiq; & boni
Populi sequebantur, qui ei scutum detrahebant.
Quando ipsum laborq; & sudor genibus accipiebat.
Neq; Oiliadem magnanimum Locri sequebantur.

Non enim ipsis statarìa pugna manebat dilectum cor.
Non enim habebant galeas æreas equinorum crinium:
Neq; habebant scuta rotunda, & fraxineas lanceas,
Sed arcubus & bene retorta ouis lana
Troiam in simul secuti sunt confisi suis: postea
Frequentes iacientes Troianorum ruperunt phalanges.
Iam tunc hi quidem ante cum armis pulchris
Pugnabant, Troianisq;, & Hectori ære armato.
Hi autem à tergo iacientes latebant. neq; pugnæ
Troiani recordabantur, turbabant enim sagittæ.
Tunc ingloriose nauibus à & tentorijs
Troiani recessissent ad Troiam uentosam,
Nisi Polydamas audacem Hectorem dixisset apud stans: Polydamas Hectorē obiurgat.
Hector, indocilis es admonitionibus obedire,
Quoniam tibi dedit deus bellica opera,
Ideo & consilio uis supra scire alios,
Sed nullo modo simul omnia poteris ipse accipere.
Alij quidem enim tribuit deus bellica opera, Dij alijs alia cōferūt.
Alij autem saltationem, alij cytharam & cantum,
Alij autem in pectoribus ponit mentem latesonans Iupiter
Bonam: hoc autem multi fruuntur homines.
Et ciuitates seruauit: maxime autem ipse scit.
Sed ego dico sicut mihi uidentur esse optima.
Vndiq; enim te circum corona belli cinxit.
Troiani autem magnanimi postq̄ trans murum iuerunt,
Hi quidem cessant cum armis: hi autem pugnant
Pauci multis, uagantes circa naues:
Sed ingrediens uocat huc omnes optimos.
Hinc autem ualde omne consultemus consilium,
An in nauibus multarum sedium cadamus,

Si uoluerit deus dare uictoriam: an posteà
A nauibus recedere innocui: certe enim ego
Timeo ne hesternum reddant Achiui
Debitum: quoniam apud naues uir insatiabilis belli
Expectat, quē nō amplius omnino pugna cessare puto.
Sic dixit Polydamas, placuit aūt Hectori uerbū bonū:
Statim autem ex curribus cum armis saltauit humum,
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est:
Polydamas, tu quidem hic contine omnes optimos,
Sed ego illuc uado, & occurro bello.
Statim autem ueniam retro postq̄ bene his imperauero.
Dixit, & abijt monti niuali similis
Inclamans: per autem Troianos uolabat & auxiliares.
Hi autem in Panthœdem amantem uiros Polydamanta,
Omnes irruerunt, postq̄ Hectoris audiuerunt uocem.
Sed hic Deiphobumq; uimq; Heleni regis,
Asiademq; Adamanta, & Asium Hyrtaci filium,
Ibat inter primos pugnatores, quærens, sicubi inueniret.
Hos aūt inuenit nō amplius oīno sospites neq; mortuos,
Sed hi quidem iam nauibus in puppibus Achiuorum,
Manibus ab Argiuorum iacebant animas perdentes:
Hi autem in muro erant percussi uulneratiq;:
Hunc autem fortè inuenit pugnæ in sinistra flebilis
Diuinū Alexādrū Helenæ maritum pulchros crines hābē-
Hortantemq; socios, & incitantem pugnare. (tē
Prope autem stans allocutus est turpibus uerbis:
Male Paris, specie optime, mulierose, deceptor,
Vbi Deiphobusq; uir Heleni Regis
Asiadesq; Adamas, & Asius Hyrtaci filius?
Vbi & Othrioneus? nunc perijt omnis ab arce

Hector Polydamanti paret.

Hector Alexand. conuitijs incessit.

Troia alta, nunc tibi saluum ultimum exitium.
Hunc aũt rursus allocutus est Alexander speciosus Hector, quoniam tibi est animus insontem inculpare
Aliis iam aliquando magis recedere bello
Possum, quoniã neq; me prorsus impotentem genuit mater.
Ex quo enim apud naues pugnam suscitasti sociorum,
Ex eo hic existentes pugnamus Danais
Indesinenter: socij autem interfecti sunt, quos tu inquiris.
Soli Deiphobusq; uisq; Heleni Regis
Iuerunt longis numerati lanceis
Ambo in manu: cædem autem expulit Saturnius.
Nunc autem i præ, quò te cor animusq; iubet:
Nos autem prompti simul sequemur: neq; dico
Strenuitatis indigere quanta potentia adest.
Præter potentiam non est & amittentem pugnare.
Sic dicens, dissuasit fratris mentes, heros.
Contendũt aũt ire ubi maxime pugna & prælium erat,
Circumq; Cebrionem, & eximium Polydamanta,
Phalcem, Ortheumq;, & diuinum Polyphœtem,
Palmimq;, Ascaniumq;, Morimq;, filios Hippotionis,
Qui ex Ascania fructifera uenerunt redeuntes
Die priori, tunc autem Iupiter coëgit pugnare.
Hi autem ibant molestorum uentorum similes procellæ,
Quæ cum tonitruo patris Iouis uadit in terram,
Magno autem strepitu mari miscetur, in autem multæ
Vndæ crepitantes resonantis maris
Curuæ spumosæ, ante quidem aliæ, & postea aliæ:
Sic Troiani ante quidem alij instructi, & postea alij
Ferro fulgentes simul duces sequebantur:
Hector autem præibat homicidæ similis Marti

Alexander Hectori respondet.

Comparatio procellæ.

Priamides ante se autem habebat scutum undiq; æquale,
Pellibus factum: multum autem super fabricatũ erat æs:
Circa aũt ipsum temporibus splendida mouebatur galea:
Vndiq; autem circum phalanges penetrauit ante iens:
Si quo modo ei cederent scutiferi præeunti.
Sed non confundit animum in pectoribus Achiuorum.
Aiax autem primus prouocauit longe iens:

Aiax Hectori.

Infelix, propius accede, cur terres ita
Argiuos? non pugnæ imperiti sumus,
Sed Iouis flagello malo domiti sumus Achiui:
Certe tibi animus desiderat destruere
Naues: statim autem manus auxiliari sunt & nobis.
Certe multo præueniet bene habitatata ciuitas uobis,
Manibus à nostris captaq; destructaq;.
Tibi autem ipsi dico prope esse, quando ne fugiens
Supplicabis Ioui patri, & alijs immortalibus,
Velociores accipitribus esse pulchrorum crinium equos,
Qui te ad ciuitatem portabunt puluerãtes per campum.
Sic ei dicenti, uolauit dextera auis
Aquila altiuolans, subclamauit aũt populus Achiuorum
Confisus augurio: huic autem respondit illustris Hector:

Hector Aiaci.

Aiax, nugator, iactator, quid dixisti?
Vtinam enim ego sic Iouis filius Aegiochi
Essem dies omnes, peperisset autem me pudica Iuno,
Honorarer autem sicut honoratur Minerua & Apollo,
Sicut nunc dies hæc malum portabat Argiuis
Omnibus ualde: in aũt tu quibus interficieris, si sustinebis
Expectare meã lanceam longã, quæ tibi corpus floridum
Lacerabit, & Troianorum satiabis canes & aues
Pinguedine & carnibus, cadens in nauibus Achiuorum.

Sic uociferans præcessit: hi autem simul sequebantur
Clamore magno: reclamauit autem populus à tergo:
Argiui autem uicissim reclamauerunt, neq; obliti sunt
Strenuitatis, sed expectabant Troianorum aduenientes optimos
Clamor autem utrorunq; iuit ad æthera & Iouis lampadas.

ARGVMENTVM Ξ. HOMERI COMPOSITIONIS.

AGamemnon assumens uulneratos & Nestorem, cum ipsis exiuit in bellū: Iuno autem cingulum accipiens à Venere descendit, & somnum tenens soporauit Iouem. Neptunus autem Græcis auxiliatur, & multa cædes fit Troianorum: Aiax autem lapidem iaciens, Hectora percutit: hic autem extrahens sanguinem exanimatur.

ILIADIS Ξ. HOMERI COMPOSITIONIS.

xi Iouem somno, lectisq; decepit Iuno.



Estora autem nõ latuit clamor biben
tem quamuis tamen:
Sed Aesculapiadæ uelocia uerba di-
xit:
Considera diue Machaon, quomodo
erunt hæc opera:
Magnus iam apud naues clamor fortium iuuenum.
Sed tu quidem nunc bibe sedens nigrum uinum,
Donec calidas aquas pulchrorum crinium Hecameda
Calefaciat, & abluat saniem cruentam.
At ego iens actutum cognoscam in speculam.
Sic dicens, clypeum accepit paratum filij sui
Iacentem in tentorio Thrasimedis bellicosi,
Aere totum lucidum: hic autem tenebat scutum patris sui.
Accepit autem fortem lanceam acutam acuto ære:
Statuit autem extra tentorium: protinus autem inspexit
rem indignam:
Hos quidem turbatos, hos autem turbantes à tergo
Troianos magnanimos: dirutus est murus Achiuorum.
Sicut autem quando nigrescit pelagus magnũ unda leui,
Videns stridulorum uentorum celeres uias
Coparatio maris. Inaniter, neq; uoluitur, neq; in alio loco
Ante aliquẽ, donec aliquẽ dimissum descendere ex Ioue
Sic senex commouebatur diuisus in animo (uenium.
Dupliciter, utrũ ad multitudinẽ iret Danaorũ uelocium
An ad Atridẽ Agamẽnona pastorẽ populorũ. (equorũ,
Sic autem ei cogitanti, uisum est melius esse

Ire ad Atridem: hi autem inter se interficiebant
Pugnantes: resonabat aũt eis circa corpus æs indomitum
Percussorum: ensibusq; & lanceis utrinq; incidentibus.
Nestori autem obuiauerunt diuini reges
A nauibus uenientes, quod uulnerati erant ære;
Tydides, Vlyssesq;, & Atrides Agamemnon,
Multum enim seorsum à pugna tractæ erant naues
Littore in maris albi. has enim primas in terram
Traxerant: sed murum in ultimis ædificarunt.
Neq; enim neq; latum existens poterat omnes
Littus naues capere: arcti fuissent autem populi:
Ideo unam prope aliam traxerant, & impleuerant totius
Littoris oram longam, quantam collegerãt extremitates.
Ideo hi desiderantes uidere clamorem & bellum,
Lancea firmati ibant congregati: tristabatur autem ipsis
Animus in pectoribus: hic autem obuiauit
Nestor: terruit autem animum in pectoribus Achiuorum.
Hunc & uociferans allocutus est rex Agamemnon:
O Nestor Neleide, magna gloria Achiuorum,
Cur linquens prælium corruptibile huc uenis?
Timeo ne iam mihi perficiat uerbum fortis Hector,
Sicuti quidam minatus est in Troianos concionans:
Non prius à nauibus ad Troiam redire,
Quàm igne naues comburere: interficere aũt & ipsos.
Ille sic dixit: iam tunc omnia perficiuntur:
Heu amici, certe & alij fortissimi Achiui
In animo ponunt mihi iram, sicut Achilles,
Neq; uolunt pugnare in ultimis nauibus.

Nestor ad Agamemnonem pergit.

Huic aũt respondit postea honorat⁹ equitator Nestor:
Certè hæc prompta facta sunt: neq; aliter

Iupiter altitonans ipse parauit.
Murus quidem enim iam dirutus est, cui confidebamus,
Incorruptibilem nauiumq; & ipsorum tutelam fore.
Hi autem ad naues ueloces pugnam atrocem habent
Incessanter, neq; adhuc cognosceres ualde speculans:
Vtranq; in partem Achiui commoti turbantur,
Sic misti interficiuntur: clamor autem in cœlum uadit,
Nos autem dispiciamus, quomodo erunt hæc opera,
Siquid mens fecerit: at bellum non nos suadeo
Ingredi. non enim ulneratum est pugnare.

Saucius prælio inutilis.

Hūc aūt rursus allocutus est rex uirorum Agamēnō:
Nestor, quoniam iam nauibus in ultimis pugnant,
Murus autem neq; iuuat fabricans, neq; fossa,
Qua in multa passi sunt Danai, sperabant autem animo
Incorruptibilem nauiumq; & ipsorum tutelam fore:
Sic Ioui debebat potenti placitum esse,
Sine nomine perire longe ab Argo hic Achiuos.
Scio quidem enim quando promptus Danais auxiliatus est.
Scio autem nunc quod hos quidem simul cum beatis deis
Glorificat: nostrum autem robur & manus ligauit.
Sed age sicut ego dico, persuadeamur omnes,
Naues quæcunq; primæ subductæ sunt prope mare
Trahamus: omnes autem deducamus in mare humidum,
Altè ab anchoris proruamus, donec ueniat
Nox diuina, si & eâ ab cesserint à bello
Troiani: postea autem deducemus naues omnes.

Vlysses Agamemnoni fugam suadēti refragatur.

Non enim aliqua uituperatio fugere malum neq; in nocte.
Melius qui fugiens profugit malum, quàm capiat.
Hunc autē toruæ respiciens allocutus est prudēs Vlysses.
Atridæ, quale à te uerbum fugit è septo dentium

Perniciose, utinam deberes abiecto exercitui alteri
Imperare: non autem nobis imperare, quibus Iupiter
A iuuentute dedit & in senectutem ministrare
Grauissima bella, ut corrumpamur unusquisq;:
Ita iā promptus es Troianorum ciuitatem latarumuiarum
Derelinquere, cuius grātia toleramus mala multa:
Tace, nequis alius Achiuorum hoc audiat
Verbum, quod non uir per os omnino duceret,
Quicunq; sciat suis mentibus conuenientia dicere,
Rexq; esset, & ei obedirent populi
Tot, quot tu inter Argiuos imperas.
Nunc aūt tui uituperauerim omnino mētes, quale dixisti:
Qui iubes bello stante & clamore
Naues bene tabulatas ad mare deducere: ut item magis
Troianis quidem optabilia fiant uincentibus propè tamē:
Nobis autē grauis pernicies inclinetur: non enim Achiui
Sustinebunt bellum nauibus ad mare deductis,
Sed respicient recedente & à pugna:
Tunc tuum consilium nocebit princeps populorum.
Huic autem respondit postea rex uirorū Agamemnon:
O Vlysses, ualde me defixisti animo increpatione
Molesta, sed non quidem ego inuictos impellebam
Naues bene tabulatas ad mare deducere filios Achiuorū.
Nunc autem sit, qui hac meliorem sententiam dicat,
Vel iuuenis, uel senex: mihi autem libenti erit.
His autem & locutus est uocem bonus Diomedes:
Propè uir, non diu inquiremus, si uultis
Obedire, & non ira indignamini unusquisq;: Diomedes genus suum exponit.
Quoniam iam natu minimus sum post uos
Patre autem ex bono & ego genus glorior esse

Tydei, quem Thebis sepulchralis terra cooperuit.
Ex Portheo enim tres filij egregie generati sunt:
Habitabat autem in Pleurone & excelsa Calydone
Agrius & Melas: tertius autem fuit equitator Aeneus
Patris mei pater: uirtute autem fuit eximius ipsorum:
Sed hic quidẽ illic mansit: pater aũt meus Argi habitauit
Errans. ita enim Iupiter uoluit, & dei alij:
Adrasti autem duxit uxorem filiarum: habitabat domum
Locupletem uictus: satis autem ei erant campi
Frugiferi: multi autem plantarum erant ordines utrinq;
Multæ autem ei oues fuerunt: ornauit aũt oẽs Achiuos
Lance: hæc autem futura erant, sicut uerum.
Ideo non me genere malum, & impotentem dicentes
Verbum inhonorate dictum, quod bene dicam.
Age eamus ad bellum, etsi uulnerati, necessitate.
Tunc autem postea ipsi quidem simus pugnæ
Extra tela, ne aliquis uulnere uulnus accipiat.
Alios autem placantes adhortemur, qui antea
Animo certe elati cessant, & non pugnant.

Diomedes etiã saucios in prælium ire uult necessitate cogente.

Sic dixit: hi autem ualde audiuerunt, & persuasi sunt.
Pergunt aũt ire: præcessit aũt ipsis rex uirorũ Agamẽnõ,
Neq; uanam speculationem habuit inclytus Neptunus,
Sed inter ipsos uenit seni uiro similis.
Dexteram autem accepit manum Agamemnonis Atridæ.
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est:

Græci, etsi saucij, tamẽ in præliũ redeunt.

Atride, nunc iam Achillis perniciosum cor
Lætetur pectoribus, cædem & fugam Achiuorum
Videntis: quoniam non ei sunt mentes neq; paruæ.
Sed hic quidem pereat: Deus autem ipsum lædat:
Tibi autem non ita omnino Dei beati irascantur.

Sed etiam Troianorum duces & principes
Latum puluerabunt campum: tu autem uidebis ipsos
Fugientes ad ciuitatem nauibus à & tentorijs.
Sic dicens ualde exclamauit ruens campo,
Quantum nouem milia exclamant, uel decem milia
Virorum in bello contentionem congregantes Martis. Neptuni clamor.
Tantam ex pectoribus uocem rex Neptunus
Misit: Achiuis autem ualdè robur iniecit unicuiq;
Corde indesinenter bellare & debellare.
Iuno autem inspexit auream sedem habens oculis
Stans ex olympo à summitate: statim autem cognouit
Hunc quidem operantem pugnam circa gloriosam
Fratrem & leuirum: lætata est autem animo.
Iouem autem in summo cacumine multarum fontium Idæ
Sedentem inspexit: odiosus autem ei erat animo.
Cogitauit autem postea pulchros oculos habẽs honesta Iu
Quomodo deciperet Iouis mentem Aegiochi. (no
Hoc autem ei in animo optimum uisum est consilium,
Venire in Idam bene ornãtem seipsam,
Si quo modo desideraret prope dormire amicitiæ
Sua specie: huic autem somnum altumq; mollemq; Iuno Iouem
Funderet in palpebris, & mentibus prudentibus. accessura, se
Perrexit autem ire in thalamum, quẽ ei dilectus filius fe. se exornat.
Vulcanus: solidas aũt ianuas liminibus coaptauit (cerat
Claui arcana: hanc autem non deus alius iussit
Illic intra ianuas clausit fulgentes.
Immortalitate quidem primum à corpore amœno
Sordes omnes purgauit: uncta est autem pingui oleo
Diuino, suaui, quod ei odoriferum erat.
Huius & moti Iouis ad solidam domum

Tamen in terramq́; & cœlum ibat odor.
Eo hæc corpus pulchrum ungens, & crines
Pectens, manibus capillos plicauit fulgidos,
Pulchros, diuinos, ex capite immortali.
Circa autem immortalem uestem induit, quã ei Minerua
Poliuit laborans: posuit autem in, uarietates multas:
Aureis autem fibulis supra pectus substringebat:
Cinxit autem cingulum centum fibris factum:
In autem laminas posuit perforatis summitatibus auriũ,
Tergeminas, laboratas: uenustate aũt resplẽdebat multũ:
Reticulo autem desuper uelauit diua Dearum
Eximio, recenti: candidum autem erat sol sicut:
Pedibus autem sub pinguibus induit pulchra calceamẽta.
Sed postquàm omnem circa corpus posuit ornatum,
Perrexit ire ex thalamo: uocans autem Venerem
Ab alijs seorsum uerbum allocuta est:
Certe mihi obedies dilecta filia quicquid dicam,
Vel negabis irato hoc animo:
Quoniam ego Danais, tu autem Troianis auxiliaris.
Huic autem respondit postea Iouis filia Venus:
Iuno antiqua Dea, filia magni Saturni,
Loquere quod cogitas: perficere aũt me animus iubet,
Si possum perficere, & si perfectibile est.
Hanc autem dolosa allocuta est casta Iuno:
Da nunc mihi amorẽ, & Cupidinem, quo tu omnes
Domas immortales, & mortales homines:
Vado enim uisura multa nutrientis fines terræ,
Oceanumq́;, Deorum generationem, & matrem Tethym.
Hi me in suis domibus nutriuerunt & educauerunt,
Suscipientes à Rhea quando Saturnum latè sonãs Iupiter

Aphroditã alloquitur Iuno.

Iuno Venerem blandis mẽdacijs decepit.

Iuno à Thetyde studiose educata.

Terram subteriecit & indomitum mare:
Hos uado uisura, & ipsis acerbas contentiones soluam.
Iam enim longo tempore inter se abstinent
Lecto & amicitia, postquam ira incidit animo.
Si illos uerbis decipiens dilecto corde
In lectum imponam misceri amicitia,
Semper eis dilectaq; & ueneranda uocabor.
Hanc autem rursus allocuta est ridens Venus:
Non est neq; decet tuum uerbum abnuere:
Iouis enim optimi in ulnis dormis.
Dixit, & à pectoribus soluit Cestum balteum — Cestus Veneris cuius efficaciæ.
Varium: illic autem ei mulcimenta omnia facta sunt:
Illic est quidem amor, & Cupido, & colloquium,
Deceptio quæ furatur mentem prudenter cogitantium. — Amorũ lenocinia in balteo Veneris.
Hunc ei iniecit manibus, uerbumq; dixit & nominauit:
Accipe nunc hunc balteum, tuo autem impone sinui
Varium, quo in omnia facta sunt, neq; te dico
Non factibile fieri quod mentibus tuis cogitas.
Sic dixit: risit autem pulchros oculos habens casta Iuno. — Venus decepta, Iunoni balteum, in quo amores insunt, tradit.
Ridens autem postea suo imposuit sinui,
Hæc quidem iuit ad domum Iouis filia Venus:
Iuno autem festinans liquit cacumen olympi:
Pieriam autem insiliens Emathiam amœnam,
Ruitq; in bellicosorum Thracum montes niuosos
Vltimos uertices, neq; terram tangebat pedibus.
Ex Athoo in pontum iuit undosum:
Lemnum autem in peruenit ciuitatem diuini Thoantis,
Vbi somno obuiauit fratri mortis. — Iuno ad Somnum Deũ.
In aũt eius appropinquauit manu, uerbũq; dixit, & nominauit:
Somne, rex omniumq; Deorũ, oĩmq; hominum,

Certe quidẽ iã aliqñ meũ uerbũ exaudisti, ac ñc & nunc
Audi: ego autem & tibi habebo gratiam dies omnes:
Sopora mihi Iouis sub superciliis oculos splendidos
Statim, postquàm ego apud dormiam in amore.
Dona aũt tibi dabo pulchrũ soliũ, incorruptibile semper,
Aureum: Vulcanus autem meus filius claudus
Fecit laborans: sub autem scabellum pedibus ponet:
Hoc tenebis delicatos pedes conuiuans.

Hanc autem respondens allocutus est dulcis Somnus:
Iuno primigenia Dea filia magni Saturni,
Alium quidem ego Deorum sempiternorum
Facile soporauerim, etsi fluuij fluenta
Oceani, qui generatio omnibus factus est:
Iouem autem non ego Saturnium prope ibo,
Neq; soporabo, mihi quando non ipse iubet.
Iam enim me, & aliâs tuum admonuit præceptum
Die illo, quando ille magnanimus Iouis filius
Nauigauit ex Ilio Troianorum ciuitatem destruens.
Certe ego quidem soporaui Iouis mentem Aegiochi,
Dulcis circunfusus: tu autem ei mala consultasti animo,
Mouens molestorum uentorum in mare procellas:
Et ipsum posteà Coum bene habitatam misisti
Seorsum ab amicis omnibus: hic autem surgens iratus est,
Proijciens in domo deos: me autem maxime omnium
Quærebat: & me inscium ab æthere iniecisset ponto,
Nisi nox domatrix deorum seruasset & uirorum,
In qua iui fugiens: hic autem cessauit iratus quamuis.
Timuit enim ne nocti ueloci tristia mala faceret:
Nũc rursus hoc me iubes periculũ aliud pficere. (ca Iuno
Hũc aũt rursus allocuta est pulchros oculos habẽs pudĩ

Iuno Herculi tẽpestatẽ immittit.

Nox Sõnũ liberat ab ira Iouis.

Somne, cur autem tu hæc in mentibus tuis cogitas?
An dicis sic Troianis auxiliari latesonantem Iouem,
Sicut Herculem circa iratus est filium suum:
Sed uade: ego autem & tibi Gratiarum unam iuniorum
Dabo nubere & tuam uocari uxorem
Pasitheam, quam semper desideras dies omnes.
Sic dixit, gauisus est aũt Sõnus: rñdẽs aũt allocut⁹ est:
Age nunc mihi iura innocuam Stygis aquam,
Manu autem altera quidem accipe terrã multapascẽtem,
Altera autem mare album, ut nobis omnes
Testes sint subter dei Saturnum circa existentes,
Certe quidem mihi dare Gratiarum unam
Pasitheam, quam ego desidero dies omnes.
Sic dixit, neq; abnuit Dea albasulnas habens Iuno,
Iurauit autem sicut iussit, Deos autem nominauit omnes:
Hos subtartareos qui Titanes appellantur.
Sed postquam iurauitq; perfecitq; iuramentum,
Hi iuerunt, Lemnumq; & Imbrum ciuitatem relinquẽtes,
Aëre induti cito transeuntes uiam,
In Idam uenerunt multarum fontium matrem ferarum,
Lectum ubi primum liquerunt mare: hi autem in terram
Iuerunt: summa autem pedibus sub mota est sylua.
Illic somnus quidem mansit ante Iouis oculos uideri,
In abietem ascendens ualde altam, quæ tunc in Ida
Altissima nata per obscurum æthera ibat,
Illic sedit ramis coopertus abiegnis,
Aui stridulæ similis, quam in montibus
Chalcida uocant dei, uiri autem Cymindã.
Iuno autem cito adiuit Gargarum altum
Idæ altæ: uidit autem nebularum congregator Iupiter.

Pasithea Charitum una, Somno deo ab Iunone despondetur.

Sõnus ab Iunone exoratus Iouẽ soporat.

Postq̃ aũt uidit, statim ipsum amor prudẽtibus mẽtibus per-
Qualiter quando primũ misti sunt amicitia (suasit,
In lectum euntes dilectos obliti parentes.
Stetit autem ipsam ante, uerbumq; dixit & nominauit:
Iuno, quo prompta ab olympo huc uenis?
Equi autem non adsunt, & currus quos ascendas?
Hunc autem dolosa allocuta est casta Iuno:
Venio uisura multanutrientis fines terræ,
Oceanumq;, deorum generationem, & matrem Tethym:
Hi quidem in suis domibus erudierunt & nutriuerunt:
Hos uado uisura, & ipsis magnas contentiones soluam.
Iam enim longo tempore inter se abstinent
Lecto & amicitia, postquàm ira incidit animo:
Equi autem in radice multarumfontium Idæ
Stant, qui me portabant supra terram & mare:
Nunc autem tui gratia huc ab olympo huc ueni,
Ne aliquo modo mihi postea irascereris, si silentio
Iuissem ad domum profunde fluentis Oceani.
Hãc aũt respõdens allocutus est nebularũcõgregator Iu
Iuno, illuc quidem est & posterius ire: (piter,
Nos autem age in amicitia delectemur dormientes.
Non enim unquàm sic deæ amor neq; mulieris — Adulteriorũ Iouis catalogus.
Animum in pectoribus profusus domuit,
Neq; unquam amaui Ixioneam uxorem,
Quæ peperit Peritheum deis peritum similem:
Neq; quãdo Danaën pulchracalcaneahabentẽ Acrisioneã
Quæ peperit Perseum omnium clarum uirorum:
Neq; quando Phœnicis filiam inclytam,
Quæ peperit mihi Minoumq; & diuinũ Rhadamanthẽ:
Neq; quando Semelen, neq; Alcmenam in Thebas:

Quæ Herculem fortem genuit filium:
Dionysium autem Semele peperit gaudium mortalibus:
Neq; quando Cererem pulchræcomæ reginam:
Neq; quando Latonam gloriosam, neq; te ipsam
Sicut te nunc amo, & me dulcis cupido tenet.
Hunc autem dolosa allocuta est casta Iuno:
Grauissime Saturnie, quale uerbum dixisti;
Si nunc in amore cupis dormire
Idæ in summitatibus: hic autem manifestantur omnia,
Quomodo esset si quis nos deorum semper existentium
Dormientes uideret, deis autem omnibus adiens
Diceret, non ego tuam ad domum irem
Ex lecto surgens: uituperabile autem esset:
Sed si uis, & tibi placitum est animo,
Est tibi thalamus, quem tibi dilectus filius fecit
Vulcanus: frequentes autem ianuas liminibus coaptauit,
Illuc eamus dormituri postquàm tibi placet coitus.
Hãc respõdens allocutus est nebularũcõgregator Iupiter
Iuno, ne deorum in hoc time, neq; aliquem uirorum
Videre, talem tibi ego nebulam circum effundam
Auream, neq; nos uidebit sol,
Cuius & acutissimum est lumen ad uidendum.
Dixit, & ulnis accepit Saturni filius suam uxorem,
Quos subter terra diuina procreauit nouam herbam,
Lotumq; roscidam, & crocum, & hyacinthum
Densum & tenerum, qui à terra alte tenebat,
Quo in dormierunt: supra autem nebulam obduxerunt
Pulchram, auream: splendidi autem cadebant rores.
Sic hic quidem quiete dormiebat in Gargaro summo,
Somno & amore domitus: tenebat aũt in ulnis uxorem.

Iupiter cum uxore coiens somno opprimitur.

Somnus Neptunò nunciat, ut Græcos tuetur.

Perrexit aūt currere in naues Achiuorū dulcis Somnus,
Nuncium dicens terramcontinenti Neptuno:
Propè autem stans, uerba uelocia allocutus est:
Promptus nunc Græcis Neptune auxiliare,
Et ipsis gloriam præbe paululum, dum adhuc dormit
Iupiter, quoniam ipsi ego mollem soporem offudi:
Iuno autem in amore decepit dormire.
Sic dicens, hic quidem iuit ad inclytos coetus hominum.
Hunc autem magis persuasit auxiliari Danais.
Statim autem ad primos ualde procurrens iussit:
Argiui, & rursus dimittimus Hectori uictoriam
Priamidæ, ut naues capiat & gloriam auferat:
Sed hic quidem sic dicit, & gloriatur, quoniam Achilles
Nauibus in concauis manet iratus corde:
Illius autem non multum desiderium erit, si alij
Nos excitemur auxiliari inuicem:

Neptunus Ioue dormiente adiuuat Græcos

Sed age sicut ego dicam, assentiamur omnes:
Scuta quot optima in exercitu & maxima
Induti, capitaq́; lucentissimis galeis,
Tecti manibus longissima tela tenentes,
Eamus: sed ego præibo, neq; dico
Hectora Priamidē expectare ualde quàmuis animosum:
Qui uir bellator, habet autem paruum scutum humero,
Minori uero det: hic autem in scuto maiori induatur.
Sic dixit: hi aūt huic libēter quidē assensi sunt, & obtē-(perarūt.
Hos aūt ipsi reges ornauerūt uulnerati quāuis
Tydides, Vlyssesq́, & Atrides Agamemnon:
Euntes autem ad omnes, bellicosa arma mutabant.
Bona quidē bonus induebatur: peiora autē peiori dabat.
Sed postquàm induti sunt circa corpus splendidum æs,

Pergunt ire: præibat autem eis Neptunus quatiens terrā,
Grauem ensem, prælongum tenens in manu forti,
Similem fulmini: huic autem non fás est misceri
In pugná perniciosa, sed timor detinet uiros:
Troianos aūt rursus ediuerso disposuit illustris Hector,
Ac tunc grauissimam contentionem belli intenderunt,
Cœruleam comam habens Neptunus & illustris Hector,
Scilicet hic quidē Troianis, ille autem Achiuis auxilians.
Inundauit autem mare ad tentoriaq́; nauesq́;
Argiuorum: hi autem cucurrerunt magna iubilatione.
Neq; maris unda tantum boat ad terram
E Ponto propulsa flatu Boreæ truci,
Neq; ignis tantus crepitus ardentis
Montis in cacuminibus, quando ruit urere syluam,
Neq; uentus tantus in quercuum arduis comis
Insanit, qui maxime ualde resonat sæuiens:
Tantus Troianorum & Achiuorum fuit clamor
Vehementer uociferantium, quando inter se ruerunt.
Aiaci autem primus iaculatus est illustris Hector
Lancea, postq̄ uersus est ad ipsum obuiās: neq; aberrauit
Quà duo baltei circa pectora extensi erant:
Certe hic qdē scuti, ille aūt ensis argēteos clauos habētis:
Hi ei custodierūt tenerum corpus: ægretulit aūt Hector,
Quòd ei telum uelox inuanum effugit manu:
Retrò autem sociorū in multitudinē iuit mortem fugiens.
Hunc quidem postea abeuntem magnus Telamonius Aiax
Saxo, qualia multa uelocium retinacula nauium
Inter pedes pugnantiū proiecta erant, horū unum eleuās,
Pectus percussit supra scutum prope iugulum: (tus
Trochū aūt sicut impulit pcutiēs: circū aūt cucurrit peni

Cōparatio marini fluctus.

Aiax Hectorē uulnerat.

Sicut autem quando ab iactu patris Iouis cadit quercus
Radicitus: grauis autem sulfuris fit odor
Ex ipsa: hunc non habet audacia qui uiderit
Prope existens (durum autem Iouis magni fulmen)
Sic cecidit Hectoris celeriter humum robur in pulueribus:
Manu aũt eiecit lanceã: super ipso aũt scutũ inclinatũ est
Et galea: circa autem ipsum sonuerunt arma uaria ære.
Hi autem ualde exclamãtes accurrerunt filij Græcorum
Sperantes seruare: iaculabantur autem frequentes
Hastas, neq; aliquis potuit pastorem populorum
Vulnerare neq; pcutere: prius enim circũuenerũtq; optimi
Polydamasq;, & Aeneas, & diuinus Agenor,
Sarpedonq; princeps Lyciorum, & Glaucus eximius.
Aliorum autem nullus bene neglexit, sed ante
Scuta rotunda tenebant ipsum: hunc autem socij
Manibus eleuãtes asportarũt ex labore ut iret ad equos
Veloces, qui ei retro à pugna & bello
Stabant, aurigamq; & currus pulchros habentes,
Qui hunc ad ciuitatem portabant grauiter gementem.
Sed quando iam uadum peruenerunt benefluentis fluuij
Xanthi flexuosi, quem immortalis genuit Iupiter,
Tunc ipsum ex equis deposuerũt in terrã: circa aũt ipsum
Fuderũt: hic aũt respirauit & aspexit oculis. (aquã
Sedens autem in genua, nigrum sanguinem euomuit:
Iterum autem retro lapsus est in terram: eius aũt oculos
Nox cooperuit nigra: telum autem animum domuerat.
Argiui aũt igitur postq̃ uiderũt Hectora seorsum euntem,
Magis cõtra Troianos cucurrerũt, meminerũt aũt pugnæ.
Tunc longe primus Oileus uelox Aiax
Satnium uulnerauit lancea saltans acuta

Hector uulneratus ab Aiace, è pugna excedit

Enopidem quem nympha peperit Nais eximia
Enopi bubulco apud ripas Satnioëntis.
Hunc quidem Oiliades lanceagloriosus propè iens
Vulnerauit apud uterum: hic autem reuersus est,
Circa aût ipsum Troiani & Danai cõmouerũt asperã pu
Hũc ad Polydamas hastã uibrans uenit adiutor (gnã:
Panthœdes: traiecit autem Prothenora dextro humero
Filium Areilycij: per humerum aũt fortis lancea (to.
Traiecta est: hic aũt in pulverib⁹ cadẽs accepit terrã cubi
Polydamas aũt insolenter insultabat uehementer clamãs:
Non quidem rursus puto magnanimi Panthœdæ
Manu à forti uanum saltasse telum,
Sed aliquis Argiuorum accepit in corpore, & ipsum puto
Cum ipso irruentem descendere domum Inferni intra.
Sic dixit: Argiuis autem dolor factus est iactantis.
Aiaci autem maxime prudenti animum mouit
Telamonidæ. hunc enim cecidit prope maxime.
Statim autem abeuntem iaculatus est lancea lucida.
Polydamas autem ipse quidem uitauit mortem nigram
Obliquus ruens: accepit autem Antenoris filius
Archelochus, huic enim dei uoluerunt cædem:
Hunc percussit capitisq; & ceruicis in coniunctione
Circa ultimã coniuncturã: ambos autẽ amputauit neruos.
Huius autem multo prius caput osq; naresq;
In terram deciderunt, quàm crura & genua cadentis.
Aiax autem rursus locutus est prudenti Polydamanti:
Animaduerte Polydamas, & mihi uerum dic,
Nunquid non hic uir Prothenore pro interfectus esse
Dignus? non quidem mihi malus uidetur neq; malis ex,
Sed frater Antenoris equidomitoris

Vel filius: ipsi enim genus prope assimilatur.
Dixit bene cognoscēs: Troianos aūt dolor accepit animo.
Tunc Acamas Promachum Bœotium uulnerauit lancea,
Circa fratrem iens: hic autem trahebat pedibus.
Ideo Acamas terribiliter gloriabatur longe clamans:
Argiui ignaui, minarum insatiabiles,
Non solis dolorq; erit & luctus
Nobis, sed aliquando sic mactamini, & uos
Inspicitis, sicut uobis Promachus domitus dormit
Lancea mea, ut non fratris pœna
Diu inulta sit, ideo & aliquis glorietur uir,
Fratrem in domibus Martis adiutorem reliquisse.

Frater fratris mortem ulciscitur.

Sic dixit: Argiuis autem dolor factus est iactantibus
Peneleo autem maximè prudenti animum commouit:
Ruit autem in Acamanta: hic autem expectauit impetū
Penelei regis: hic autem uulnerauit Ilioneum
Filium Phorbantis, multas oues habentis: hunc maximè
Mercurius Troianorum diligebat, & possessionem dedit.
Huic autem mater solum peperit Ilioneum,
Quē tūc subter superciliū uulnerauit iuxta oculi fundamē(tum,
Expulit aūt pupillā: lancea aūt oculū totaliter
Et per neruum iuit: hic autem sedit manus extendens
Ambas: Peneleus trahens ensem acutum,
Ceruicem mediam percussit: deiecit autem humum
Ipsa cum galea caput. adhuc autem fortis lancea
Erat in oculo: hic aūt tanquàm caput papaueris eleuans,
Dixit autem Troianis, & glorians uerbum locutus est:
Dicite mihi Troiani illustris Ilionei
Patri dilecto & matri lugere in domibus.
Neq; enim Promachi uxor Alegenorida

Viro dilecto uenienti lætabitur: quando
Iā ex Troia cū nauibus reuertemur iuuenes Achiuorum.
Sic dixit: hos autem omnes nouus timor accepit:
Videbat aūt unusquisq; quò fugeret perniciosam mortem.
Dicite nunc mihi Musæ cœlestes domos habitantes,
Quis iam primus cruentā spolia Achiuorum
Accepit, postquàm inclinauit pugnā inclytus Neptunus.
Aiax primus Telamonius Hyrcium uulnerauit
Gyrtiadem, Mysorum ducem præstantissimorum.
Phalcem autem Antilochus & Mermerum interfecit.
Meriones autem Morymq;, & Hippotiona interfecit.
Teucer autem Prothoonaq; interfecit, & Periphetem.
Atrides autem posteà Hyperenora pastorem populorum.
Vulnerauit in uentrem: per autem uiscera æs exhausit
Incidens: anima autem per uulneratum uulnus
Exiuit adacta: hunc autem tenebra in oculis cooperuit.
Multos autem Aiax interfecit Oilei uelox filius.
Non enim ei aliquis similis sequi pedibus
Viros fugientes, quando Iupiter in fugam compulisset.

ILIADIS O. HOMERI COMPOSITIONIS.

IVpiter surgens, & videns Troianos victos, Iunonen increpat: & Irim mittit ad Neptunum, iubens abstinere à pugna: Apollinem aūt vt fortificet Hectora: qui eleuans ægida, Græcos in fugam vertit, & vsq; ad naues expulsorum Aiax Telamonius multos interfecit pugnatorum, nauibus ignem ferentes.

ILIADIS O. HOMERI COMPOSITIONIS.

O micron, Saturnius iratus est Neptuno & Iunoni.



T postquàm perq; stipites & fossam iuerunt
Fugientes: multi aũt interfecti sunt Danaorum à manibus:
Hi quidem iam apud currus cohibitĩ sunt manentes, (aũt Iupiter
Noui à timore trepidi: experrect⁹ est
Idæ in uerticibus ab auream se dem habente Iunone.
Stetit autem surgens, uidit & Troianos & Achiuos,
Hos quidẽ turbatos, illos aũt turbantes à tergo Argiuos,
Cum autem ipsis Neptunum regem.
Hectora aũt in campo uidit iacentem: circum autẽ socij
Sedebãt: hic aũt molesto tenebat anhelitu corde stupefact⁹
Sanguinem uomens, quoniam non ipsum inualidissimus percussit Achiuorum
Hunc aũt uidens misertus est pater uirorumq; deorumq;
Iupiter Hectorẽ abegit à pugna. Valde aũt torue uidens Iunonem uerbum allocutus est:
Certe ualde iam malignus callida tuus dolus Iuno
Hectora diuinũ cessare fecit à pugna, terruit & populos.
Non quidem scio si rursus mali consilij tristis
Iupiter Iunonẽ in uincula conijcit & in altũ suspendit. Prima frueris, & te percussionibus uerberabo.
An nõ recordaris quãdo pepẽdisti ab alto, ex aũt pedibus
Incudes posui duas: circa manus autem uinculum extẽdẽ
Aureum incorruptibile: tu autem in æthere & nebulis
Pependisti: ægretulerunt autem dei in magno olympo:
Iupiter deos è cœlo eijcit Soluere aũt nõ potuerũt præsentialiter: quem aũt acceptũ,
Proiecit extendens à cœlo ut iret

In terram malè uiuens: me autem neq; sic animus remisit
Indefinens dolore Herculis diuini,
Quem tu cum Borea uento persuadens procellas
Misisti in indomitum pontum mala cogitans,
Et ipsum posteà ad Coum benehabitatam impulisti.
Hunc quidem ego inde eripui, & reduxi iterum
Argos in equos pascens & multa patientem.
Hæc tibi rursus in memoriã redigo, ut desistas à deceptiõi
Vt intelligas si tibi iuuerit amorq; & lectus (bus,
Quem mista es ueniens deis à, & me decepisti.
Sic dixit: timuit aũt bouinosoculoshabẽs uenerãda Iuno:
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocuta est:
Sciat nunc hoc terra & cœlum latum desuper,
Et subter labens Stygis aqua, quodq; maximum
Iuramentum grauissimumq; est beatis deis:
Tuumq; sacrum caput, & noster lectus ipsorum
Iuuenis, quem quidem non ego unquam inuanum iurarẽ:
Non per meum consilium Neptunus quatiens terram
Lædit Troianosq; & Hectora: his autem auxiliatur.
Sed ipsum animus incitauit & iussit:
Consumptos autẽ in nauibus uidẽs misertus est Achiuos:
Sed tibi & illi ego consultabo
Eò ire quò iam tu denigrans nubes præis.
Sic dixit: risit autem pater uirorumq; deorumq;,
Et ipsam, respondens, uerba uelocia allocutus est:
Si quidẽ iam tu postea bouinosoculoshabẽs uenerãda Iunõ
Aequaliter nihil cogitans inter immortales sedebis,
Ideo Neptunus, & si ualde uult aliò
Statim conuertet mentem ad tuam & meam uoluntatem:
Sed si ex animo, & uerè dicis,

Iuno Apollini & Iridi nunciat: ut ad Ioue accedant.

Vade nunc ad coetus deorum, & huc uoca
Irimq; uenire, & Apollinem inclytum arcu,
Vt hæc quidem ad populum Achiuorum bellicosorum
Eat, & dicat Neptuno regi,
Cessantem à pugna, suas domos ire:
Hectora autem incitet pugna in, clarus Apollo:
Iterum autem inspiret robur, obliuiscaturq; dolorum,
Qui nunc ipsum consumunt in mentibus: & Achiuos
Iterum auertat in potentem fugam incitans.
Fugientes autem in nauibus multarum sedium cadant
Pelidæ Achiuis, qui surgere faciat suum amicum
Patroclum: hunc autem interficiet lancea illustris Hector,
Troiam ante multos perdentem iuuenes
Alios: posteà autem filium meum Sarpedona diuinum:
Huic autem iratus, interficiet Hectora diuus Achilles.
Ex hoc autem tibi postea insecutionem à nauibus
Semper ego faciam totaliter, donec Achiui
Troiam excelsam capient Mineruæ per consilium.
Prius autem neq; ego cessabo iram, neq; aliquem aliorum
Immortalium Danais auxiliari hic sinam,
Quàm Pelidæ perficere desiderium,
Sicut ei promisi, prius meo & annui capite
Die illo, quando mei dea Thetis tetigit genua,
Supplicans honorare Achillem urbium destructorem.
Sic dixit: neq; nõ persuasa est dea albasulnas habẽs Iu(no
Iuit aũt ab Idæis montibus in altũ olympum:
Sicut quando recusat mens uiri, qui in altam
Terram peragrans, mentibus prudentibus cogitat,
Huc eat an illuc, cogitatq; multa.
Sic celeriter prompta deuolauit casta Iuno:

Iuit autem in altum olympum: congregatū aūt peruenit
Immortalibus deis Iouis domum. hi autem uidentes
Omnes assurrexerunt, & obuiam iuerunt poculis:
Hæc aūt alios quidē reliquit, à Themide aūt pulchras ge-
Suscepit poculū. prima. n. obuia iuit currēs, (nas habēte
Et ipsam uociferans uerba uelocia allocuta est:
Iuno, cur uenisti, attonita autem uideris?
Certe ualde iam te terruit Saturni filius, qui tibi maritus.
Huic aūt respondit postea dea albasulnas habens Iuno:
Ne me dea Themis hæc interroga: scis & ipsa
Qualis illius animus superbus & crudelis,
Sed tu præsis deis domibus in conuiuio æquali.
Hæc autem & cum omnibus audies immortalibus,
Qualia Iupiter mala opera dicit, & agit: neq; dico
Omnibus similiter animum gratificari, neq; mortalibus,
Neq; deis, siquis nunc conuiuatur lætus.
Hæc quidem sic dicens, desedit casta Iuno.
Conturbati sunt autem per domum Iouis dei, & riserunt
Labris: neq; frons supercilijs nigris
Lætata est: omnes autem arguens allocuta est:
Infantes, qui Ioui irascimur uecordes,
Vel iam ipsum prompti sumus sedere prope euntes
Vel uerbo, uel ui: hic longe sedens neq; curat,
Neq; aduertit. dicit enim in immortalibus deis
Fortitudineq; potentiaq; separatim esse optimus.
Ideo habetis quodcunq; uobis malum mittit unicuiq;.
Iam enim nunc opinor Marti nocumentum factum esse.
Filius enim ei occisus est pugna in, dilectissimus uirorum
Ascalaphus, quem dicit suum esse fortis Mars.
Sic dixit: sed Mars fortia feriebat crura

Themis Iunoni pateram porrigit.

Mars filij Ascalaphi mortē dolet.

Manibus pronis: lugens autem allocutus est:
Ne nunc mihi reprehendatis cœlestes domos habentes,
Vlcisci cædem filij euntem ad naues Achiuorum,
Si etiam mihi & fatum Iouis percusso fulmine
Iacere simul mortuis cum sanguine & pulueribus.
Sic dixit, & equos iussit metumq; terroremq;
Iungere: ipse autem arma indutus est fulgentia:
Tunc quædam maiorq; & atrocior alia
A Ioue immortalibus turba & indignatio facta esset,
Nisi Minerua omnibus timens deis
Mota esset ex uestibulo: reliquisset aut̃ soliũ ubi sedebat:
Huius aũt à q̃dẽ capite galeã accepisset & scutũ humeris:
Lanceam autem firmauit forti ex manu accipiens
Aeream, quæ uerbis castigat impetuosum Martem:
Pallas Martẽ obiurgat. Furiose, mentibus stolide, utinam perires, an tibi frustra
Aures audire sunt? mens autem perijt & pudor?
Non audis quæ dicit dea albasulnas habens Iuno?
Quæ iam nunc à Ioue cœlesti uenit.
An uelis ipse quidem accumulans mala multa
Retro ire ad olympum & dolens quamuis necessitate?
Sed hic alijs malum magnum omnibus faciet.
Statim enim Troianos quidem magnanimos & Achiuos
Linquet: hic nos ueniet turbans in olympum.
Puniet autem deinceps quæq; causa quæq; & non.
Ideo te rursus nũc iubeo sedare turbationẽ filij proprij.
Iam enim aliquis hoc potentia & manibus fortior
Vel interfectus est, & postea interficietur.
Difficile aũt oĩm hominum liberare generationẽ & partũ.
Sic dicens, sedere fecit solio in, impetuosum Martem.
Iuno autem Apollinem uocauit domum extra

Irimq; quæq; deis internuncia immortalibus.
Sed ipsos uociferans uerba uelocia allocuta est:
Iupiter uos in Idam iubet ire ualde cito.
Sed postquàm iueritis, Iouemq; in conspectum uideritis,
Facite quicquid ille iniunxerit & præceperit.
Hæc quidem sic dicens, retro iuit casta Iuno:
Sedit autem in solio: hi autem ruentes uolauerunt,
Idamq; peruenerunt multarumfontium matrem ferarum.
Inuenerunt aũt latesonantẽ Saturniũ in Gargaro excelso
Sedentẽ: circum aũt ipsum odorifera nubes uoluta erat.
Hi autem ante uenientes Iouẽ nebularum congregatorem
Steterunt, neq; ipsis uidens iratus est animo,
Quoniã eius celeriter uerbis dilectæ uxoris obtẽperarunt.
Irim autem priorem uerba uelocia allocuta est:
Vade age Iris uelox, Neptuno regi
Omnia hæc nuncia, ne autem falsanuncia sis,
Cessantem ipsum iube à pugna & bello
Venire ad cœtus deorum, uel in mare diuinum.
Si autem mihi non obediet, sed spernet,
Consideret autem postea in mente & in animo,
Ne me, neq; fortis q̃uis existens, contra uenientẽ sustineat
Expectare: quoniam se dicit ui multò melior esse,
Et generatione prior: huius non mouebitur dilectum cor
Aequalem mihi dicere quem contremiscunt & alij.
Sic dixit, neq; nõ persuasa est pedũuentorũ uelox Iris.
Iuit autem ab Idæis montibus in Ilium sacrum.
Sicut aũt quando ex nubibus uolat stillaniuea, uel grando
Gelida à iactu serenifici Boreæ:
Sic celeriter prompta deuolauit uelox Iris. Iris ad Neptunum.
Prope autem stans allocuta est inclytum Neptunum:

Nuncium aliquod tibi Neptune cœruleos crines habens,
Veni huc ferens à Ioue Aegiocho:
Cessantem te iubet à pugna & bello
Venire ad cœtus deorum, & in mare diuinum.
Si autem ei non uerbis obtemperabis, sed spernes,
Minatur ille contra pugnans
Huc uenire: te autem fugere iubet
Manus, quoniam te dicit ui multo fortior esse,
Et generatione prior. tuū aūt non mouebitur dilectum cor
Aequalem ei dicere, quem contremiscunt & alij.
Hăc aūt ualde indignat⁹ affatus est inclytus Neptunus:
Heu certe bonus quamuis existens superbe locutus est:
Si me æqualis honoris existentem ui inuitum detinebit.
Tres enim ex Saturno sumus fratres, quos pepit Rhea,
Iupiter, & ego, tertius autem Pluto mortuis imperans.
Trifariā aūt oīa diuisa sunt: unusqsq; aūt sortitus est ho-
Certe ego sortitus sum albū mare habitare semp (norē.
Motorum: Pluto autem sortitus est caliginem obscuram:
Iupiter aūt sortitus est cœlum latum æthere & nebulis.
Terra aūt adhuc communis omnium, & longus olympus.
Ideo & non Iouis curo mentes, sed quietus
Et fortis existens maneat tertia in portione.
Manibus autem ne me omnino malum tanquàm terreat,
Filiabus enim & filijs melius esset
Terrificis uerbis castigare, quos peperit ipse:
Qui ei iubenti parebunt & necessitate.
Huic aūt respōdit postea pedes uentorū habens uelox Iris
Sic enim iam Neptune cœruleos capillos habens,
Hoc porto Ioui uerbum acreq; forteq;?
An mutaberis. VERTIBILES quidem mentes bonorum.

Saturni filij tres, qui oīa inter se diuiserunt.

Bonarum mentium est retractare sententias.

Scis quod grandiores Erynnes semper sequuntur.
Hanc aūt rursus allocutus est Neptunus quatiens terrā:
Iris dea, ualde hoc uerbum secundum decens dixisti.
Bonum & hoc est, quando nuncius iusta scit.
Sed hic grauis dolor cor & animum lacerat,
Quando æqualis dignitatis & æquali fatatum parca
Contendere uult iratis uerbis:
Sed certe nunc quidem iratus cedam.
Aliud autem tibi dico, & minabor ex animo:
Si sine me, & Minerua prædatrice,
Iunone, Mercurioq́;, & Vulcano rege,
Troiæ altæ parcet, neq; uoluerit
Destruere: dare autem magnam uictoriam Argiuis,
Sciat hoc, quod nobis insanabilis iracundia erit.
Sic dicens, relinquit populū Achaicū Neptunus.
Ingressus est aūt pontū iēs. desiderabāt aūt heroēs Achiuī.
Et tūc Apollinē allocutus est nebularūcongregator Iupiter
Vade nunc dilecte Phœbe ad Hectorem ære armatum:
Iam quidem enim Neptunus quatiens terram
Iuit ad mare diuinum, fugiens iram grauem
Nostram: ualde enim pugnam didicerunt & alij,
Qui inferiores sunt dei Saturnum circa existentem.
Sed hoc & mihi multo melius & sibi ipsi
Fuit quod ante iratus fugit
Manus meas. quoniam non sine sudore fuisset.
Sed tu in manibus accipe ægidam fibriatam,
Qua ualde minans terreas heroas Achiuos:
Tibi autem curæ sit Apollo illustris Hector.
Eatenus enim igitur ei excita uim magnam, dum Achiui
Fugientes nauesq́; & Hellespontum ueniant.

Neptunus Iouis iussu è prælio discedit.

Apollini cōmittitur Hector.

Ibi autem ipse ego curabo opusq; uerbumq;,
Vt & rursus Achiui respirent à labore.
Sic dixit, neq; patri non obediuit Apollo:
Iuit autem ab Idæis montibus accipitri similis
Veloci phasianos occidenti, quiq; uelocissimus uolucrum,
Inuenit Priami prudentis Hectora diuum
Sedentē, neq; iacebat, iandudū aūt cōgregauerat animū,
Circa ipsum cognoscens socios, sed anhelitus & sudor
Cessauerat, postq̄ ipsum excitauit Iouis numen Aegiochi:
Prope autem stans, allocutus est longeoperans Apollo.
Hector fili Priami, cur autem tu semote ab alijs
Sedes tenuiualitudine existēs? certe aliqs te dolor attigit.
Hūc aūt lāguēs allocutus est galeāpulchrāhabēs Hector:
Quis aūt tu es optime Deorū qui me interrogas corām?
Non audis quod me nauibus in puppialibus Achiuorum
Suos socios perdentem uocem bonus percussit Aiax
Petra ad pectus: cessarefecit autem à strenua fortitudine:
Et iam ego dicebam mortuos & domos Plutonis
Die illo uisurum, quando dilectum audiuit cor.
Hūc aūt rursus allocutus est rex lōgeoperans Apollo:
Confide nunc, talem tibi adiutorem Saturnius
Ex Ida præmisit astare & auxiliari
Illustrem Apollinē aureamcitharamhabentē, qui te antea
Liberauit simul ipsumq; & altam urbem.
Sed age nunc equitibus iube multis,
Naues in concauas immittere ueloces equos.
Sed ego anteiens equis uiam
Omnem faciam, uertam & heroas Achiuos.
Sic dicens inflauit robur magnum pastori populorum:
Sicut aūt quādo aliquis ociosus equus pastus in præsepio

Apollo Hectorē sauciū hortatur ut redeat in prælium.

Cōparatio equi.

Vinculum abijciens currit campum pulsans,
Suetus lauari bene fluenti fluuio,
Exultans, alte autem caput tenet, circa autem iubæ
Humeros insurgunt: hic autem pulchritudini confisus,
Celeriter ipsum genu portabat ad domicilia & armentũ
Sic Hector celeriter pedes & genua mouebat (equarum.
Concitans equites, postquam dei audiuit uocem.
Hi aũt sicut uel ceruum cornigerum uel syluestrem caprã
Concitant canesq; & uiri agrestes,
Hunc quidem alta petra & umbrosa sylua
Tutatur, neq; ipsis adipisci fatatum est:
Horum autem sub clamore apparet leo uillosus
In uia: statim autem omnes auertit & animosos.
Sic Danai continue quidem turmati semper sequebantur
Percutientes ensibus & lanceis utrinq; incidentibus:
Sed postq̃ uiderunt Hectora cõtra euntẽ turmas uirorũ,
Timuerunt: omnibus autem ad pedes decidit animus.
His aũt postea concionatus est Thoas Andremonis filius.
Aetolorum longe optimus, sciens quidem iaculo,
Bonus autem in stataria: concione aũt pauci Achiuorum
Vincebant, quando iuuenes contendebant circa uerba:
Qui ipsis bene peritus concionatus est dixit:
O socij, certe magnam admirationem hanc oculis uideo:
Qualiter autem rursus iterum surrexit mortes fugiens
Hector: certe ipsum ualde sperabat animus uniuscuiusq;
Manibus sub Aiacis mori Telamonidæ.
Sed aliquis rursus deorum liberauit & seruauit
Hectora: Hic iam multorum Danaorum genua soluit.
Sic & nunc fore puto, non enim sine
Ioue ualde sonante primus stat sic promptus:

Hector ab Apoll. pristinis uirib⁹ restitutus, in prælium reuertitur.

comparatio canis agrestis.

Thoãtis uerba.

Sed age sicut ego dico, obediamus omnes:
Multitudinem ad naues iubeamus redire.
Ipsi autem quicunq; optimi in exercitu iactamur esse,
Stemus: siquidem primum prohibeamus obuiantes
Lanceas eleuantes. hunc autem puto & promptum
Animo timere Danaorum descendere ad multitudinem.
Sic dixit: hi aũt huic ualde q̃dẽ audiuerũt, & paruerũt
Hi quidem circa Aiacem, & Idomeneum regem,
Teucrum, Merionemq́;, Megemq́; similem Marti,
Pugnam ordinauerunt præstantissimos conuocantes
Hectora & Troianos contra, sed retro
Multitudo ad naues Achiuorum redierunt: (ctor
Troiani aũt primũ uerberarũt cõgregati: præibat aũt He
Longe iens: ante autem ibat ipsum illustris Apollo,
Indutus humeris nebulam: tenebat aũt ægidã impetuosam,
Grauem, circundensam, pulchram, quam faber
Vulcanus Ioui dedit portare in timorem uirorum:
Quam hic in manibus tenens præibat populis.
Argiui aũt expectabãt cõgregati: motus est autẽ clamor
Magnus utrinq;: à neruis autem sagittæ
Saltabant: multæ autem lanceæ fortibus à manibus:
Aliæ quidem in terra figebantur bellicosorum iuuenum,
Multæ autem in medio ante corpus pulchrum tangere
In terra stabant, cupientes corpus lædere: (Apollo,
Quandiu quidẽ ægidã manibus tenebat quiete illustris,
Tãdiu ualde utrinq; tela tangebãtur, cecidit aũt populus.
Sed postq̃ contrauultũ uidens Danaorũ ulociũ equorum
Cõcussit: ipse aũt inclamauit ualde uehemẽter. his ãt aĩm
In pectoribus extĩxit, obliti sunt aũt strenuæ fortitudinis.
Hi aũt sicut uel boũ armentũ uel gregem magnum ouium

Græci ægida ab Apolline mota in fugam uertuntur.

Comparatio leonis.

Feræ duæ turbant nigræ noctis medio,
Venientes repente magistro non assistente:
Sic timuerunt Achiui impotentes. nam Apollo
Immisit timorem: Troianis aūt & Hectori gloriam dedit.
Tunc uir interfecit uirum sparsa pugna,
Hector quidem Stichiumq; & Arcesilaum interfecit,
Hunc quidem Bœotiorum ducem bellicosorum,
Illum autem Melesthei magnanimi fidelem socium.
Aeneas autem Medonta, & Iasum interfecit:
Certe hic quidem nothus filius Oilei diuini
Fuit Medon Aiacis frater, sed habitabat
In Phylace terra longe à patria uirum interficiens
Fratrem nouercæ Eriopidis, quam habebat Oileus.
Iasus autem rursus dux quidem Atheniensium fuit,
Filius autem Sphelei uocatus est Bucolidæ.
Mecisten aūt interfecit Polydamas: Achium aūt Polites
Prima in pugna: Clonium aūt interfecit diuinus Agenor
Deiocum autem Paris percussit in extremo humero retro
Fugientē in primis pugnatoribus, totaliter aūt ferrū trāsmisit
Quousq; hos spoliant arma: tunc autem Achiui
Vallo & palis percussi defosso,
Huc & illuc fugiebāt: ingrediebant aūt murū necessitate,
Hector autem Troianis iubebat longe uociferans
Naues irruere: omittere autem spolia cruenta.
Quęcunq; aūt ego lōge à nauibus seorsum aīaduertero,
Hic ei mortem consultabo, neq; hunc
Fratresq; sororesq; igne sortiabuntur mortuum:
Sed cane trahent ante urbem nostram.
Sic dicens flagello supra humeros percussit equos,
Iubens Troianis in ordines: hi autem cum ipso

Troianorū uictoria.

Omnes clamantes impellebant trahentes currus equosq;
Voce magna: ante autem illustris Apollo
Facile ripas fossæ profundæ pedibus proruens,
In medium deuoluebat: transibilem fecit autem uiam,
Longam, & latam, quantum hastæ iactus
Fit, quando uir fortitudinem experiens mittit,
Hanc hi infunduntur cum phalangibus, ante autẽ Apollo
Aegidã tenẽs ualde honoratã, deiecit aũt murũ Achiuorũ
Facile ualde, sicut quãdo aliquis harenã puer prope mare,
Qui postq̃ igitur facit ludos stultitijs,
Retro iterum destruit, pedibus & manibus ludens:
Sic tu arcitenens Phœbe multum laborem & ærumnam
Fudisti Argiuorum, ipsis autem fugam mouisti.
Sic hi quidem apud naues prohibebantur manentes,
Inter seq; iubentes, & omnibus deis
Manus eleuantes, ualde precabantur unusquisq;,
Nestor rursus maxime honoratus tutela Achiuorum,
Precabatur manum porrigens in cœlum stellatum:
Iupiter pater, si unquã aliquis tibi in Argo frugifera
Vel bouis uel ouis pinguia crura comburẽs,
Precatus est reuerti, tu autem promisisti & annuisti,
Horum memento & expelle cœlestis crudelem diem,
Neq; sic Troianis sinas domari Achiuos.

Nestoris ad Iouẽ precatio.

Sic dixit precãs, ualde aũt insonuit cõsiliarius Iupiter,
Preces audiens Neleidæ senis.
Troiani autem postq̃ audiuerunt Iouis mentem Aegiochi
Valde contra Argiuos ruũt: recordabant̃ autem pugnæ:
Hi autem sicut magna unda maris latas uias habentis
Nauis super muros descendit, quando urget
Vis uenti, quæ maximas undas auget:

Sic Troiani magna uociferatione à muro ueniebant:
Equos autem impellentes in puppibus pugnabant,
Hastis utrinq; acutis cominus, hi quidem ab equis,
Hi autem à nauibus altenigris contra descendentes
Longis telis, quæ eis manibus iacebant
Naualia colligata ad os induta ære.
Patroclus autem quousq; quidem Achiuiq; Troianiq;
Murum circa pugnabant ueloces extra naues,
Interea hic in tentorio amantisuiros Eurypyli
Sedebatq; & hunc oblectabat sermonibus: in aūt uulnere
Medicamēta, medelas spargebat nigrorū dolorū. (molesto
Sed postquam murum irruentes intellexit
Troianos, & Danaorum factus est clamorq; timorq;
Ingemuitq; postea, & sua percussit crura,
Manibus pronis lugens, & uerbum dixit:
Eurypyle, non tibi possum indigenti quamuis tamen
Hic astare, iam enim magna contentio mota est:
Sed te quidem famulus delectet, sed ego
Festinabo in Achillem, ut concitem pugnare.
Quis autem scit si ei cum deo animum mouero
Admonens: BONA autem admonitio est socij.
Hunc quidem sic dicentem pedes ferebant. sed Achiui
Troianos contra uenientes expectabant firmiter, neq; po-
Pauciores quāuis existentes expellere à nauibus: (terant
Neq; aliquando Troiani Danaorum phalanges
Rumpentes in tentorijs misceri, neq; nauibus:
Sed sicut regula lignum nauale dirigit
Fabri in manibus periti, qui omnem
Bene scit sapientiam admonitionibus Mineruæ:
Sic quidem horū æqualiter pugna extensa erat, præliūq;

Græcorum naues oppugnantur.

Alij autem circa alias pugnam pugnabant naues:

Hector assidue unũ Aiacẽ petebat.

Hector autem contra Aiacem apparuit gloriosum.
Hi aũt unã circa nauẽ habebãt laborẽ, neq; poterant
Neq; hic hunc expellere & inurere igne naues:
Neq; hic hũc retro expellere, quoniam appropinquauerat
Tunc filium Clytij Caletora illustris Aiax (Deus.
Ignem in nauem ferentem iuxta pectus percussit lancea:
Sonuit autem cadens, torris eunti ei excidit manu.
Hector autem postquã cognouit nepotem oculis
In pulueribus cadentem nauem ante nigram,
Troianisq; & Lycijs iussit longe clamans:
Troiani, & Lycij, & Danai bellicosi,
Nondum recedite à pugna in strictura hac:
Sed filium Clytij saluateq;, ne ipsum Achiui
Armis expoliant nauium in certamine cadentem.
Sic dicens Aiacem iaculatus est lancea splendida:
Ad hoc quidẽ errauit, hic aũt postea Lycophrona Mastoris filium
Aiacis famulum Cytheriũ, q apud ipsum
Habitabat, quoniam uirũ interfecerat Cytheris gloriosis,
Hunc percussit in capite super aurem acuta lancea
Stantem prope Aiacem: hic autem supinus in pulueribus
Nauis à puppe humũ cecidit: soluta sunt autem membra:
Aiax autem timuit, fratrem & allocutus est:
Teucer socie iam nobis interfectus est fidelis amicus
Mastorides, quem nos ex Cytheris intus uenientem
Aequaliter dilectis parentibus honorabamus in domibus:
Hunc aũt Hector magnanimus interfecit: ubi tibi sagittæ
Cito interficientes & arcus, quẽ tibi dedit illustris Apollo?
Sic dixit: hic aũt intellexit, currẽs aũt ei ꝓpe astitit
Arcum tenens in manu recuruum, & pharetram

Sagittiferā, valde aūt velociter sagittas Troianis immisit
Et percussit Cletum Pisenoris illustrem filium,
Polydamantis socium clari Panthœdæ,
Habenas manibus tenētem. hic q̄dē laborabat circa equos.
Ea enim tenebat qua ualde plurimæ turbabant̄ phalanges
Hectori & Troianis gratificans: cito aūt ipsi
Venit malum quod ei nullus prohibuit cupienti quamuis.
Ceruici enim ei à tergo multigemiuus incidit sagitta:
Cecidit autem ex curribus: retrocesserūt autem ei equi
Vacuum currum pulsantes: Rex autē intellexit citissime
Polydamas, & primus contrauenit equos.
Hos quidem hic Astynoo Protiaonis filio dedit.
Multa autem iniuxit prope tenere inspicientem
Equos: ipse aūt rursus iens primis pugnatoribus mistꝰ est.
Teucer aūt aliam sagittam contra Hectorem armatum
Abstulit, & cessare fecisset à pugna cōtra naues Achiuorū
Si ipsum optime agentem percutiens eripuisset animum:
Sed non latuit Iouis prudentem mentem, qui custodiebat
Hectorem: sed Teucrum Telamonium gloria priuauit
Qui ei beneuersum neruum in optimo arcu
Rupit contra hunc trahenti: errauit autem ei alio
Sagitta ære grauis, arcus autem ei excidit manu.
Teucer autem timuit, fratrem & allocutus est:
Pape, certe iam omnino pugnæ consilia peruertit
Deus nostræ, hicq; mihi arcum eiecit manu:
Neruum autem discidit nupertortum quem illigaui
Mane, ut toleraret frequenter saltantes sagittas.

Teucri arcus inutilis redditur.

Huic autem respōdit postea magnus Telamonius Aiax:
O amice, sed arcum quidem sine & multas sagittas
Iacere, quoniam perturbat deus Danais inuidens.

Sed manibus accipiens longã lãceam & scutum humerô,
Pugnáq; Troianis, & alios excita populos,
Ne quidem indiligentia domiti perdant
Naues bene tabulatas, sed recordemur pugnæ.
Sic dixit: hic autem arcum quidem in tentorijs posuit:
Sed hic circa humeros scutum posuit quatuortergorum:
Capite autem in forti galeam bene factam posuit
Ex caudaequina: grauiter aũt crista desuper inclinabat.
Accepit autem robustam lanceam præfixam acuto ære.
Perrexit aũt ire: ualde autem cito currens Aiaci astitit.
Hector autem postq̃ uidit Teucri læsas sagittas,
Troianisq́; & Licijs iussit longe clamans:
Troiani, & Licij, & Danai bellicosi,
Viri estote dilecti: mementote autem strenuæ uirtutis
Naues supra concauas. iam enim uidi oculis,
Viri optimi à Ioue debilitatas sagittas:
Facile autem ualde cognita Iouis uiris fit fortitudo,
Et quibus gloriam magnam dat,
Et quos diminuit, & non uult iuuare:
Sicut nunc Argiuorum minuit robur: nobis aũt auxiliat.
Sed pugnate contra naues cõgregati: qui autem uestrum
Percussus uel cadens mortem & parcam accipiat
Moriatur, NON ei indecens auxilianti circa patriam
Mori, sed uxor saluáq; & filij retrò,
Et domus, & patrimonium incorruptum, si Achiui
Eant cum nauibus dilectam in patriam terram.
Sic dicens accedit ardorem & animum uniuscuiusq;.
Aiax autem rursus econtrario iussit suis socijs,
Pudor Argiui, nunc utilius uel perire
Vel saluari, & expellere mala nauium.

Mori p̃ patria pulchrũ est.

An speratis, si naues capiat galeamuariã habens Hector,
Pedibus ire in suam patriam terram unusquisq;.
An nõ incitantem auditis populum omnem
Hectora, qui iam naues inurere promptus est?
Non quidem ad tripudium iubet uenire, sed pugnare:
Nobis autem nulla hoc mens & consilium melius,
Quàm prope miscere manusq; roburq;.
Melius nunquid perire uno tempore, an uiuere,
An diu consumi in graui pugna,
Sic frustra apud naues sub uiris peioribus?
Sic dicens, accendit robur & animum uniuscuiusq;
Tunc Hector quidẽ percussit Schedium Perimedei filium
Ducem Phoceorum, Aiax autem percussit Laodamanta
Ductorem Pryleorum, Antenoris illustrem filium:
Polydamas autem Otum Cyllenium interfecit
Phylidæ socium, magnanimorum ducem Epiorum:
Hunc aut Meges irruit uidens, hic oblique declinatus est
Polydamas, & huic quidem aberrauit (non enim Apollo
Siuit Panthi filium in primis pugnatoribus domari)
Sed hic Crœsmi pectus medium uulnerauit lancea:
Sonuit aũt cadens: hic autem ab humeris arma spoliabat
Interea autem hunc irruit Dolops pugnæ bene sciens
Lampetides, quem Lampus genuit optimus uirorum
Laomedontiades, bene scientem strenue fortitudinis,
Qui tũc Phylidæ medium scutum uulnerauit lancea
Prope ruens: densus autem ei profuit thorax,
Quẽ portabat cõcauitatibus aptũ, quẽ quondam Phyleus
Duxit ex Ephyre fluuio à Seleente.
Hospes enim ei dedit rex uirorum Euphetes
In bellum, portare hostile uirorum tutamen,

Tamen in terramq́; & cœlum ibat odor.
Eo hæc corpus pulchrum ungens, & crines
Pectens, manibus capillos plicauit fulgidos,
Pulchros, diuinos, ex capite immortali.
Circa autem immortalem uestem induit, quã ei Minerua
Poliuit laborans: posuit autem in, uarietates multas:
Aureis autem fibulis supra pectus substringebat:
Cinxit autem cingulum centum fibris factum:
In autem laminas posuit perforatis summitatibus auriũ,
Tergeminas, laboratas: uenustate aũt resplẽdebat multũ:
Reticulo autem desuper uelauit diua Dearum
Eximio, recenti: candidum autem erat sol sicut:
Pedibus autem sub pinguibus induit pulchra calceamẽta.
Sed postquàm omnem circa corpus posuit ornatum,
Perrexit ire ex thalamo: uocans autem Venerem
Ab alijs seorsum uerbum allocuta est:
Certe mihi obedies dilecta filia quicquid dicam,
Vel negabis irato hoc animo:
Quoniam ego Danais, tu autem Troianis auxiliaris.

Aphroditã alloquitur Iuno.

Huic autem respondit postea Iouis filia Venus:
Iuno antiqua Dea, filia magni Saturni,
Loquere quod cogitas: perficere aũt me animus iubet,
Si possum perficere, & si perfectibile est.
Hanc autem dolosa allocuta est casta Iuno:
Da nunc mihi amorẽ, & Cupidinem, quo tu omnes
Domas immortales, & mortales homines:
Vado enim uisura multa nutrientis fines terræ,
Oceanumq́; Deorum generationem, & matrem Tethym.
Hi me in suis domibus nutriuerunt & educauerunt,
Suscipientes à Rhea quando Saturnum latesonãs Iupiter

Iuno Venerem blandis mẽdacijs decepit.

Iuno à Thetyde studiose educata.

Terram subter iecit & indomitum mare:
Hos uado uisura, & ipsis acerbas contentiones soluam.
Iam enim longo tempore inter se abstinent
Lecto & amicitia, postq̃ ira incidit animo.
Si illos uerbis decipiens dilecto corde
In lectum imponam misceri amicitia,
Semper eis dilectáq; & ueneranda uocabor.
Hanc autem rursus allocuta est ridens Venus:
Non est neq; decet tuum uerbum abnuere:
Iouis enim optimi in ulnis dormis.
Dixit, & à pectoribus soluit Cestum balteum
Varium: illic autem ei mulcimenta omnia facta sunt:
Illic est quidem amor, & Cupido, & colloquium,
Deceptio quæ furatur mentem prudenter cogitantium.
Hunc ei iniecit manibus, uerbumq; dixit & nominauit:
Accipe nunc hunc balteum, tuo autem impone sinui
Varium, quo in omnia facta sunt, neq; te dico
Non factibile fieri quod mentibus tuis cogitas.
Sic dixit: risit autem pulchros oculos habens casta Iuno.
Ridens autem postea suo imposuit sinui,
Hæc quidem iuit ad domum Iouis filia Venus:
Iuno autem festinans liquit cacumen olympi:
Pieriam autem insiliens Emathiam amœnam,
Ruitq; in bellicosorum Thracum montes niuosos
Vltimos uertices, neq; terram tangebat pedibus.
Ex Athoo in pontum iuit undosum:
Lemnum autem in peruenit ciuitatem diuini Thoantis,
Vbi somno obuiauit fratri mortis.
In aũt eius appropinquauit manu, uerbũq; dixit, & nominauit:
Somne, rex omniumq; Deorũ, oĩmq; hominum,

Cestus Veneris cuius efficaciæ.
Amorũ lenocinia in balteo Veneris.

Venus decepta, Iunoni balteum, in quo amores insunt, tradit.

Iuno ad Somnum Deũ.

Certe quidẽ iã aliqñ meũ uerbũ exaudisti, ac nũc & nunc
Audi: ego autem & tibi habebo gratiam dies omnes:
Sopora mihi Iouis sub supercilijs oculos splendidos
Statim, postquàm ego apud dormiam in amore.
Dona aũt tibi dabo pulchrũ soliũ, incorruptibile semper,
Aureum: Vulcanus autem meus filius claudus
Fecit laborans: sub autem scabellum pedibus ponet:
Hoc tenebis delicatos pedes conuiuans.

Hanc autem respondens allocutus est dulcis Somnus:
Iuno primigenia Dea filia magni Saturni,
Alium quidem ego Deorum sempiternorum
Facile soporauerim, etsi fluuij fluenta
Oceani, qui generatio omnibus factus est:
Iouem autem non ego Saturnium prope ibo,
Neq; soporabo, mihi quando non ipse iubet.
Iam enim me, & aliàs tuum admonuit præceptum
Die illo, quando ille magnanimus Iouis filius
Nauigauit ex Ilio Troianorum ciuitatem destruens.
Certe ego quidem soporaui Iouis mentem Aegiochi,
Dulcis circunfusus: tu autem ei mala consultasti animo,
Mouens molestorum uentorum in mare procellas:
Et ipsum posteà Coum bene habitatam misisti
Seorsum ab amicis omnibus: hic autem surgens iratus est,
Proijciens in domo deos: me autem maxime omnium
Quærebat: & me inscium ab æthere iniecisset ponto,
Nisi nox domatrix deorum seruasset & uirorum,
In qua iui fugiens: hic autem cessauit iratus quamuis.
Timuit enim ne nocti ueloci tristia mala faceret:
Nũc rursus hoc me iubes periculũ aliud pficere. (ca Iuno:
Hũc aũt rursus allocuta est pulchros oculos habẽs pudẽ

Iuno Herculi tẽpestatẽ immittit.

Nox Sõnũ liberat ab ira Iouis.

Somne, cur autem tu hæc in mentibus tuis cogitas?
An dicis sic Troianis auxiliari latesonantem Iouem,
Sicut Herculem circa iratus est filium suum:
Sed uade: ego autem & tibi Gratiarum unam iuniorum
Dabo nubere & tuam uocari uxorem
Pasitheam, quam semper desideras dies omnes.
Sic dixit, gauisus est aũt Sõnus: rñdẽs aũt allocut⁹ est:
Age nunc mihi iura innocuam Stygis aquam,
Manu autem altera quidem accipe terrã multapascẽtem,
Altera autem mare album, ut nobis omnes
Testes sint subter dei Saturnum circa existentes,
Certe quidem mihi dare Gratiarum unam
Pasitheam, quam ego desidero dies omnes.
Sic dixit, neq; abnuit Dea albasulnas habens Iuno,
Iurauit autem sicut iussit, Deos autem nominauit omnes:
Hos subtartareos qui Titanes appellantur.
Sed postquam iurauitq; perfecitq; iuramentum,
Hi iuerunt, Lemnumq; & Imbrum ciuitatem relinquẽtes,
Aëre induti cito transeuntes uiam,
In Idam uenerunt multarumfontium matrem ferarum,
Lectum ubi primum liquerunt mare: hi autem in terram
Iuerunt: summa autem pedibus sub mota est sylua.
Illic somnus quidem mansit ante Iouis oculos uideri,
In abietem ascendens ualde altam, quæ tunc in Ida
Altissima nata per obscurum æthera ibat,
Illic sedit ramis coopertus abiegnis,
Aui stridulæ similis, quam in montibus
Chalcida uocant dei, uiri autem Cyminda.
Iuno autem cito adiuit Gargarum altum
Idæ altæ: uidit autem nebularum congregator Iupiter.

Pasithea Charitum una, Somno deo ab Iunone desponde tur.

Sõnus ab Iunone exoratus Iouẽ soporat.

Postq̃ aũt uidit, statim ipsum amor prudẽtibus mẽtibus per-
Qualiter quando primũ misti sunt amicitia (suasit,
In lectum euntes dilectos obliti parentes.
Stetit autem ipsam ante, uerbumq́; dixit & nominauit:
Iuno, quo prompta ab olympo huc uenis?
Equi autem non adsunt, & currus quos ascendas?
Hunc autem dolosa allocuta est casta Iuno:
Venio uisura multanutrientis fines terræ,
Oceanumq́;, deorum generationem, & matrem Tethym:
Hi quidem in suis domibus erudierunt & nutriuerunt:
Hos uado uisura, & ipsis magnas contentiones soluam.
Iam enim longo tempore inter se abstinent
Lecto & amicitia, postquàm ira incidit animo:
Equi autem in radice multarumfontium Idæ
Stant, qui me portabant supra terram & mare:
Nunc autem tui gratia huc ab olympo huc ueni,
Ne aliquo modo mihi postea irascereris, si silentio
Iuissem ad domum profunde fluentis Oceani.
Hãc aũt respõdens allocutus est nebularũcõgregator Iu-
Iuno, illuc quidem est & posterius ire: (piter,
Nos autem age in amicitia delectemur dormientes.
Adulteriorũ Iouis catalogus. Non enim unquàm sic deæ amor neq; mulieris
Animum in pectoribus profusus domuit,
Neq; unquam amaui Ixioneam uxorem,
Quæ peperit Peritheum deis peritum similem:
Neq; quãdo Danaën pulchracalcaneahabentẽ Acrisioneã
Quæ peperit Perseum omnium clarum uirorum:
Neq; quando Phœnicis filiam inclytam,
Quæ peperit mihi Minoumq́; & diuinũ Rhadamanthẽ:
Neq; quando Semelen, neq; Alcmenam in Thebis

Quæ Herculem fortem genuit filium:
Dionysium autem Semele peperit gaudium mortalibus:
Neq; quando Cererem pulchræcomæ reginam:
Neq; quando Latonam gloriosam, neq; te ipsam
Sicut te nunc amo, & me dulcis cupido tenet.
Hunc autem dolosa allocuta est casta Iuno:
Grauissime Saturnie, quale uerbum dixisti;
Si nunc in amore cupis dormire
Idæ in summitatibus: hic autem manifestantur omnia,
Quomodo esset siquis nos deorum semper existentium
Dormientes uideret, deis autem omnibus adiens
Diceret, non ego tuam ad domum irem
Ex lecto surgens: uituperabile autem esset:
Sed si uis, & tibi placitum est animo,
Est tibi thalamus, quem tibi dilectus filius fecit
Vulcanus: frequentes autem ianuas liminibus coaptauit,
Illuc eamus dormituri postquàm tibi placet coitus.
Hãc respõdens allocutus est nebularũcõgregator Iupiter
Iuno, ne deorum in hoc time, neq; aliquem uirorum
Videre, talem tibi ego nebulam circum effundam
Auream, neq; nos uidebit sol,
Cuius & acutissimum est lumen ad uidendum.
Dixit, & ulnis accepit Saturni filius suam uxorem,
Quos subter terra diuina procreauit nouam herbam,
Lotumq; roscidam, & crocum, & hyacinthum
Densum & tenerum, qui à terra alte tenebat,
Quo in dormierunt: supra autem nebulam obduxerunt
Pulchram, auream: splendidi autem cadebant rores.
Sic hic quidem quiete dormiebat in Gargaro summo,
Somno & amore domitus: tenebat aũt in ulnis uxorem.

Iupiter cum uxore coiens somno opprimitur.

Somnus Neptuno nunciat, ut Græcos tutetur.

Perrexit aũt currere in naues Achiuorũ dulcis Somnus,
Nuncium dicens terramcontinenti Neptuno:
Propè autem stans, uerba uelocia allocutus est:
Promptus nunc Græcis Neptune auxiliare,
Et ipsis gloriam præbe paululum, dum adhuc dormit
Iupiter, quoniam ipsi ego mollem soporem offudi:
Iuno autem in amore decepit dormire.
Sic dicens, hic quidem iuit ad inclytos cœtus hominum.
Hunc autem magis persuasit auxiliari Danais.
Statim autem ad primos ualde procurrens iussit:
Argiui, & rursus dimittimus Hectori uictoriam
Priamidæ, ut naues capiat & gloriam auferat:
Sed hic quidem sic dicit, & gloriatur, quoniam Achilles
Nauibus in concauis manet iratus corde:
Illius autem non multum desiderium erit, si alij
Nos excitemur auxiliari inuicem:

Neptunus Ioue dormiente adiuuat Græcos

Sed age sicut ego dicam, assentiamur omnes:
Scuta quot optima in exercitu & maxima
Induti, capitaq; lucentissimis galeis,
Tecti manibus longissima tela tenentes,
Eamus: sed ego præibo, neq; dico
Hectora Priamidẽ expectare ualde quàmuis animosum.
Qui uir bellator, habet autem paruum scutum humero,
Minori uero det: hic autem in scuto maiori induatur.
Sic dixit: hi aũt huic libẽter quidẽ assensi sunt, & obtẽ-
Hos aũt ipsi reges ornauerũt uulnerati q̃uis (perarũt.
Tydides, Vlyssesq;, & Atrides Agamemnon:
Euntes autem ad omnes, bellicosa arma mutabant.
Bona quidẽ bonus induebatur: peiora autẽ peiori dabat.
Sed postquàm induti sunt circa corpus splendidum æs,

Pergunt ire: præibat autem eis Neptunus quatiens terrã,
Grauem ensem, prælongum tenens in manu forti,
Similem fulmini: huic autem non fás est misceri
In pugna perniciosa, sed timor detinet uiros:
Troianos aũt rursus e diuerso disposuit illustris Hector,
Ac tunc grauissimam contentionem belli intenderunt,
Cœruleam comam habens Neptunus & illustris Hector,
Scilicet hic quidẽ Troianis, ille autem Achiuis auxilians.
Inundauit autem mare ad tentoriaq; nauesq;
Argiuorum: hi autem cucurrerunt magna iubilatione.
Neq; maris unda tantum boat ad terram
E Ponto propulsa flatu Boreæ truci,
Neq; ignis tantus crepitus ardentis
Montis in cacuminibus, quando ruit urere syluam,
Neq; uentus tantus in quercuum arduis comis
Insanit, qui maxime ualde resonat sæuiens:
Tantus Troianorum & Achiuorum fuit clamor
Vehementer uociferantium, quando inter se ruerunt.
Aiaci autem primus iaculatus est illustris Hector
Lancea, postq̃ uersus est ad ipsum obuiãs: neq; aberrauit
Quà duo baltei circa pectora extensi erant:
Certe hic qdẽ scuti, ille aũt ensis argẽteos clauos habẽtis:
Hi ei custodierũt tenerum corpus: ægretulit aũt Hector,
Quòd ei telum uelox inuanum effugit manu:
Retrò autem sociorũ in multitudinẽ iuit mortem fugiens.
Hunc quidem postea abeuntem magnus Telamonius Aiax
Saxo, qualia multa uelocium retinacula nauium
Inter pedes pugnantiũ proiecta erant, horũ unum eleuãs,
Pectus percussit supra scutum prope iugulum: (tus
Trochũ aũt sicut impulit pcutiẽs: circũ aũt cucurrit peni

Cõparatio marini fluctus.

Aiax Hectorẽ uulnerat.

Sicut autem quando ab ictu patris Iouis cadit quercus
Radicitus: grauis autem sulfuris fit odor
Ex ipsa: hunc non habet audacia qui uiderit
Prope existens (durum autem Iouis magni fulmen)
Sic cecidit Hectoris celeriter humum robur in pulueribus:
Manū aūt eiecit lanceā: super ipso aūt scutū inclinatū est
Et galea: circa autem ipsum sonuerunt arma uaria ære.
Hi autem ualde exclamātes accurrerunt filij Græcorum
Sperantes seruare: iaculabantur autem frequentes
Hastas, neq; aliquis potuit pastorem populorum
Vulnerare neq; pcutere. prius enim circūuenerūtq; optimi
Polydamasq;, & Aeneas, & diuinus Agenor,
Sarpedonq; princeps Lyciorum, & Glaucus eximius.
Aliorum autem nullus bene neglexit, sed ante
Scuta rotunda tenebant ipsum: hunc autem socij
Manibus eleuātes asportarūt ex labore ut iret ad equos
Veloces, qui ei retro à pugna & bello
Stabant, aurigamq; & currus pulchros habentes,
Qui hunc ad ciuitatem portabant grauiter gementem.
Sed quando iam uadum peruenerunt benefluentis fluuij
Xanthi flexuosi, quem immortalis genuit Iupiter,
Tunc ipsum ex equis deposuerūt in terrā: circa aūt ipsum
Fuderūt: hic aūt respirauit & aspexit oculis. (aquā
Sedens autem in genua, nigrum sanguinem euomuit:
Iterum autem retro lapsus est in terram: eius aūt oculos
Nox cooperuit nigra: telum autem animum domuerat.
Argiui aūt igitur postq̄ uiderūt Hectora seorsum euntem,
Magis cōtra Troianos cucurrerūt, meminerūt aūt pugnæ
Tunc longe primus Oileus uelox Aiax
Satnium uulnerauit lancea saltans acuta

Hector uulneratus ab Aiace, è pugna excedit

Enopidem quem nympha peperit Nais eximia
Enopi bubulco apud ripas Satnioëntis.
Hunc quidem Oiliades lanceâ gloriosus propè iens
Vulnerauit apud uterum: hic autem reuersus est,
Circa aũt ipsum Troiani & Danai cõmouerũt asperã pu (gnã:
Hũc ad Polydamas hastã uibrans uenit adiutor
Panthœdes: traiecit autem Prothenora dextro humero
Filium Areilycij: per humerum aũt fortis lancea (to.
Traiecta est: hic aũt in pulueribꝰ cadẽs accepit terrã cubi
Polydamas aũt insolenter insultabat uehementer clamãs:
Non quidem rursus puto magnanimi Panthœdæ
Manu à forti uanum saltasse telum,
Sed aliquis Argiuorum accepit in corpore, & ipsum puto
Cum ipso irruentem descendere domum Inferni intra.
Sic dixit: Argiuis autem dolor factus est iactantis.
Aiaci autem maxime prudenti animum mouit
Telamonidæ. hunc enim cecidit prope maxime.
Statim autem abeuntem iaculatus est lancea lucida.
Polydamas autem ipse quidem uitauit mortem nigram
Obliquus ruens: accepit autem Antenoris filius
Archelochus, huic enim dei uoluerunt cædem:
Hunc percussit capitisq; & ceruicis in coniunctione
Circa ultimã coniuncturã: ambos autẽ amputauit neruos.
Huius autem multo prius caput osq; naresq;
In terram deciderunt, quàm crura & genua cadentis.
Aiax autem rursus locutus est prudenti Polydamanti:
Animaduerte Polydamas. & mihi uerum dic,
Nunquid non hic uir Prothenore pro interfectus esse
Dignus? non quidem mihi malus uidetur neq; malis ex,
Sed frater Antenoris equidomitoris

Vel filius: ipsi enim genus prope assimilatur.
Dixit bene cognosces: Troianos aut dolor accepit animo.
Tunc Acamas Promachum Bœotium uulnerauit lancea,
Circa fratrem iens: hic autem trahebat pedibus.
Ideo Acamas terribiliter gloriabatur longe clamans:
Argiui ignaui, minarum insatiabiles,
Non solis dolorq; erit & luctus
Nobis, sed aliquando sic mactamini, & uos
Inspicitis, sicut uobis Promachus domitus dormit
Lancea mea, ut non fratris pœna
Diu inulta sit, ideo & aliquis glorietur uir,
Fratrem in domibus Martis adiutorem reliquisse.

Frater fratris mortem ulciscitur.

Sic dixit: Argiuis autem dolor factus est iactantis
Peneleo autem maxime prudenti animum commouit:
Ruit autem in Acamanta: hic autem expectauit impetũ
Penelei regis: hic autem uulnerauit Ilioneum
Filium Phorbantis, multas oues habentis: hunc maxime
Mercurius Troianorum diligebat, & possessionem dedit.
Huic autem mater solum peperit Ilioneum,
Quẽ tũc subter superciliũ uulnerauit iuxta oculi fundamẽ
Expulit aũt pupillã: lancea aũt oculũ totaliter (tum,
Et per neruum iuit: hic autem sedit manus extendens
Ambas: Peneleus trahens ensem acutum,
Ceruicem mediam percussit: deiecit autem humum
Ipsa cum galea caput. adhuc autem fortis lancea
Erat in oculo: hic aũt tanquam caput papaueris eleuans,
Dixit autem Troianis, & glorians uerbum locutus est:
Dicite mihi Troiani illustris Ilionei
Patri dilecto & matri lugere in domibus.
Neq; enim Promachi uxor Alegenorida

Viro dilecto uenienti lætabitur:quando
Iā ex Troia cū nauibus reuertemur iuuenes Achiuorum.
Sic dixit:hos autem omnes nouus timor accepit:
Videbat aūt unusquisq; quò fugeret perniciosam mortem.
Dicite nunc mihi Musæ cœlestes domos habitantes,
Quis iam primus cruentā spolia Achiuorum
Accepit,postquàm inclinauit pugnā inclytus Neptunus.
Aiax primus Telamonius Hyrcium uulnerauit
Gyrtiadem, Mysorum ducem præstantissimorum.
Phalcem autem Antilochus & Mermerum interfecit.
Meriones autem Morymq́;,& Hippotiona interfecit.
Teucer autem Prothoonáq; interfecit,& Periphetem.
Atrides autem posteà Hyperenora pastorem populorum.
Vulnerauit in uentrem:per autem uiscera æs exhausit
Incidens:anima autem per uulneratum uulnus
Exiuit adacta:hunc autem tenebræ in oculis cooperuit.
Multos autem Aiax interfecit Oilei uelox filius.
Non enim ei aliquis similis sequi pedibus
Viros fugientes,quando Iupiter in fugam compulisset.

ILIADIS O. HOMERI COMPOSITIONIS.

IVpiter surgens, & videns Troianos victos, Iunonen increpat: & Irim mittit ad Neptunum,iubens abstinere à pugna:Apollinem aūt vt fortificet Hectora:qui eleuans ægida,Græcos in fugam vertit, & vsq; ad naues expulsorum Aiax Telamonius multos interfecit pugnatorum, nauibus ignem ferentes.

ILIADIS O. HOMERI COMPOSITIONIS.

O micron, Saturnius iratus est Neptuno & Iunoni.



T postquàm per&q; stipites & fossam iuerunt
Fugientes: multi aũt interfecti sunt Danaorum à manibus:
Hi quidem iam apud currus cohibiti sunt manentes, (aũt Iupiter
Noui à timore trepidi: experrect⁹ est
Idæ in uerticibus ab aureamse dem habente Iunone.
Stetit autem surgens, uidit & Troianos & Achiuos,
Hos quidẽ turbatos, illos aũt turbantes à tergo Argiuos,
Cum autem ipsis Neptunum regem.
Hectora aũt in campo uidit iacentem: circum autẽ socij
Sedebãt: hic aũt molesto tenebat anhelitu corde stupefact⁹
Sanguinem uomens, quoniam non ipsum inualidissimus percussit Achiuorum
Hunc aũt uidens misertus est pater uirorum&q; deorum&q;
Valde aũt torue uidens Iunonem uerbum allocutus est:
Certe ualde iam malignus callida tuus dolus Iuno
Hectora diuinũ cessare fecit à pugna, terruit & populos.
Non quidem scio si rursus mali consilij tristis
Prima frueris, & te percussionibus uerberabo.
An nõ recordaris quãdo pepẽdisti ab alto, ex aũt pedibus
Incudes posui duas: circa manus autem uinculum extẽdi
Aureum incorruptibile: tu autem in æthere & nebulis
Pependisti: ægretulerunt autem dei in magno olympo:
Soluere aũt nõ potuerũt præsentialiter: quem aũt accepit,
Proiecit extendens à cœlo ut iret

Iupiter Hectorẽ abegit à pugna.

Iupiter Iunonẽ in uincula conijcit & in altũ suspendit.

Iupiter deos è cœlo eijcit

In terram malè uiuens: me autem neq; sic animus remisit
Indesinens dolore Herculis diuini,
Quem tu cum Borea uento persuadens procellas
Misisti in indomitum pontum mala cogitans,
Et ipsum posteà ad Coum benehabitatam impulisti.
Hunc quidem ego inde eripui, & reduxi uerum
Argos in equos pascens & multa patientem.
Hæc tibi rursus in memoriā redigo, ut desistas à deceptiōi
Vt intelligas si tibi iuuerit amorq; & lectus (bus,
Quem mista es ueniens deis à, & me decepisti.
Sic dixit: timuit aūt bouinos oculos habēs uenerāda Iuno:
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocuta est:
Sciat nunc hoc terra & cœlum latum desuper,
Et subter labens Stygis aqua, quodq; maximum
Iuramentum grauissimumq; est beatis deis:
Tuumq; sacrum caput, & noster lectus ipsorum
Iuuenis, quem quidem non ego unquam inuanum iurarē:
Non per meum consilium Neptunus quatiens terram
Lædit Troianosq; & Hectora: his autem auxiliatur.
Sed ipsum animus incitauit & iussit:
Consumptos autē in nauibus uidēs misertus est Achiuos:
Sed tibi & illi ego consultabo
Eò ire quò iam tu denigrans nubes præis.
Sic dixit: risit autem pater uirorumq; deorumq;,
Et ipsam, respondens, uerba uelocia allocutus est:
Si quidē iam tu postea bouinos oculos habēs uenerāda Iunō
Aequaliter nihil cogitans inter immortales sedebis,
Ideo Neptunus, & si ualde uult aliò
Statim conuertet mentem ad tuam & meam uoluntatem:
Sed si ex animo, & uerè dicis,

Iuno Apollini & Iridi nunciat: ut ad Iouē accedant.

Vade nunc ad cœtus deorum, & huc uoca
Irimq; uenire, & Apollinem inclytum arcu,
Vt hæc quidem ad populum Achiuorum bellicosorum
Eat, & dicat Neptuno regi,
Cessantem à pugna, suas domos ire:
Hectora autem incitet pugna in, clarus Apollo:
Iterum autem inspiret robur, obliuiscaturq; dolorum,
Qui nunc ipsum consumunt in mentibus: & Achiuos
Iterum auertat in potentem fugam incitans.
Fugientes autem in nauibus multarum sedium cadant
Pelidæ Achiuis, qui surgere faciat suum amicum
Patroclum: hunc autem interficiet lancea illustris Hector,
Troiam ante multos perdentem iuuenes
Alios: posteà autem filium meum Sarpedona diuinum:
Huic autem iratus, interficiet Hectora diuus Achilles.
Ex hoc autem tibi postea insecutionem à nauibus
Semper ego faciam totaliter, donec Achiui
Troiam excelsam capient Mineruæ per consilium.
Prius autem neq; ego cessabo iram, neq; aliquem aliorum
Immortalium Danais auxiliari hic sinam,
Quàm Pelidæ perficere desiderium,
Sicut ei promisi, prius meo & annui capite
Die illo, quando mei dea Thetis tetigit genua,
Supplicans honorare Achillem urbium destructorem.
Sic dixit: neq; nō persuasa est dea albasulnas habēs Iu(noa
Iuit aūt ab Idæis montibus in altū olympum:
Sicut quando recusat mens uiri, qui in altam
Terram peragrans, mentibus prudentibus cogitat,
Huc eat an illuc, cogitatq; multa.
Sic celeriter prompta deuolauit casta Iuno:

Iuit autem in altum olympum: congregatis aũt peruenit
Immortalibus deis Iouis domum. hi autem uidentes
Omnes assurrexerunt, & obuiam iuerunt poculis:
Hæc aũt alios quidẽ reliquit, à Themide aũt pulchras ge-
Suscepit poculũ. prima. n. obuia iuit currẽs, (nas habẽte
Et ipsam uociferans uerba uelocia allocuta est:
Iuno, cur uenisti, attonita autem uideris?
Certe ualde iam te terruit Saturni filius, qui tibi maritus.
Huic aũt respondit postea dea albasulnas habens Iuno:
Ne me dea Themis hæc interroga: scis & ipsa
Qualis illius animus superbus & crudelis,
Sed tu præsis deis domibus in conuiuio æquali.
Hæc autem & cum omnibus audies immortalibus,
Qualia Iupiter mala opera dicit, & agit: neq; dico
Omnibus similiter animum gratificari, neq; mortalibus,
Neq; deis, siquis nunc conuiuatur lætus.
Hæc quidem sic dicens, desedit casta Iuno.
Conturbati sunt autem per domum Iouis dei, & riserunt
Labris: neq; frons superciliis nigris
Lætata est: omnes autem arguens allocuta est:
Infantes, qui Ioui irascimur uecordes,
Vel iam ipsum prompti sumus sedere prope euntes
Vel uerbo, uel ui: hic longe sedens neq; curat,
Neq; aduertit. dicit enim in immortalibus deis
Fortitudineq; potentiaq; separatim esse optimus.
Ideo habetis quodcunq; uobis malum mittit unicuiq;.
Iam enim nunc opinor Marti nocumentum factum esse.
Filius enim ei occisus est pugna in, dilectissimus uirorum
Ascalaphus, quem dicit suum esse fortis Mars.
Sic dixit: sed Mars fortia feriebat crura

Themis Iunoni pateram porrigit.

Mars filij Ascalaphi mortẽ d-

Manibus pronis: lugens autem allocutus est:
Ne nunc mihi reprehendatis cœlestes domos habentes,
Vlcisci cædem filij euntem ad naues Achiuorum,
Si etiam mihi & fatum Iouis percusso fulmine
Iacere simul mortuis cum sanguine & pulueribus.
Sic dixit, & equos iussit metumq; terroremq;
Iungere: ipse autem arma indutus est fulgentia:
Tunc quædam maiorq; & atrocior alia
A Ioue immortalibus turba & indignatio facta esset,
Nisi Minerua omnibus timens deis
Mota esset ex uestibulo: reliquisset aũt soliũ ubi sedebat:
Huius aũt à q̃dẽ capite galeã accepisset & scutũ humeris:
Lanceam autem firmauit forti ex manu accipiens
Aeream, quæ uerbis castigat impetuosum Martem:
Furiose, mentibus stolide, utinam perires, an tibi frustra
Aures audire sunt? mens autem perijt & pudor?
Non audis quæ dicit dea albasulnashabens Iuno?
Quæ iam nunc à Ioue cœlesti uenit.
An uelis ipse quidem accumulans mala multa
Retro ire ad olympum & dolens quamuis necessitate?
Sed hic alijs malum magnum omnibus faciet.
Statim enim Troianos quidem magnanimos & Achiuos
Linquet: hic nos ueniet turbans in olympum.
Puniet autem deinceps quæq; causa quæq; & non.
Ideo te rursus nũc iubeo sedare turbationẽ filij proprij.
Iam enim aliquis hoc potentia & manibus fortior
Vel interfectus est, & postea interficietur.
Difficile aũt oĩm hominum liberare generationẽ & partũ:
Sic dicens, sedere fecit solio in, impetuosum Martem:
Iuno autem Apollinem uocauit domum extra

Pallas Martẽ obiurgat.

Irimq́;,quæq́; deis internuncia immortalibus.
Sed ipsos uociferans uerba uelocia allocuta est:
Iupiter uos in Idam iubet ire ualdè cito.
Sed postquàm iueritis,Iouemq́; in conspectum uideritis,
Facite quicquid ille iniunxerit & præceperit.
Hæc quidem sic dicens,retro iuit casta Iuno:
Sedit autem in solio:hi autem ruentes uolauerunt,
Idamq́; peruenerunt multarumfontium matrem ferarum.
Inuenerũt aũt latesonantẽ Saturniũ in Gargaro excelso
Sedentẽ:circum aũt ipsum odorifera nubes uoluta erat.
Hi autem ante uenientes Iouẽ nebularum congregatorem
Steterunt,neq; ipsis uidens iratus est animo,
Quoniã eius celeriter uerbis dilectæ uxoris obtẽperarunt.
Irim autem priorem uerba uelocia allocuta est:
Vade agè Iris uelox,Neptuno regi
Omnia hæc nuncia,ne autem falsanuncia sis,
Cessantem ipsum iube à pugna & bello
Venire ad cœtus deorum,uel in mare diuinum.
Si autem mihi non obediet, sed spernet,
Consideret autem postea in mente & in animo,
Ne me,neq; fortis q̃uis existens,contra uenientẽ sustineat
Expectare:quoniam se dicit ui multò melior esse,
Et generatione prior:huius non mouebitur dilectum cor
Aequalem mihi dicere quem contremiscunt & alij.
Sic dixit, neq; nõ persuasa est pedũuentorũ uelox Iris.
Iuit autem ab Idæis montibus in Ilium sacrum.
Sicut aũt quando ex nubibus uolat stillaniuea, uel grando
Gelida à iactu serenifici Boreæ:
Sic celeriter prompta deuolauit uelox Iris. Iris ad Neptunum.
Prope autem stans allocuta est inclytum Neptunum:

Nuncium aliquod tibi Neptune cœruleos crines habens,
Veni huc ferens à Ioue Aegiocho:
Cessantem te iubet à pugna & bello
Venire ad cœtus deorum, & in mare diuinum.
Si autem ei non uerbis obtemperabis, sed spernes,
Minatur ille contra pugnans
Huc uenire: te autem fugere iubet
Manus, quoniam te dicit ui multo fortior esse,
Et generatione prior. tuū aūt non mouebitur dilectum cor
Aequalem ei dicere, quem contremiscunt & alij.
Hāc aūt ualde indignat⁹ affatus est inclytus Neptunus:
Heu certe bonus quamuis existens superbe locutus est:
Si me æqualis honoris existentem ui inuitum detinebit.
Tres enim ex Saturno sumus fratres, quos pepit Rhea,
Iupiter, & ego, tertius autem Pluto mortuis imperans.
Trifariā aūt oīa diuisa sunt: unusqsq; aūt sortitus est honorē.
Certe ego sortitus sum albū mare habitare semp
Motorum: Pluto autem sortitus est caliginem obscuram:
Iupiter aūt sortitus est cœlum latum æthere & nebulis.
Terra aūt adhuc communis omnium, & longus olympus.
Ideo & non Iouis curo mentes, sed quietus
Et fortis existens maneat tertia in portione.
Manibus autem ne me omnino malum tanquàm terreat.
Filiabus enim & filijs melius esset
Terrificis uerbis castigare, quos peperit ipse:
Qui ei iubenti parebunt & necessitate.
Huic aūt respōdit postea pedes uentorū habens uelox Iris
Sic enim iam Neptune cœruleos capillos habens,
Hoc porto Ioui uerbum acreq; forteq;?
An mutaberis. VERTIBILES quidem mentes bonorum.

Saturni filij tres, qui oīa inter se diuiserunt.

Bonarum mentium est retractare sententias.

Scis quod grandiores Erynnes semper sequuntur.
Hanc aũt rursus allocutus est Neptunus quatiens terrã:
Iris dea, valde hoc uerbum secundum decens dixisti.
Bonum & hoc est, quando nuncius iusta scit.
Sed hic grauis dolor cor & animum lacerat,
Quando æqualis dignitatis & æquali fatatum parca
Contendere uult iratis uerbis:
Sed certe nunc quidem iratus cedam.
Aliud autem tibi dico, & minabor ex animo:
Si sine me, & Minerua prædatrice,
Iunone, Mercurioq; & Vulcano rege,
Troiæ altæ parcet, neq; uoluerit
Destruere: dare autem magnam uictoriam Argiuis,
Sciat hoc, quod nobis insanabilis iracundia erit.
Sic dicens, relinquit populũ Achaicũ Neptunus.
Ingressus est aũt pontũ ĩes. desiderabãt aũt heroes Achiui.
Et tũc Apollinẽ allocutus est nebularũ congregator Iupiter
Vade nunc dilecte Phœbe ad Hectorem ære armatum:
Iam quidem enim Neptunus quatiens terram
Iuit ad mare diuinum, fugiens iram grauem
Nostram: ualde enim pugnam didicerunt & dij,
Qui inferiores sunt dei Saturnum circa existentem.
Sed hoc & mihi multo melius & sibijpsi
Fuit quod ante iratus fugit
Manus meas. quoniam non sine sudore fuisset.
Sed tu in manibus accipe ægidam fibriatam,
Qua ualde minans terreas heroas Achiuos:
Tibi autem curæ sit Apollo illustris Hector.
Eatenus enim igitur ei excita uim magnam, dum Achiui
Fugientes nauesq; & Hellespontum ueniant.

Neptunus Iouis iussu è prælio discedit.

Apollini cõmittitur Hector.

Ibi autem ipse ego curabo opusq; uerbumq;.
Vt & rursus Achiui respirent à labore.
Sic dixit, neq; patri non obediuit Apollo:
Iuit autem ab Idæis montibus accipitri similis
Veloci phasianos occidenti, quiq; uelocissimus uolucrum,
Inuenit Priami prudentis Hectora diuum
Sedentē, neq; iacebat, iandudū aūt cōgregauerat animū,
Circa ipsum cognoscens socios, sed anhelitus & sudor
Cessauerat, postq̄ ipsum excitauit Iouis numen Aegiochi:
Prope autem stans, allocutus est longeoperans Apollo.
Hector fili Priami, cur autem tu semote ab alijs
Sedes tenuiualitudine existēs? certe aliqs te dolor attigit.
Hūc aūt lāguēs allocutus est galeāpulchrāhabēs Hector:
Quis aūt tu es optime Deorū qui me interrogas corām?
Non audis quod me nauibus in puppialibus Achiuorum
Suos socios perdentem uocem bonus percussit Aiax
Petra ad pectus: cessare fecit autem à strenua fortitudine:
Et iam ego dicebam mortuos & domos Plutonis
Die illo uisurum, quando dilectum audiuit cor.
Hūc aūt rursus allocutus est rex lōgeoperans Apollo:
Confide nunc, talem tibi adiutorem Saturnius
Ex Ida præmisit astare & auxiliari
Illustrem Apollinē aureamcitharamhabentē, qui te antea
Liberauit simul ipsumq; & altam urbem.
Sed age nunc equitibus iube multis,
Naues in concauas immittere ueloces equos.
Sed ego anteiens equis uiam
Omnem faciam, uertam & heroas Achiuos.
Sic dicens inflauit robur magnum pastori populorum:
Sicut aūt quādo aliquis ociosus equus pastus in præsepio

Apollo Hectorē sauciū hortatur ut redeat in prælium.

Cōparatio equi.

Vinculum abijciens currit campum pulsans,
Suetus lauari bene fluenti fluuio,
Exultans, alte autem caput tenet, circa autem iubæ
Humeros insurgunt: hic autem pulchritudini confisus,
Celeriter ipsum genu portabat ad domicilia & armentũ
Sic Hector celeriter pedes & genua mouebat (equarum.
Concitans equites, postquam dei audiuit uocem.
Hi aũt sicut uel ceruum cornigerum uel syluestrem caprã
Concitant canesq; & uiri agrestes,
Hunc quidem alta petra & umbrosa sylua
Tutatur, neq; ipsis adipisci fatatum est:
Horum autem sub clamore apparet leo uillosus
In uia: statim autem omnes auertit & animosos.
Sic Danai continue quidem turmati semper sequebantur
Percutientes ensibus & lanceis utrinq; incidentibus:
Sed postq̃ uiderunt Hectora cõtra euntẽ turmas uirorũ,
Timuerunt: omnibus autem ad pedes decidit animus.
His aũt postea concionatus est Thoas Andremonis filius.
Aetolorum longe optimus, sciens quidem iaculo,
Bonus autem in stataria: concione aũt pauci Achiuorum
Vincebant, quando iuuenes contendebant circa uerba:
Qui ipsis bene peritus concionatus est dixit:
O socij, certe magnam admirationem hanc oculis uideo:
Qualiter autem rursus iterum surrexit mortes fugiens
Hector: certe ipsum ualde sperabat animus uniuscuiusq;
Manibus sub Aiacis mori Telamonidæ.
Sed aliquis rursus deorum liberauit & seruauit
Hectora: Hic iam multorum Danaorum genua soluit.
Sic & nunc fore puto, non enim sine
Ioue ualde sonante primus stat sic promptus:

Hector ab Apoll. pristinis uirib⁹ restitutus, in prælium reuertitur.

comparatio canis agrestis.

Thoãtis uerba.

Vel filius: ipsi enim genus prope assimilatur.
Dixit bene cognosces: Troianos aũt dolor accepit animo.
Tunc Acamas Promachum Bœotium uulnerauit lancea,
Circa fratrem iens: hic autem trahebat pedibus.
Ideo Acamas terribiliter gloriabatur longe clamans:
Argiui ignaui, minarum insatiabiles,
Non solis dolorq; erit & luctus
Nobis, sed aliquando sic mactamini, & uos
Inspicitis, sicut uobis Promachus domitus dormit
Lancea mea, ut non fratris pœna
Diu inulta sit, ideo & aliquis glorietur uir,
Fratrem in domibus Martis adiutorem reliquisse.

Frater fratris mortem ulciscitur.

Sic dixit: Argiuis autem dolor factus est iactantius
Peneleo autem maximè prudenti animum commouit:
Ruit autem in Acamanta: hic autem expectauit impetũ
Penelei regis: hic autem uulnerauit Ilioneum
Filium Phorbantis, multas oues habentis: hunc maximè
Mercurius Troianorum diligebat, & possessionem dedit.
Huic autem mater solum peperit Ilioneum,
Quẽ tũc subter superciliũ uulnerauit iuxta oculi fundamẽ
Expulit aũt pupillã: lancea aũt oculũ totaliter (tum,
Et per neruum iuit: hic autem sedit manus extendens
Ambas: Peneleus trahens ensem acutum,
Ceruicem mediam percussit: deiecit autem humum
Ipsa cum galea caput. adhuc autem fortis lancea
Erat in oculo: hic aũt tanquàm caput papaueris eleuans,
Dixit autem Troianis, & glorians uerbum locutus est.
Dicite mihi Troiani illustris Ilionei
Patri dilecto & matri lugere in domibus.
Neq; enim Promachi uxor Alegenorida

Viro dilecto uenienti lætabitur: quando
Iā ex Troia cū nauibus reuertemur iuuenes Achiuorum.
Sic dixit: hos autem omnes nouus timor accepit:
Videbat aūt unusquisq; quò fugeret perniciosam mortem.
Dicite nunc mihi Musæ cœlestes domos habitantes,
Quis iam primus cruentā spolia Achiuorum
Accepit, postquàm inclinauit pugnā inclytus Neptunus.
Aiax primus Telamonius Hyrcium uulnerauit
Gyrtiadem, Mysorum ducem præstantissimorum.
Phalcem autem Antilochus & Mermerum interfecit.
Meriones autem Morymq́;, & Hippotiona interfecit.
Teucer autem Prothoonaq́; interfecit, & Periphetem.
Atrides autem posteà Hyperenora pastorem populorum.
Vulnerauit in uentrem: per autem uiscera æs exhausit
Incidens: anima autem per uulneratum uulnus
Exiuit adacta: hunc autem tenebrǽ in oculis cooperuit.
Multos autem Aiax interfecit Oilei uelox filius.
Non enim ei aliquis similis sequi pedibus
Viros fugientes, quando Iupiter in fugam compulisset.

ILIADIS O. HOMERI COMPOSITIONIS.

IVpiter surgens, & videns Troianos victos, Iunonen increpat: & Irim mittit ad Neptunum, iubens abstinere à pugna: Apollinem aūt vt fortificet Hectora: qui eleuans ægida, Græcos in fugam vertit, & vsq; ad naues expulsorum Aiax Telamonius multos interfecit pugnatorum, nauibus ignem ferentes.

ILIADIS O. HOMERI COMPOSITIONIS.

O micron, Saturnius iratus est Neptuno & Iunoni.



T postquàm per q; stipites & fossam iuerunt
Fugientes: multi aũt interfecti sunt Danaorum à manibus:
Hi quidem iam apud currus cohibiti sunt manentes, (aũt Iupiter
Noui à timore trepidi: experrect⁹ est
Idæ in uerticibus ab aureamse dembabente Iunone.
Stetit autem surgens, uidit & Troianos & Achiuos,
Hos quidẽ turbatos, illos aũt turbantes à tergo Argiuos,
Cum autem ipsis Neptunum regem.
Hectora aũt in campo uidit iacentem: circum autẽ socij
Sedebãt: hic aũt molesto tenebat anhelitu corde stupefact⁹
Sanguinem uomens, quoniam non ipsum inualidissimus percussit Achiuorum
Hunc aũt uidens misertus est pater uirorumq; deorumq;
Valde aũt torue uidens Iunonem uerbum allocutus est: — *Iupiter Hectorẽ abegit à pugna.*
Certe ualde iam malignus callida tuus dolus Iuno
Hectora diuinũ cessare fecit à pugna, terruit & populos.
Non quidem scio si rursus mali consilij tristis
Prima frueris, & te percussionibus uerberabo. — *Iupiter Iunonẽ in uincula conijcit & in altũ suspendit.*
An nõ recordaris quãdo pepẽdisti ab alto, ex aũt pedibus
Incudes posui duas: circa manus autem uinculum extẽdi
Aureum incorruptibile: tu autem in æthere & nebulis
Pependisti: ægretulerunt autem dei in magno olympo:
Soluere aũt nõ potuerũt præsentialiter: quem aũt accepi,
Proiecit extendens à cœlo ut iret — *Iupiter deos è cœlo eijcit*

In terram malè uiuens: me autem neq; sic animus remisit
Indesinens dolore Herculis diuini,
Quem tu cum Borea uento persuadens procellas
Misisti in indomitum pontum mala cogitans,
Et ipsum posteà ad Coum benehabitatam impulisti.
Hunc quidem ego inde eripui, & reduxi iterum
Argos in equos pascens & multa patientem.
Hæc tibi rursus in memoriā redigo, ut desistas à deceptioōibus,
Vt intelligas si tibi iuuerit amorq; & lectus
Quem mista es ueniens deis à, & me decepisti.
Sic dixit: timuit aūt bouinosoculoshabēs ueneräda Iuno:
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocuta est:
Sciat nunc hoc terra & cœlum latum desuper,
Et subter labens Stygis aqua, quodq; maximum
Iuramentum grauissimumq; est beatis deis:
Tuumq; sacrum caput, & noster lectus ipsorum
Iuuenis, quem quidem non ego unquam inuanum iurarē:
Non per meum consilium Neptunus quatiens terram
Lædit Troianosq; & Hectora: his autem auxiliatur.
Sed ipsum animus incitauit & iussit:
Consumptos autē in nauibus uidēs misertus est Achiuos:
Sed tibi & illi ego consultabo
Eò ire quò iam tu denigrans nubes præis.
Sic dixit: risit autem pater uirorumq; deorumq;,
Et ipsam, respondens, uerba uelocia allocutus est:
Si quidē iam tu postea bouinosoculoshabēs ueneräda Iuno
Aequaliter nihil cogitans inter immortales sedebis,
Ideo Neptunus, & si ualde uult aliò
Statim conuertet mentem ad tuam & meam uoluntatem:
Sed si ex animo, & uerè dicis,

Iuno Apollini & Iridi nunciat: ut ad Iouē accedant.

Vade nunc ad cœtus deorum, & huc uoca
Irimq; uenire, & Apollinem inclytum arcu,
Vt hæc quidem ad populum Achiuorum bellicosorum
Eat, & dicat Neptuno regi,
Cessantem à pugna, suas domos ire:
Hectora autem incitet pugna in, clarus Apollo:
Iterum autem inspiret robur, obliuiscaturq; dolorum,
Qui nunc ipsum consumunt in mentibus: & Achiuos
Iterum auertat in potentem fugam incitans.
Fugientes autem in nauibus multarum sedium cadant
Pelidæ Achiuis, qui surgere faciat suum amicum
Patroclum: hunc autem interficiet lancea illustris Hector,
Troiam ante multos perdentem iuuenes
Alios: posteà autem filium meum Sarpedona diuinum:
Huic autem iratus, interficiet Hectora diuus Achilles.
Ex hoc autem tibi postea insecutionem à nauibus
Semper ego faciam totaliter, donec Achiui
Troiam excelsam capient Mineruæ per consilium.
Prius autem neq; ego cessabo iram, neq; aliquem aliorum
Immortalium Danais auxiliari hic sinam,
Quàm Pelidæ perficere desiderium,
Sicut ei promisi, prius meo & annui capite
Die illo, quando mei dea Thetis tetigit genua,
Supplicans honorare Achillem urbium destructorem.
Sic dixit: neq; nō persuasa est dea albasulnas habēs Iunoa
Iuit aūt ab Idæis montibus in altū olympum:
Sicut quando recusat mens uiri, qui in altam
Terram peragrans, mentibus prudentibus cogitat,
Huc eat an illuc, cogitatq; multa.
Sic celeriter prompta deuolauit casta Iuno:

Iuit autem in altum olympum: congregatis aūt peruenit
Immortalibus deis Iouis domum. hi autem uidentes
Omnes assurrexerunt, & obuiam iuerunt poculis:
Hæc aūt alios quidē reliquit, à Themide aūt pulchras ge- Themis Iunoni paterā porrigit.
Suscepit poculū. prima. n. obuia iuit currēs, (nas habēte
Et ipsam uociferans uerba uelocia allocuta est:
Iuno, cur uenisti, attonita autem uideris?
Certe ualde iam te terruit Saturni filius, qui tibi maritus.
Huic aūt respondit postea dea albasulnas habens Iuno:
Ne me dea Themis hæc interroga: scis & ipsa
Qualis illius animus superbus & crudelis,
Sed tu præsis deis domibus in conuiuio æquali.
Hæc autem & cum omnibus audies immortalibus,
Qualia Iupiter mala opera dicit, & agit: neq; dico
Omnibus similiter animum gratificari, neq; mortalibus,
Neq; deis, siquis nunc conuiuatur lætus.
Hæc quidem sic dicens, desedit casta Iuno.
Conturbati sunt autem per domum Iouis dei, & riserunt
Labris: neq; frons supercilijs nigris
Lætata est: omnes autem arguens allocuta est:
Infantes, qui Ioui irascimur uecordes,
Vel iam ipsum prompti sumus sedere prope euntes
Vel uerbo, uel ui: hic longe sedens neq; curat,
Neq; aduertit. dicit enim in immortalibus deis
Fortitudineq; potentiaq; separatim esse optimus.
Ideo habetis quodcunq; uobis malum mittit unicuiq;.
Iam enim nunc opinor Marti nocumentum factum esse.
Filius enim ei occisus est pugna in, dilectissimus uirorum Mars filij
Ascalaphus, quem dicit suum esse fortis Mars. Ascalaphi
Sic dixit: sed Mars fortia feriebat crura mortē dolet.

Manibus pronis:lugens autem allocutus est:
Ne nunc mihi reprehendatis cœlestes domos habentes,
Vlcisci cædem filij euntem ad naues Achiuorum,
Si etiam mihi & fatum Iouis percusso fulmine
Iacere simul mortuis cum sanguine & pulueribus.
Sic dixit,& equos iussit metumq; terroremq;
Iungere:ipse autem arma indutus est fulgentia:
Tunc quædam maiorq; & atrocior alia
A Ioue immortalibus turba & indignatio facta esset,
Nisi Minerua omnibus timens deis
Mota esset ex uestibulo:reliquisset aūt soliū ubi sedebat:
Huius aūt à q̄dē capite galeā accepisset & scutū humeris:
Lanceam autem firmauit forti ex manu accipiens
Aeream,quæ uerbis castigat impetuosum Martem:
'allas Mar Furiose,mentibus stolide,utinam perires,an tibi frustra
ié obiurgat. Aures audire sunt?mens autem perijt & pudor?
Non audis quæ dicit dea albasulnashabens Iuno?
Quæ iam nunc à Ioue cœlesti uenit.
An uelis ipse quidem accumulans mala multa
Retro ire ad olympum & dolens quamuis necessitate?
Sed hic alijs malum magnum omnibus faciet.
Statim enim Troianos quidem magnanimos & Achiuos
Linquet:hic nos ueniet turbans in olympum.
Puniet autem deinceps quæq; causa quæq; & non.
Ideo te rursus nūc iubeo sedare turbationē filij proprij.
Iam enim aliquis hoc potentia & manibus fortior
Vel interfectus est,& postea interficietur.
Difficile aūt oīm hominum liberare generationē & partū.
Sic dicens,sedere fecit solio in,impetuosum Martem.
Iuno autem Apollinem uocauit domum extra

Irimq́;,quæq́; deis internuncia immortalibus.
Sed ipsos uociferans uerba uelocia allocuta est:
Iupiter uos in Idam iubet ire ualdè cito.
Sed postquàm iueritis,Iouemq́; in conspectum uideritis,
Facite quicquid ille iniunxerit & præceperit.
Hæc quidem sic dicens,retro iuit casta Iuno:
Sedit autem in solio:hi autem ruentes uolauerunt,
Idamq́; peruenerunt multarumfontium matrem ferarum.
Inuenerunt aũt latesonantẽ Saturniũ in Gargaro excelso
Sedentẽ:circum aũt ipsum odorifera nubes uoluta erat.
Hi autem ante uenientes Iouẽ nebularum congregatorem
Steterunt,neq; ipsis uidens iratus est animo,
Quoniã eius celeriter uerbis dilectæ uxoris obtẽperarunt.
Irim autem priorem uerba uelocia allocuta est:
Vade agè Iris uelox,Neptuno regi
Omnia hæc nuncia,ne autem falsanuncia sis,
Cessantem ipsum iube à pugna & bello
Venire ad cœtus deorum,uel in mare diuinum.
Si autem mihi non obediet, sed spernet,
Consideret autem postea in mente & in animo,
Ne me,neq; fortis q̃uis existens,contra uenientẽ sustineat
Expectare:quoniam se dicit ui multò melior esse,
Et generatione prior:huius non mouebitur dilectum cor
Aequalem mihi dicere quem contremiscunt & alij.
Sic dixit,neq; nõ persuasa est pedũuentorũ uelox Iris.
Iuit autem ab Idæis montibus in Ilium sacrum.
Sicut aũt quando ex nubibus uolat stillaniuea, uel grando
Gelida à iactu serenifici Boreæ:
Sic celeriter prompta deuolauit uelox Iris. Iris ad Neptunum.
Prope autem stans allocuta est inclytum Neptunum:

Nuncium aliquod tibi Neptune cœruleos crines habens,
Veni huc ferens à Ioue Aegiocho:
Cessantem te iubet à pugna & bello
Venire ad cœtus deorum, & in mare diuinum.
Si autem ei non uerbis obtemperabis, sed spernes,
Minatur ille contra pugnans
Huc uenire: te autem fugere iubet
Manus, quoniam te dicit ui multo fortior esse,
Et generatione prior. tuũ aũt non mouebitur dilectum cor
Aequalem ei dicere, quem contremiscunt & alij.
Hãc aũt ualde indignat⁹ affatus est inclytus Neptunus:
Heu certe bonus quamuis existens superbe locutus est:
Si me æqualis honoris existentem ui inuitum detinebit.
Tres enim ex Saturno sumus fratres, quos pepit Rhea,
Iupiter, & ego, tertius autem Pluto mortuis imperans.
Trifariã aũt oĩa diuisa sunt: unusq́sq; aũt sortitus est ho-
Certe ego sortitus sum albũ mare habitare semp (norẽ.
Motorum: Pluto autem sortitus est caliginem obscuram:
Iupiter aũt sortitus est cœlum latum æthere & nebulis.
Terra aũt adhuc communis omnium, & longus olympus.
Ideo & non Iouis curo mentes, sed quietus
Et fortis existens maneat tertia in portione.
Manibus autem ne me omnino malum tanquàm terreat,
Filiabus enim & filijs melius esset
Terrificis uerbis castigare, quos peperit ipse:
Qui ei iubenti parebunt & necessitate.
Huic aũt respõdit postea pedes uentorũ habens uelox Iris
Sic enim iam Neptune cœruleos capillos habens,
Hoc porto Ioui uerbum acreq; forteq;?
An mutaberis. VERTIBILES quidem mentes bonorum.

Saturni filij tres, qui oĩa inter se diuiserunt.

Bonarum mentium est retractare sententias.

Scis quod grandiores Erynnes semper sequuntur.
Hanc aut rursus allocutus est Neptunus quatiens terram:
Iris dea, ualde hoc uerbum secundum decens dixisti.
Bonum & hoc est, quando nuncius iusta scit.
Sed hic grauis dolor cor & animum lacerat,
Quando æqualis dignitatis & æquali fatatum parca
Contendere uult iratus uerbis:
Sed certe nunc quidem iratus cedam.
Aliud autem tibi dico, & minabor ex animo:
Si sine me, & Minerua prædatrice,
Iunone, Mercurioq;, & Vulcano rege,
Troiæ altæ parcet, neq; uoluerit
Destruere: dare autem magnam uictoriam Argiuis,
Sciat hoc, quod nobis insanabilis iracundia erit.
Sic dicens, relinquit populu Achaicu Neptunus.
Ingressus est aut pontu ies. desiderabat aut heroes Achiui.
Et tunc Apolline allocutus est nebularu congregator Iupiter
Vade nunc dilecte Phœbe ad Hectorem ære armatum:
Iam quidem enim Neptunus quatiens terram
Iuit ad mare diuinum, fugiens iram grauem
Nostram: ualde enim pugnam didicerunt & alij,
Qui inferiores sunt dei Saturnum circa existentem.
Sed hoc & mihi multo melius & sibiipsi
Fuit quod ante iratus fugit
Manus meas. quoniam non sine sudore fuisset.
Sed tu in manibus accipe ægidam fibriatam,
Qua ualde minans terreas heroas Achiuos:
Tibi autem curæ sit Apollo illustris Hector.
Eatenus enim igitur ei excita uim magnam, dum Achiui
Fugientes nauesq; & Hellespontum ueniant.

Neptunus Iouis iussu è prælio discedit.

Apollini cōmittitur Hector.

Ibi autem ipse ego curabo opusq; uerbumq;.
Vt & rursus Achiui respirent à labore.
Sic dixit, neq; patri non obediuit Apollo:
Iuit autem ab Idæis montibus accipitri similis
Veloci phasianos occidenti, quiq; uelocissimus uolucrum,
Inuenit Priami prudentis Hectora diuum
Sedentē, neq; iacebat, iandudū aūt cōgregauerat animū,
Circa ipsum cognoscens socios, sed anhelitus & sudor
Cessauerat, postq̄ ipsum excitauit Iouis numen Aegiochi:
Prope autem stans, allocutus est longeoperans Apollo.
Hector fili Priami, cur autem tu semote ab alijs
Sedes tenuiualitudine existēs? certe aliqs te dolor attigit.
Hūc aūt lāguēs allocutus est galeāpulchrāhabēs Hector:
Quis aūt tu es optime Deorū qui me interrogas coràm?
Non audis quod me nauibus in puppialibus Achiuorum
Suos socios perdentem uocem bonus percussit Aiax
Petra ad pectus: cessarefecit autem à strenua fortitudine:
Et iam ego dicebam mortuos & domos Plutonis
Die illo uisurum, quando dilectum audiuit cor.
Hūc aūt rursus allocutus est rex lōgeoperans Apollo:
Confide nunc, talem tibi adiutorem Saturnius
Ex Ida præmisit astare & auxiliari
Illustrem Apollinē aureamcitharamhabentē, qui te antea
Liberauit simul ipsumq; & altam urbem.
Sed age nunc equitibus iube multis,
Naues in concauas immittere ueloces equos.
Sed ego anteiens equis uiam
Omnem faciam, uertam & heroas Achiuos.
Sic dicens inflauit robur magnum pastori populorum;
Sicut aūt quādo aliquis ociosus equus pastus in præsepio

Apollo Hectorē sauciū hortatur ut redeat in prælium.
Cōparatio equi.

Vinculum abijciens currit campum pulsans,
Suetus lauari bene fluenti fluuio,
Exultans, alte autem caput tenet, circa autem iubæ
Humeros insurgunt: hic autem pulchritudini confisus,
Celeriter ipsum genu portabat ad domicilia & armentū
Sic Hector celeriter pedes & genua mouebat (equarum.
Concitans equites, postquam dei audiuit uocem.
Hi aūt sicut uel ceruum cornigerum uel syluestrem caprā
Concitant canesq; & uiri agrestes,
Hunc quidem alta petra & umbrosa sylua
Tutatur, neq; ipsis adipisci fatatum est:
Horum autem sub clamore apparet leo uillosus
In uia: statim autem omnes auertit & animosos.
Sic Danai continue quidem turmati semper sequebantur
Percutientes ensibus & lanceis utrinq; incidentibus:
Sed postq̄ uiderunt Hectora cōtra euntē turmas uirorū,
Timuerunt: omnibus autem ad pedes decidit animus.
His aūt postea concionatus est Thoas Andremonis filius.
Aetolorum longe optimus, sciens quidem iaculo,
Bonus autem in stataria: concione aūt pauci Achiuorum
Vincebant, quando iuuenes contendebant circa uerba:
Qui ipsis bene peritus concionatus est dixit:
O socij, certe magnam admirationem hanc oculis uideo:
Qualiter autem rursus iterum surrexit mortes fugiens
Hector: certe ipsum ualde sperabat animus uniuscuiusq;
Manibus sub Aiacis mori Telamonidæ.
Sed aliquis rursus deorum liberauit & seruauit
Hectora: Hic iam multorum Danaorum genua soluit.
Sic & nunc fore puto, non enim sine
Ioue ualde sonante primus stat sic promptus:

Hector ab Apoll. pristinis uirib⁹ restitutus, in prælium reuertitur.

comparatio canis agrestis.

Thoātis uerba.

Sed age sicut ego dico, obediamus omnes:
Multitudinem ad naues iubeamus redire.
Ipsi autem quicunq; optimi in exercitu iactamur esse,
Stemus: siquidem primum prohibeamus obuiantes
Lanceas eleuantes. hunc autem puto & promptum
Animo timere Danaorum descendere ad multitudinem.
Sic dixit: hi aũt huic ualde qdẽ audiuerũt, & paruerũt.
Hi quidem circa Aiacem, & Idomeneum regem,
Teucrum, Merionemq;, Megemq; similem Marti,
Pugnam ordinauerunt præstantissimos conuocantes
Hectora & Troianos contra, sed retro
Multitudo ad naues Achiuorum redierunt:
Troiani aũt primũ uerberarũt cõgregati: præibat aũt Hector
Longe iens: ante autem ibat ipsum illustris Apollo,
Indutus humeris nebulam: tenebat aũt ægidã impetuosam,
Grauem, circundensam, pulchram, quam faber
Vulcanus Ioui dedit portare in timorem uirorum:
Quam hic in manibus tenens præibat populis.
Argiui aũt expectabãt cõgregati: motus est autẽ clamor
Magnus utrinq;: à neruis autem sagittæ
Saltabant: multæ autem lanceæ fortibus à manibus:
Aliæ quidem in terra figebantur bellicosorum iuuenum,
Multæ autem in medio ante corpus pulchrum tangere
In terra stabant, cupientes corpus lædere:
Quandiu quidẽ ægidã manibus tenebat quiete illustris Apollo,
Tãdiu ualde utrinq; tela tangebãtur, cecidit aũt populus.
Sed postq̃ contrauultũ uidens Danaorũ ueslociũ equorum
Cõcussit: ipse aũt inclamauit ualde uehemẽter. his ãt aim
In pectoribus extĩxit, obliti sunt aũt strenuæ fortitudinis.
Hi aũt sicut uel boũ armentũ uel gregem magnum ouium

Græci ægida ab Apolline mota in fugam uertuntur.

Comparatio leonis.

Feræ duæ turbant nigræ noctis medio,
Venientes repente magistro non assistente:
Sic timuerunt Achiui impotentes. nam Apollo
Immisit timorem: Troianis aūt & Hectori gloriam dedit.
Tunc uir interfecit uirum sparsa pugna,
Hector quidem Stichiumq; & Arcesilaum interfecit,
Hunc quidem Bœotiorum ducem bellicosorum,
Illum autem Melesthei magnanimi fidelem socium.
Aeneas autem Medonta, & Iasum interfecit;
Certe hic quidem nothus filius Oilei diuini
Fuit Medon Aiacis frater, sed habitabat
In Phylace terra longe à patria uirum interficiens
Fratrem nouercæ Eriopidis, quam habebat Oileus.
Iasus autem rursus dux quidem Atheniensium fuit,
Filius autem Sphelei uocatus est Bucolidæ.
Meciſten aūt interfecit Polydamas: Achium aūt Polites
Prima in pugna; Clonium aūt interfecit diuinus Agenor
Deiocum autem Paris percussit in extremo humero retro
Fugientē in primis pugnatoribus, totaliter aūt ferrū trās-
Quousq; hos spoliant arma: tunc autem Achiui (misit
Vallo & palis percussi defosso,
Huc & illuc fugiebāt: ingrediebant aūt murū necessitate.
Hector autem Troianis iubebat longe uociferans
Naues irruere: omittere autem spolia cruenta.
Quēcunq; aūt ego lōge à nauibus seorsum aīaduertero,
Hic ei mortem consultabo, neq; hunc
Fratresq; sororesq; igne sortiabuntur mortuum:
Sed cane trahent ante urbem nostram.
Sic dicens flagello supra humeros percussit equos,
Iubens Troianis in ordines: hi autem cum ipso

Troianorū uictoria.

Omnes clamantes impellebant trahentes currus equosque
Voce magna: ante autem illustris Apollo
Facile ripas fossæ profundæ pedibus proruens,
In medium deuoluebat: transibilem fecit autem uiam,
Longam, & latam, quantum hastæ iactus
Fit, quando uir fortitudinem experiens mittit,
Hanc hi infunduntur cum phalangibus, ante autẽ Apollo
Aegidã tenẽs ualde honoratã, deiecit aũt murũ Achiuorũ
Facile ualde, sicut quãdo aliquis harenã puer prope mare,
Qui postq̃ igitur facit ludos stultitijs,
Retro iterum destruit, pedibus & manibus ludens:
Sic tu arcitenens Phœbe multum laborem & ærumnam
Fudisti Argiuorum, ipsis autem fugam mouisti.
Sic hi quidem apud naues prohibebantur manentes,
Inter seq; iubentes, & omnibus deis
Manus eleuantes, ualde precabantur unusquisq;,
Nestor rursus maxime honoratus tutela Achiuorum,
Precabatur manum porrigens in cœlum stellatum:
Iupiter pater, si unquã aliquis tibi in Argo frugifera
Vel bouis uel ouis pinguia crura comburẽs,
Precatus est reuerti, tu autem promisisti & annuisti,
Horum memento & expelle cœlestis crudelem diem,
Neq; sic Troianis sinas domari Achiuos.

Nestoris ad Iouẽ precatio.

Sic dixit precãs, ualde aũt insonuit cõsiliarius Iupiter,
Preces audiens Neleidæ senis.
Troiani autem postq̃ audiuerunt Iouis mentem Aegiochi
Valde contra Argiuos ruũt: recordabantur autem pugnæ:
Hi autem sicut magna unda maris latas uias habentis
Nauis super muros descendit, quando urget
Vis uenti, quæ maximas undas auget:

Sic Troiani magna uociferatione à muro ueniebant:
Equos autem impellentes in puppibus pugnabant,
Hastis utrinq; acutis comminus, hi quidem ab equis,
Hi autem à nauibus altenigris contra descendentes
Longis telis, quæ eis manibus iacebant
Naualia colligata ad os induta ære.
Patroclus autem quousq; quidem Achiuiq; Troianiq;
Murum circa pugnabant ueloces extra naues,
Interea hic in tentorio amantis uiros Eurypyli
Sedebatq;, & hunc oblectabat sermonibus: in aũt uulnere
Medicamẽta, medelas spargebat nigrorũ dolorũ. (molesto
Sed postquam murum irruentes intellexit
Troianos, & Danaorum factus est clamorq; timorq;
Ingemuitq; postea, & sua percussit crura,
Manibus pronis lugens, & uerbum dixit:
Eurypyle, non tibi possum indigenti quamuis tamen
Hic astare, iam enim magna contentio mota est:
Sed te quidem famulus delectet, sed ego
Festinabo in Achillem, ut concitem pugnare.
Quis autem scit si ei cum deo animum mouero
Admonens: BONA autem admonitio est socij.
Hunc quidem sic dicentem pedes ferebant. sed Achiui
Troianos contra uenientes expectabant firmiter, neq; po-
Pauciores quãuis existentes expellere à nauibus: (terant
Neq; aliquando Troiani Danaorum phalanges
Rumpentes in tentorijs misceri, neq; nauibus:
Sed sicut regula lignum nauale dirigit
Fabri in manibus periti, qui omnem
Bene scit sapientiam admonitionibus Mineruæ:
Sic quidem horũ æqualiter pugna extensa erat, præliũq;.

Græcorum naues oppugnantur.

Hector assidue unũ Aiacẽ petebat.

Alij autem circa alias pugnam pugnabant naues:
Hector autem contra Aiacem apparuit gloriosum.
Hi aũt unã circa nauẽ habebãt laborẽ, neq; poterant
Neq; hic hunc expellere & inurere igne naues:
Neq; hic hũc retro expellere, quoniam appropinquauerat
Tunc filium Clytij Caletora illustris Aiax (Deus.
Ignem in nauem ferentem iuxta pectus percussit lancea:
Sonuit autem cadens, torris eunti ei excidit manu.
Hector autem postquã cognouit nepotem oculis
In pulueribus cadentem nauem ante nigram,
Troianisq; & Lycijs iussit longe clamans:
Troiani, & Lycij, & Danai bellicosi,
Nondum recedite à pugna in strictura hac:
Sed filium Clytij saluateq;, ne ipsum Achiui
Armis expoliant nauium in certamine cadentem.
Sic dicens Aiacem iaculatus est lancea splendida:
Ad hoc quidẽ errauit, hic aũt postea Lycophrona Masto-
Aiacis famulum Cytheriũ, q apud ipsum (ris filium
Habitabat, quoniam uirũ interfecerat Cytheris gloriosis,
Hunc percussit in capite super aurem acuta lancea
Stantem prope Aiacem: hic autem supinus in pulueribus
Nauis à puppe humũ cecidit: soluta sunt autem membra:
Aiax autem timuit, fratrem & allocutus est:
Teucer socie iam nobis interfectus est fidelis amicus
Mastorides, quem nos ex Cytheris intus uenientem
Aequaliter dilectis parentibus honorabamus in domibus:
Hunc aũt Hector magnanimus interfecit: ubi tibi sagittæ
Cito interficientes & arcus, quẽ tibi dedit illustris Apollo?
Sic dixit: hic aũt intellexit, currẽs aũt ei ppe astitit
Arcum tenens in manu recuruum, & pharetram

Sagittiferã, ualde aũt uelociter sagittas Troianis immisit
Et percussit Cletum Pisenoris illustrem filium,
Polydamantis socium clari Panthœdæ,
Habenas manibus tenẽtem. hic q̃dẽ laborabat circa equos.
Ea enim tenebat qua ualde plurimæ turbabant phalanges
Hectori & Troianis gratificans: cito aũt ipsi
Venit malum quod ei nullus prohibuit cupienti quamuis.
Ceruici enim ei à tergo multigemitus incidit sagitta:
Cecidit autem ex curribus: retrocesserũt autem ei equi
Vacuum currum pulsantes: Rex autẽ intellexit citissime
Polydamas, & primus contrauenit equos.
Hos quidem hic Astynoo Protiaonis filio dedit.
Multa autem iniuxit prope tenere inspicientem
Equos: ipse aũt rursus iens primis pugnatoribus mist⁹ est.
Teucer aũt aliam sagittam contra Hectorem armatum
Abstulit, & cessare fecisset à pugna cõtra naues Achiuorũ
Si ipsum optime agentem percutiens eripuisset animum:
Sed non latuit Iouis prudentem mentem, qui custodiebat
Hectorem: sed Teucrum Telamonium gloria priuauit
Qui ei beneuersum neruum in optimo arcu
Rupit contra hunc trahenti: errauit autem ei alio
Sagitta ære grauis, arcus autem ei excidit manu.
Teucer autem timuit, fratrem & allocutus est:
Pape, certe iam omnino pugnæ consilia peruertit
Deus nostræ, hicq; mihi arcum eiecit manu:
Neruum autem discidit nupertortum quem illigaui
Mane, ut toleraret frequenter saltantes sagittas.
Huic autem respõdit postea magnus Telamonius Aiax:
O amice, sed arcum quidem sine & multas sagittas
Iacere, quoniam perturbat deus Danais inuidens.

Teucri arcus inutilis redditur.

Sed manibus accipiens longā lāceam & scutum humerō,
Pugnaq; Troianis, & alios excita populos,
Ne quidem indiligentia domiti perdant
Naues bene tabulatas, sed recordemur pugnæ.
Sic dixit: hic autem arcum quidem in tentorijs posuit:
Sed hic circa humeros scutum posuit quatuortergorum:
Capite autem in forti galeam bene factam posuit
Ex caudaequina: grauiter aūt crista desuper inclinabat.
Accepit autem robustam lanceam præfixam acuto ære.
Perrexit aūt ire: ualde autem cito currens Aiaci astitit.
Hector autem postq̄ uidit Teucri læsas sagittas,
Troianisq;, & Licijs iussit longe clamans:
Troiani, & Licij, & Danai bellicosi,
Viri estote dilecti: mementote autem strenuæ uirtutis
Naues supra concauas. iam enim uidi oculis,
Viri optimi à Ioue debilitatas sagittas:
Facile autem ualde cognita Iouis uiris fit fortitudo,
Et quibus gloriam magnam dat,
Et quos diminuit, & non uult iuuare:
Sicut nunc Argiuorum minuit robur: nobis aūt auxiliat.
Sed pugnate contra naues cōgregati: qui autem uestrum
Percussus uel cadens mortem & parcam accipiat
Moriatur, NON ei indecens auxilianti circa patriam
Mori, sed uxor saluaq; & filij retro,
Et domus, & patrimonium incorruptum, si Achiui
Eant cum nauibus dilectam in patriam terram.
Sic dicens accedit ardorem & animum uniuscuiusq;.
Aiax autem rursus econtrario iussit suis socijs,
Pudor Argiui, nunc utilius uel perire
Vel saluari, & expellere mala nauium.

Mori p̄ patria pulchrū est.

An speratis, si naues capiat galeam uariā habens Hector,
Pedibus ire in suam patriam terram unusquisq;.
An nō incitantem audiuis populum omnem
Hectora, qui iam naues inurere promptus est?
Non quidem ad tripudium iubet uenire, sed pugnare:
Nobis autem nulla hoc mens & consilium melius,
Quàm prope miscere manusq; roburq;.
Melius nunquid perire uno tempore, an uiuere,
An diu consumi in graui pugna,
Sic frustra apud naues sub uiris peioribus?
Sic dicens, accendit robur & animum uniuscuiusq;
Tunc Hector quidē percussit Schedium Perimedei filium
Ducem Phoceorum, Aiax autem percussit Laodamanta
Ductorem Pryleorum, Antenoris illustrem filium:
Polydamas autem Otum Cyllenium interfecit
Phylidæ socium, magnanimorum ducem Epiorum:
Hunc aut Meges irruit uidens, hic oblique declinatus est
Polydamas, & huic quidem aberrauit (non enim Apollo
Siuit Panthi filium in primis pugnatoribus domari)
Sed hic Crœsmi pectus medium uulnerauit lancea:
Sonuit aūt cadens: hic autem ab humeris arma spoliabat.
Interea autem hunc irruit Dolops pugnæ bene sciens
Lampetides, quem Lampus genuit optimus uirorum
Laomedonti ades, bene scientem strenue fortitudinis,
Qui tūc Phylidæ medium scutum uulnerauit lancea
Prope ruens: densus autem ei profuit thorax,
Quē portabat cōcauitatibus aptū, quē quondam Phyleus
Duxit ex Ephyre fluuio à Seleente.
Hospes enim ei dedit rex uirorum Euphetes
In bellum, portare hostile uirorum tutamen,

Qui ei & tunc filij à corpore expulit mortem.
Huius autem Meges galeæ æreæ equinarum setarum
Conum altum ferit lancea acuta:
Fregit autem equinam cristã ipsius:totus autem humum
Decidit in pulueribus nuper rubedine fulgens,
Qñ hic huic pugnabat manẽs:adhuc aũt sperabat uictoriã
Interim autem ei Menelaus bellicosus uenit adiutor:
Stetit aũt ex obliquo cũ lãcea latẽs: pcussit aũt humerũ re
Cuspis aũt pectus pertransiuit prompta, (tro
Ante iens,hic autem pronus solutus est,
Hi quidem iuerunt ærea arma ab humeris
Spoliare:Hector autem fratribus iussit
Oĩbus ualde,primum aũt Hicetaonidem improperauit
Fortẽ Menalippũ:hic aũt antea qdẽ curuis pedibus boues
Pauit in Percote inimicis ab seorsum existentibus.
Sed postq̃ Danaorũ naues uenerunt utrinq; agitatæ,
Retro in Troiã uenit:inter resplabat aũt Troianos:(filijs
Hitabat aũt apd̃ Priamũ:hic aũt ipsum honorabat æqualr
Hũc Hector improperauit, uerbumq; dixit, & denoiauit:
Sic iam Menalippe negligemus, neq; tibi
Inuertitur dilectum cor nepote interfecto?
Non uides qualiter Dolopis circa arma sequuntur?
Sed sequere,non enim posthac est longe Argiuis
Pugnare ante uel interficere,uel in arce
Troiam altam capere possidereq; ciues (tur diuinus uir.
Sic dicens,hic quidẽ præcessit,hic autem simul sequeba
Argiuos aũt exhortabat̃ magnus Telamonius Aiax:
O amici,uiri sitis,& pudorem ponite in animo,
Inuicemq; uerecundamini in fortes pugnas:
Verecundantiũ aũt uirorũ plures salui, q̃ interficiuntur.

Fugientium aūt, neq; gloria mouet, neq; aliqua fortitudo.
Sic dixit: hi autem & ipsi auxiliari prompti erant:
In animo autem posuerunt uerbum, uallauerunt & naues
Septo æreo: contra autem Iupiter Troianos excitabat:
Antilochum autem incitabat uocem bonus Menelaus:
Antiloche, nullus te iunior alius Achiuorum,
Neq; pedibus uelocior, neq; fortis sicut tu pugnare,
Siquem Troianorum exiliens uirum percutis.
Sic dicēs, hic quidē rursus retro cessit: hūc aūt cōcitauit.
Cucurrit āt ex primis pugnatoribus, & iaculat⁹ est lācea
Circa se aspiciēs: sub aūt Troiani duxerūt (splendida
Viro iaculante: hic non uanum telum misit,
Sed Icetaonis filium magnanimum Menalippum
Euntem in bellum percussit in pectore apud papillam.
Sonuit autem cadens, sonuerunt & arma super ipso.
Antilochus autem irruit canis tanquàm, qui in himnulo
Percusso ruit: hunc è cubili prodeuntem
Venator assecutus est percutiens: soluit autem membra.
Sic contra te Menalippe currebat Antilochus bellicosus
Arma spoliaturus, sed non latuit Hectora diuinum,
Qui ei infestus uenit currens in pugnam.
Antilochus āt nō expectauit uelox q̄uis existens bellator,
Sed hic timuit, feræ malum facienti similis:
Quæ canem interficiens, uel bubulcum circa boues,
Fugit, ante multitudinem congregari uirorum.
Sic timuit Nestorides: contra aūt Troianiq; & Hector
Clamore magno tela suspirium facientia fundebat.
Stetit autē uersus postquā aduenit multitudo sociorum:
Troiani autem leonibus similes crudelibus,
Nauibus irruebant: Iouis autem perficiebant mandata.

Qui eis semp suscitabat robur magnũ: diminuebat aũt animum
Argiuorũ & gloriã auferebat: hos aũt cõcitabat.
Hectori enim ei animus uolebat gloriam præbere
Priamidæ, ut nauib⁹ rostratis diuinum ignem
Injciat incessabilẽ: Thetydis aũt indecentẽ supplicationẽ
Omnem perfecit: nam expectabat consiliarius Iupiter
Nauis ardentis splendorem oculis uidere.
Post enim iam hoc debebat fugam à nauibus
Ponere Troianorum: Danais autem gloriam præbere.
Hæc cogitans, naues contra concauas suscitauit
Hectora Priamidem ualde quamuis promptum & ipsum.
Currebat aũt, sicut qñ Mars lanceã uibrãs uel pnitiosus ignis
Montibus furit pfundæ in densitatibus syluæ:
Spuma autem circa os fiebat: hi autem ei oculi
Splendebant terribilibus sub supercilijs: circũ autẽ galeã
Terribiliter temporibus quatiebatur pugnantis
Hectoris, ipse enim ei ab æthere aderat auxiliator
Iupiter, qui ipsum pluribus in uiris solum existentem
Honorabat & glorificabat. parui temporis. n. debebat
Fore. iam enim ei mouebat fatalem diem
Pallas Minerua sub Pelidæ ui.
Et uolebat scindere ordines uirorum tentans,
Qua iã plurimã multitudinẽ uidebat & arma optimæ:
Sed neq; sic poterat scindere ualde quamuis prõptus.
Ibant enim turris instar coniuncti ueluti petra
Alta magna album mare prope existens,
Quæ expectabat stridulorum uentorum celeres uias
Vndasq; uersas, quæ eructant ipsam:
Sic Danai Troianos expectabant firmiter, neq; fugiebãt.
Sed hic splendens igne undiq; saltauit in multitudinem.

Irrupit autem sicut quando unda ueloci in naui cadit
Vehemens à nubibus impetuosa: hæc autem tota
Spuma cooperitur: uenti autem grauis flatus
Vela inflauit: tremunt autem mentibus nautæ
Timentes: paululum enim à morte feruntur.
Sic diuisus animus in pectoribus Achiuorum.
Sed hic tanquam leo perniciosa cogitans bobus cōtra ueniens,
Quæ in amœnitate paludis magnæ pascuntur
Multæ, in autem his pastor nondum manifeste sciens
Feræ pugnare curuæ bouis circa cædes:
Certe hic quidem primis & ultimis bobus
Semper simul uadit: hic autem in medijs ruens
Bouem comedit: hæ aūt oēs fugerunt: sic tunc Achiui
Valde territi sunt ab Hectore & Ioue patre
Omnes: hic autem solū interfecit Mycenæum Periphetem
Copræi dilectum filium, qui Eurysthei regis
Nuntius iuit ui Herculea.
Huius fuit ex patre multo peiore filius melior
Omnis generis uirtutibus & pedibus & pugnare.
Et mente in primis Mycenæorum fuit,
Qui tunc Hectori gloriam magnam præbuit.
Versus enim retro in scuti rotunditate saltauit,
Quod ipse portabat usq; ad pedes septum iaculorum:
Quo hic læsus cecidit supinus: circum autem galea
Terribiliter resonabat circa tempora cadentis.
Hector aūt ꝓtinus intellexit: currēs aūt ei ꝓpe astitit.
Pectore aūt in lācea fixa ē: dilectos aūt ipsum ꝓpe socios
Interfecit: hi autem non potuerunt & dolentes quāuis socio
Auxiliari, ipsi enim ualde timebant Hectora diuinum:
Inspicientes aūt erant naues: circa aūt tenebant extremæ

comparatio undarum.

comparatio leonis.

Naues quæcunq; primæ tractæ erãt: hi aũt infundebãt.
Argiui aũt à nauibus quidẽ recedebant & necessitate
Primis, illic autem apud tentoria manebant
Congregati, neq; sparsi erãt per exercitũ, tenebat n. pudor
Et timor. continue enim adhortabant inter se.
Nestor autẽ rursus maximè honoratus tutela Achiuorum,
Precatus est super filijs genuflexo uirum unumquenq;:
O dilecti uiri sitis, & pudorem ponite in animum
Aliorum uirorum, recordamini autem unusquisq;
Filiorum & uxorum, & possessionis; & parentum,
Et cui uiuunt, & cui mortui sunt.
Hos propter hic ego precor non existentes
Stare fortiter, neq; uertamini ad fugam.

Nestor socios animare nititur.

Sic dicens accendit ardorem & animum uniuscuiusq;.
His aũt ab oculis nebulam caliginis sustulit Minerua
Magnã: ualde aũt ipsis lumẽ factum in utrãq; partem,
Et ad naues & æque molestum bellum.
Hectora autem aĩaduerterunt uocem bonum & socios,
Et quicunq; retro aberant, neq; pugnabant:
Et quicunq; apud naues pugnam pugnabant ueloces,
Neq; amplius Aiaci magnanimo placuit animo
Stare, ubi alij instabant filij Achiuorum:
Sed hic nauium transtra adiuit longe iens:
Mouebat autem hastam magnam, nauale in manibus,
Coniunctam clauis, duo & uiginti cubitorum.
Sicut quando uir equis equitare bene sciens,
Qui postq̃ ex ciuitatibus quatuor congregauit equos,
Ruens ex campo magnam ad ciuitatem impellit
Populo frequente in uia, multiq; uident
Viri & mulieres: hic aũt firmiter, secure semper

Saliens aliquando in alium mutatur: hi autem uolát.
Sic Aiax in multa uelocium transtra nauium
Ibat longe iens: uox autem ei in æthere ibat.
Semper autem terribiliter clamans Danais iubebat
Nauibus & tentorijs auxiliari, neq; quidem Hector
Manebat in Troianorum cœtu sapienter armatorum,
Sed sicut auium uolatilium aquila uelox
Multitudinem contra mouetur fluuium apud pascentiũ
Anserũ, uel gruũ, uel cygnorũ longumcollumhabentium.
Sic Hector rectà iuit ad nauem nigrampuppim habentem
Contrarius ruens: hunc autem Iupiter concitabat à tergo
Manu ualde magna: concitabat autem populum cũ ipso.
Iterum autem magna pugna apud naues facta est.
Diceres indefessos & inconsumptos inter se
Contra ire bello, sic ruenter pugnabant:
His autem pugnantibus hæc erat mens: certò Achiui
Non dicebant fugere à malo, sed perire:
Troianis aũt sperabat animus in pectoribus uniuscuiusq;
Naues comburere, interficereq; heroas Achiuos.
Hi quidem hæc cogitantes instabant inter se.
Hector autem puppim nauis tetigit ponto transeuntis,
Pulchræ, uelocis, quæ Protesilaum portauerat
In Troiam, neq; retro abduxit in patriam terram.
Huius iam circa nauem Achiuiq; Troianiq;
Vastabant inter se prope, neq; hi
Arcuum impetus utrinq; expectabant, neq; iaculorum,
Sed hi prope stantes, unum animum habentes,
Acutis securibus & bipennibus pugnabant
Et ensibus magnis, & lanceis utrinq; acutis.
Multi autem enses pulchri nigri capulati,

Comparatio aquilæ.

Alij quidē ex manu humū cadebant: alij aūt ab humeris
Virorum pugnantiū: fluebat aūt sanguine terra nigra.
Hector autem è puppi postquàm accepit non dimisit
Puppim cum manibus tenens: Troianis autem iussit,
Portare ignē simul & ipsi congregati subleuate clamorē,
Nunc nobis omnium Iupiter dignum diem dedit
Naues capere, quæ huc deis inuitis uenientes.
Nobis nocumenta multa posuerunt malignitate senum,
Qui me uolentem pugnare in puppialibus nauibus
Ipsum detinuerunt, prohibueruntq; populum:
Sed si tunc lædebat mentes latesonans Iupiter
Nostras, nunc ipse concitat & iubet.
Sic dixit: hi autem magis contra Argiuos ruebant:
Aiax autem non amplius mansit, uiolabatur enim telis:
Sed retrocessit paululum: putans interfectum iri
Subsellium in septem pedū: reliquit autē amplustra nauis
Illic hic stabat obseruans: lancea aūt semper (æqualis.
Troianos arcebat nauibus quicūq; ferret cōbustiuū ignem
Semper autem terribiliter clamans Danais iubebat:

Aiax uolentes inijcere nauib⁹ ignē occidit.

O dilecti heroës Danai famuli Martis,
Viri estote dilecti, recordamini autem strenuæ uirtutis.
An aliquos dicimus esse adiutores à tergo
Quàm murum optimum, qui uiris malum expellat:
Non quidem aliqua prope est ciuitas turribus munita,
Qua defendamur mutatum populum habentes.
Sed in enim Troianorum campo bene armatorum
Ponto clausi longe sumus à patria terra:
Ideo in manibus lux, non remissio belli.
Dixit & promptus compescebat lancea acuta,
Quicunq; aūt Troianorum concauas in naues ducebat

Cum igne uocuo gratia Hectoris concitantis,
Hunc Aiax uulnerabat excipiens acuto ære:
Duodecim autem ante naues prope uulnerauit.

ARGVMENTVM π. HOMERI COMPOSITIONIS.

PAtroclo roganti Achilles suijpsius armaturam cōcedit accipere, & Myrmidonas educere in bellum. Hi autem exeuntes verterunt Troianos. Patroclus autem Sarpedonē Iouis interfecit extra iugum existentem equū Achillis interficientem Pedasum. Postea autem Patroclū Hector interficit, percussum prius ab Euphorbo, Apolline auferēte armaturā ipsius.

ILIADIS Π. HOMERI COMPOSITIONIS.

Pi, Patroclum interfecit bellicosum Hectoris cuspis.



Ic bi quidem circa nauem bene tabulatam pugnabant:
Patroclus autē Achilli præsto fuit pastori populorum,
Lachrymas calidas fundens tanquam fons nigram aquam habens,
Quæ ab alta petra tenebrosam fundit aquam:
Hunc autem uidens misertus est uelox diuinus Achilles,
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est:
Cur autem lachrymatus es Patrocle tanquàm puella
Parua, quæ cum matre currens eleuari efflagitat
Vestem tangens, & festinantem detinet,
Lachrymans autem ipsam aspicit ut eleuetur?
Huic similis Patrocle teneram lachrymam effundis.
Nunquid aliquid Myrmidonibus dicis an mihi ipsi,
An aliquod nuncium Phthia audiuisti solus?
Viuere quidem adhuc dicunt Menœtium Actoris filium,
Viuit & Aeacides Peleus cum Myrmidonibus,
Quibus ualde ambobus doleremus mortuis:
An tu Argiuos luges, quia pereunt
Nauibus in concauis iniustitiæ gratia suæ:
Eloquere, ne celes mente, ut sciamus ambo.
Hunc grauiter suspirās allocutus est Patroclus equitator:
Patroclus Achilli. O Achilles Pelei fili, multo fortissime Achiuorum,
Ne accusa, talis enim dolor adiuit Achiuos.

Hi quidem enim iam omnes quicunq; ante erant optimi,
In nauibus iacent percussi uulneratiq;.
Vulneratur quidem Tydides fortis Diomedes,
Vulneratur & Vlysses lancea inclytus & Agamemnon,
Vulneratur autem Eurypylus in crure sagitta:
Hos quidē medici multas medicinas scientes circa laborāt,
Vulnera medicantes: tu autem implacabilis es Achilles:
Non me igitur hæc accipiat ira, quam tu seruas
Grauiuirtute, quis à te alius iuuabitur posterus,
Si non Argiuis indignum exitium expellis?
Crudelis non tibi pater erat eques Peleus,
Neq; Thetis mater: nigrum autem te peperit mare,
Petræq; altæ, quia tibi mens est sæua.
Si autem aliquam mentibus tuis uaticinationem,
Et aliquam tibi à Ioue dixit ueneranda mater,
Saltem me mitte cito: simul autem alium populum cōcede
Myrmidonum, si lux Danais fiam.
Da autem mihi humeris tua arma armari,
Si me tibi assimilantes abstineant bello
Troiani, respirent autem bellicosi filij Achiuorum
Consumpti: pauca autem respiratio belli.
Facile autem non defessi defessos uiros clamore
Repellemus ad urbem nauibus à & tentorijs.
Sic dixit precans ualde demens. certe enim debebat
Sibi ipsi mortemq; malam, & parcam precari.
Hūc aūt uehementer turbatus allocutus est pedibus uelox
Hei mihi generose Patrocle, quid dixisti? (Achilles:
Neq; oraculum curo quod scio,
Neq; mihi à Ioue dixit ueneranda mater,
Sed hic grauis dolor cor & animum tenet:

Miseram Græcorum cladem nunciat.

Quando iam similem uir uult priuare
Et donum retro auferre quod potestate antecellit.
Grauis dolor hic mihi ē, quoniā passus sum dolores animo.
Puellam, quam mihi donum elegerunt filij Achiuorum:
Lancea aūt mea possedi, ciuitatē bene muratā expugnās,
Hanc retro ex manibus accepit rex Agamemnon
Atrides, tanquàm aliquem inhonoratum exulem.
Sed quæ hactenus acta sunt, amittamus, neq; est
Perenniter irasci in mentibus. certe dixi
Non prius iram deponere, sed quando iam
Naues meas peruenisset clamorq; bellumq;,
Tu autem humeris quidem mea inclyta arma indue:
Impera autem Myrmidonibus bellicosis pugnare:
Siquidem nigra Troianorum nubes circumiuit
Nauibus in fortiter: hi autem in littore maris
Inclinantur loci paruam adhuc partem habentes
Argiui: Troianorum autem ciuitas contra omnis iuit
Audax. non enim meæ galeæ uident frontem
Prope radiantis, cito fugientes fluuios
Impleuissent cadaueribus, si mihi rex Agamemnon
Blandia sciuisset: nunc autem exercitum circum pugnāt.
Non enim Tydidæ Diomedis in nauibus
Fuit lancea Danaorum pestem expellere:
Neq; Atridem uocem exaudiunt hortantis
Inuiso ex capite, sed Hectoris homicidæ
Troianis iubentis frangitur, hi uociferatione
Omnem campum detinent pugna uincentes Achiuos.
Sed & sic Patrocle nauibus à exitium expelle,
Irrue strenuè, ne iam igne combustiuo
Naues comburant: amicum autem reditum auferant.

Patroclus armatur in Troianos.

Græcorum nauibus ignis inijcit.

Persuadearis aût sicut tibi ego uerbi summã in mẽtibus po- (nã,
Vt mihi honorem magnum & gloriam capias
Apud omnes Danaos, sed hi pulchram puellam
Retro reddent, & splendida dona præbebunt.
Ex nauibus expellens ueni retro: si autem rursus tibi
Dederit gloriam accipere ualde sonans maritus Iunonis,
Ne tu sine me cupias pugnare
Troianis bellicosis, ignominiosum autem me facies,
Neq; gaudens bello & pugna
Troianos interficiens ad Troiam dux eas,
Ne quis ab olympo deorum sempiternorum
Descendat, ualde hos diligit longe operans Apollo.
Sed retro uertaris postquàm lumen in nauibus
Posueris: hos autem sinas in campo pugnare.
Vtinam enim Iupiterq; pater, & Minerua, & Apollo.
Ne quis igitur Troianorum mortem fugiat quicũq; sunt;
Neq; aliquis Argiuorum à nobis egrediatur mortem,
Vt soli Troiæ sacra mœnia soluamus.
Sic hi quidem talia adinuicem loquebantur,
Aiax aût nõ amplius expectabat. cogebat enim à telis.
Domabat eum Iouisq; mens & Troiani illustres
Iacientes: magnum autem circa tempora splendida
Galea percussa sonum fecit: percutiebantur aut̃ sine fine
Ornamenta bene facta: hic aût sinistro humero laborabat
Firmiter: semper tenens scutum uarium, neq; poterant
Circa ipsum appropinquare firmati telis.
Semper aût molesto tenebat anhelitu: circa aût ipsum su- (dor
Vndiq; ex mẽbris multus fluebat, neq; poterat
Respirare: penitus autem malum malo firmabatur.
Dicite nunc mihi musæ, cœlestes domos habitantes;

Quomodo primo ignis incidit nauibus Achiuorum.
Hector autem Aiacis lanceam fraxineam prope astans
Percussit ense magno, ferri iuxta cuspidem retro:
Coram autem amputauit: hanc quidem Telamonius Aiax
Vibrabat frustra in manu mutilatam lanceam.
Longe autem ab ipso cuspis ærea humum sonuit cadens:
Cognouit autem Aiax in animo egregio timuitq́;
Opera deorum: hic omnino pugnæ consilia incidit
Iupiter altisonans: Troianis autem uolebat uictoriam:
Cessit autem è telis: hi autem iniecerunt ardentem ignem
Naui ueloci: huius aũt statim inextinguibilis fusa ẽ flãma.
Sic quidem puppim ignis circunsequebatur: at Achilles
Femora percutiens: Patroclum allocutus est:
Moueare generose, Patrocle, bellicose,
(Video iam apud naues ignis ardentis impetum)
Ne iam naues capiant, & non amplius fugibilia sint.
Induere arma cito: ego autem populum congregabo.
Sic dixit: Patroclus autem armatus est splendido ære.
Tibialia quidem primum circa tibias posuit
Pulchra, argenteis fibulis fabrefacta:
Secundo autem thoracem circa pectora induit
Discolorem, sidereum, uelocis Aeacidæ:
Circa autem humeros posuit ensem argentei capuli
Aereum: & postea scutum magnumq́; graueq́;:
Capite autem in forti, galeam benefactam posuit
Equinæ caudæ grauiter aũt conus desuper inclinabatur:
Accepit aũt fortes lanceas, quæ ei manibus congruerent:
Lanceã aũt non accepit solã egregij Achillis (uorũ
Graue, magnũ, fortẽ, quã quidem non poterat alius Achi-
Vibrare, sed ipsam solus sciebat mouere Achilles.

Troiani ignes conijciunt in naues Græcorum.

Pelia hasta.

Peliadem fraxineam, quam patri dilecto dedit Chiron
Pelij ex uertice cædem esse heroibus:
Equos autem Automedontem prope iungere iussit, — Automedon
Quem post Achillem fortem honorabat maxime.
Fidelissimus autem ei erat in pugna expectare tumultum: — Achillis equi
Huic autem & Automedon sub duxit iugum ueloces equos — & eorum nomina.
Xanthum & Balium, hi simul flatibus uolabant.
Hos peperit zephyro uento rapidissima Podarga — Podarga equa.
Pascens in prato apud fluxum Oceani:
In autem loris eximium Pedasum misit,
Quē quondā Eetionis accipiens ciuitatem, duxit Achilles,
Qui & mortalis existens sequebatur equos immortales:
Myrmidonas autem adiens armauit Achilles
Omnia in tentoria cum armis: hi autem lupi tanquàm — Cōparatio luporum.
Crudeles, quibus circa mentes magna audacia,
Qui ceruum cornigerum magnum in montibus laniantes
Comedunt: omnibus autem maxilla sanguine cruenta,
Et gregati ueniunt à fonte nigræ aquæ,
Lambentes linguis subtilibus nigram aquam,
Magnam eructantes cædem sanguinis: in autem animus
Pectoribus intrepidus est, gemit autem uenter.
Tales Myrmidonum ductores & principes — Achilles Myrmid. in bellū hortat.
Circa bonum famulum uelocis Aeacidæ
Confluebant: inter autem hos bellicosus stetit Achilles,
Vrgens equosq;, & uiros scutatos.
Quinquaginta erant naues ueloces, quibus Achilles — Achilles exercitum in quinq; ordines distribuit.
In Troiam ductus fuerat Ioui dilectus. in aūt unaquaque
Quinquaginta erant uiri in transtris socij.
Quinq; autem ductores fecerat, quibus confisus erat
Imperare ipse autem ualde dominans imperabat.

Huius quidem unius ordinis dux erat Menestheus
Variũthoracẽhabẽs filius Sperchij ex Ioue fluentis fluuij
Hunc peperit Pelei filia pulchra Polydora
Sperchio indefesso mulier cum deo dormiens,
Sed cognomento Boro Perieris filio,
Qui palam uxorem duxerat, præbens infinita dona.
Alterius autem Eudorus bellicosus dux erat
Polymela à Mercurio compressa. Virginalis, quẽ peperit in tripudio pulchra Polymela
Philandis filia: hanc autem fortis Argiecator
Amauit oculis uidens inter modulantes
In tripudio Dianæ auream sagittam habentis clamantis:
Statim autẽ in cœnaculũ cõscendens apud dormiuit clam
Mercurius bonus: præbuit autem ei illustrem filium
Eudorum: circa quidem currere uelocem & bellatorem
Sed postq̃ hunc laborans in partu Lucina
Eduxit ad lucem, & solis uidit splendores,
Hanc quidem Echeclei forte robur Actoridæ
Duxit ad domos, quoniam præbuit infinita dona:
Hunc autem senex Phylas bene nutriuit, & educauit,
Amans tanquam suum filium existentem.
Tertij autem Pisandrus bellicosus dux erat
Memalides, qui omnibus antecellebat Myrmidonibus,
Lancea pugnare post Pelidæ socium.
Quarti autem dux erat senex equitator Phœnix.
Alcimedon. Quinti aũt Alcimedon Laërcei filius præstantissimus.
Sed postq̃ omnes conductoribus Achilles
Stare fecit, bene separans: forte autem uerbum iussit:
Myrmidones, nemo mihi minarum obliuiscatur,
Quas in nauibus uelocibus minabamini Troianis
Omnem sub iram, & me accusabatis unusquisq;:

Dure Pelei fili ira te nutriuit mater
Sæue, qui apud naues inuitos tenes socios:
Domum cum nauibus reuertamur per mare transeuntibus
Retrò, quoniam tibi sic mala ira incidit animo.
Hæc mihi cōgregati frequēter dicebatis: nūc aūt ostendūt
Pugnæ magnum opus, quam prius amabatis.
Hic aliquis forte cor habens Troianis pugnet.
Sic dicens, commouit robur & animum uniuscuiusq;:
Magis aūt cateruæ densatæ sunt, postq̄ regē audiuerunt:
Sicut autem quando murum uir coniūgit densis lapidibus
Domus altæ, incursus uentorum fugiens:
Sic densatæ erant galeæq;, & scuta umbilicosa:
Scutum aūt scutum firmabat, galea galeam, uirū aūt uir:
Tangebantur aūt equinorūcriniū galeæ fulgētibus conis
Annuentium, sic densi supra stabant inter se.
Omnes autem ante duo uiri armabantur
Patroclusq; & Automedon, unum animum habentes
Ante Myrmidonas bellare, sed Achilles
Perrexit ire in tentorium: arca aūt ab operculum aperuit
Pulchra, uaria, quam ei Thetis argenteos pedes habens
Posuit in naue duci, implens uestibus,
Chlænisq; à uento tectis, uillosisq; tapetibus.
Illic autem ei poculum erat paratum, neq; aliquis alius,
Neq; uirorum bibebat cum ipso nigrum uinum,
Neq; alicui libat deorum quando non Ioui patri. Scyphus, siue poculum Achillis.
Hoc autem ex arca accipiens purgauit sulfure
Primum: postea autem lauit aquæ liquidis fluxibus:
Lauit autem ipse manus: hausit autem nigrum uinum.
Precabatur postea stans medio septo: libauit autem uinum
Cœlū suspiciens: Ioue autem non latuit gaudentē fulmine:

[illegible] ora [illegible] Iouē.

Iupiter rex Dodonæe, Pelagice, longe habitans,
Dodonæ curam habens tempestuosæ: circum autem Selli
Te habitant uates illotis pedibus humi dormientes.
Certe quidē iam aliquādo meū uerbū exaudisti precantis,
Honorasti quidē me: ualde aūt læsisti populū Achiuorum:
Et adhuc, & nunc mihi hoc perfice desiderium.
Ipse quidem enim ego maneo nauium in certamine,
Sed socium mitto cum Myrmidonibus
Pugnare, huic gloriam simul præmitte altitonās Iupiter:
Inspira autem ei cor in mentibus, ut & Hector
Intelligat, certe & solus scit pugnare
Noster famulus, uel ei tunc manus intangibiles
Furiunt, quando ego eo ad bellum Martis.
Sed postquam à nauibus pugnam clamoremq; expulerit,
Illæsus mihi postea ueloces in naues ueniat,
Armisq; cum omnibus, & bellicosis socijs.
Sic dixit precās: hūc aūt exaudiuit cōsiliarius Iupiter:
Huic aūt alterum quidē dedit pater, alterum aūt negauit:
Nauium quidem ei expellere bellumq; pugnamq;
Dedit: saluum autem negauit à pugna redire.
Certe hic quidem libansq;, & supplicans Ioui patri
Retro tentoriū ingressus est: poculū aūt reposuit in arca.
Stetit autem ante ueniens tentorium: itē aūt uoluit animo
Inspicere Troianorum & Achiuorum pugnam grauem.
Hi autem cum Patroclo magnanimo armati
Ordine ibant, donec Troianos ualde exultantes irruerēt:
Statim autem uespis similes effundebantur
In uia habitantibus, quas pueri incitant consueti
Semper uexantes, uia in domos habentes
Infantes: commune autem malum multis faciunt:

Has si apud aliquis iens homo uiator
Mouebit nolens, hæ autem forte cor habentes,
Ante omnis uolat, & auxiliatur suis filijs.
Harum tunc Myrmidones cor & animum habentes,
Ex nauibus effundebãtur: uox aũt inextinguibilis mota ẽt
Patroclus autem socijs iussit longe clamans:
Myrmidones socij Pelidæ Achillis,
Viri este amici (recordamini autem uiuidæ uirtutis,
Vt Pelidem honoremus, qui ualde optimus
Argiuorum apud naues) & bellicosi famuli.
Cognoscat autem & Atrides late dominans Agamemnon
Suam offensam, qui optimum Achiuorum non honorauit.
Sic dicens accendit ardorem, & animum uniuscuiusq;.
Contra aũt ruunt Troianos congregati: circũ aũt naues
Terribiliter resonabant clamantibus ab Achiuis:
Troiani autem postq̃ uiderunt Menœtij fortem filium,
Ipsum & famulum cum armis resplendentes,
Omnibus motus est animus, motæ sunt & phalanges:
Sperantes apud naues uelocem Pelidem
Iram quidem abiecisse, amicitiam autem accepisse.
Circumspicit autem unusquisq; quo fugiat grauem mortẽ.
Patroclus autem primus iaculatus est lancea splendida, Patroclus Troianos inuadit plurimosq; occidit.
Coram in medio, ubi multi tumultuabantur
Nauis circa puppim magnanimi Protesilai,
Et percussit Pyræchmen, qui Pæonas galeatus
Duxit ex Amydone ab Axio late fluente,
Hũc percussit in dextero humero, hic supinus in pulueribus
Cecidit gemẽs: socij aũt ipsum circa timuerũt:
Pæones in enim Patroclum fugam misit omnibus
Ductorem interficiens, qui optimus erat pugnare.

Ex nauibus autem expulit, & extinxit ardentem ignem:
Semiusta autem nauis relicta est illic: hi autem timuerunt
Troiani magno tumultu: Danai autem infundebantur
Naues in concauas: tumultus autem multus factus est.
Sic autem quando ab alto cacumine montis alti,
Mouet densam nubem fulgoris congregator Iupiter:
Apparent autem omnes speculæ, & uertices prominētes,
Et saltus: de cœlo fractus est magnus æther.
Sic Danai à nauibus quidē expellentes combustiuū ignem
Paululum respirant: belli autem non fit impetus:
Non enim aliquo modo Troiani bellicosis ab Achiuis
Conuersim fugerunt nigris à nauibus,
Sed adhuc cōtrastabāt: à nauibus aūt recesserūt necessitā(te
Ibi aūt uir interficiebat uirum, sparsa pugna
Dudum: primum autem Menœtij fortis filius
Statim auersi Areilycij percussit femur
Lancea acuta: totaliter autem ferrum traiecit.
Fregit autem os lancea: hic autem supinus in terram
Cecidit, sed Menelaus bellicosus uulnerauit Thoantem
Pectore nudo à scuto: soluit autem membra.
Phylides autem Amphiclum irruentem uidens
Præuenit percutiens ultimum crus, ubi pinguissima
Iunctura hominis est: circa autem lanceæ cuspidem
Nerui discissi sunt: hunc aūt tenebræ oculis cooperuerūt.
Nestoridæ aūt hic quidē uulnerauit Atymniū acuta lāceā
Antilochus: ille autem traiecit ærea lancea:
Cecidit autem coram Maris autem prope lancea
Antilocho irruit fratre iratus
Stans ante mortuum: huic autē contrarius Thrasymedes
Præuenit percutiens ante uulnerare (neq; aberrauit)

Humerum statim: ultimum autem brachium lăceæ cuspis
Lacerauit à coniunctura:ad autem os usq; collisit.
Sonuit aūt cadens:iuxta autem tenebra oculos cooperuit.
Sic hi quidem à duobus fratribus interfecti
Iuerunt in Erebum Sarpedonis boni socij
Filij iaculatores Amisodari,qui chimæram
Nutriuit indomitam multis malum hominibus.
Aiax autem Cleobulum Oileus irruens.
Viuum cepit lædentem in turba, sed ei rursus
Soluit robur percutiens ense ceruicem capulato:
Totus aūt calefactus est ensis sanguine: hūc aūt in oculis
Accepit nigra mors & parca potens.
Peneleus aūt Lyconq; concurrerunt: lanceis quidē enim
Errarunt,incassum iaculati sunt ambo:
Hi autem rursus ensibus concurrerunt,tunc Lycon quidem
Equinarūiubarū galeæ conū percussit:circū aūt summum
Ensis fractus est:hic autem sub aure ceruicem percussit
Peneleus:oīs aūt intrò ingressus est ensis: tenebat aūt sola
Pellis,pendebat autem caput: soluta sunt autem membra:
Meriones autem Acamanta inueniens pedibus uelocibus
Percussit equos ascendentem in dextero humero:
Cecidit autem ex curru:oculis autem fusa est tenebra.
Idomeneus autem Erymanta in ore crudeli ære
Percussit:hoc autem contraria lancea ærea transiuit
Subter sub cerebro:scissa sunt autem ossa alba.
Concussi sunt autem dentes:impleti sunt autem ambo
Sanguine oculi:hoc autem circa os & circa nares
Flauit hians, mortis autem nigra nebula circum operuit.
Hi ductores Danaorum interfecerunt uirum unusquisq;. Cōparatio
Sicut autem lupi agnos contra uadunt uel hœdos luporum.

Nocui latenter ex ouibus rapientes, qui in montibus
Pastoris stultitijs diuisi sunt: hi autem uidentes
Statim rapiunt impotentem animum habentes:
Sic Danai Troianos inuadebant: hi autem timoris
Male sonantis meminerũt: obliti sunt aũt strenuæ uirtutis.
Aiax autem magnus semper in Hectorem ære armatum
Cupiebat iaculari: hic autem scientia belli
Scuto taurino coopertus latos humeros
Obseruabat, sagittarumq; impetum, & sonitum iaculorũ.
Certe iam quidem cognouit pugnæ cõuersam uictoriam.
Sed & sic remansit: seruauit autem amicabiles socios.
Sicut autem quando ab olympo nebula uadit cœlum
In æthere ex dio, quandoq; Iupiter procellam extendit:
Sic horum ex nauibus fit clamorq; fugaq;:
Neq; secundum decens iuerũt retro: Hectora autem equi
Efferebant ueloces cum armis: liquit autem populum
Troicum, quos inuitos depressa fossa prohibebat.
Multi autem in fossa trahentes currus ueloces equi
Ruptos in primo temone liquerunt currus imperatorũ.
Patroclus autem sequebatur terribiliter Danais iubens
Troianis mala cogitans: hi autem clamoreq; timoreq;
Omnes impleuerũt uias postq̃ diuisi sunt: alte aũt procella
Spargebat sub nebulis: ruebãt aũt solas ungulas habẽtes e-
Retro ad ciuitatem nauibus ab & tentorijs. (quĩ
Patroclus aũt quà plurimum ruentem uidebat populum,
Eà ibat turbans: sub axibus uiri cadebant
Proni ex curribus: currus autem resonabant:
Contra autem subter uallum saltabant ueloces equi
Immortales, quos Peleo dei dederunt præclara dona
Ante cupientes: contra autem Hectora iubebat animus:
Cupiebat enim percutere: hũc aũt efferebãt ueloces equi.

Hector fuga salutem quæsiuit.

Troiani à nauibus repulsi fugiũt

Patroclus Troianos in fugam cõuertit.

Sicut autem à procella omnis nigra perstrepit terra
Die autumnali, quando iram magnam fundit aquam
Iupiter, quando iam uiris iratus sæuit,
Qui uiolentia in foro obliquas iudicant iustitias,
Iustitiam aũt expellunt, deorum religionem non curãtes,
Horum autem omnes quidem fluuij implent fluentes,
Multas autem decliuitates tunc diuidunt torrentes,
In autem mare nigrum ualde resonant fluentes
Ex montibus à uertice. minuit autem opera uirorum:
Sic equæ Troianæ suspirabant currentes:
Patroclus autem postq̃ primas dissipauit phalanges,
Retrò ad naues iuit retrouerse, neq; ciuitatem
Sinebant cupientes ire, sed in medio
Nauium & fluuij, & muri alti
Interficiebat ruens: multorum autem reddidit ultionem.
Tunc Pronorum primum percussit lancea splendida,
Pectore nudum à scuto: soluta sunt autem membra:
Sonuit autem cadens: hic autem Thestorem Enopis filium,
Secundum ruens, hic quidem bene polita in sella
Sedebat cõtractus. nã percussus est mẽtes: ex aũt manibus
Habenæ ruerunt: hic autem lancea percussit astans
Maxillam dexteram: per autem ipsius transiuit dentes:
Traxit aũt eũ lãcea capiẽs super curru, sicut quãdo aliqs
Petra in proiecta sedens magnum piscem (uir
Ex ponto foras lino, & splendido ferro:
Sic traxit ex curru hiantem lancea lucida:
Per autem os expulit: cadentẽ aũt ipsum liquit animus.
Sed postea Euryalum irruentem percussit saxo
Medio in capite, quod dupliciter omne scissum est
In galea forti: hic autem pronus in terra

Cõparatio imbris & pluuiæ.

Decidit: circa aũt ipsum mors fusa est animum destruẽs,
Sed postq̃ Erymanta, & Amphoterum, & Epaltem,
Tlepolemumq́; Damestoridem, Echiumq́;, Pyrrhemq́;,
Iphea'q;, Euippumq́;, & Argeadem Polymelum,
Omnes sparsos admouit terræ multa pascenti.
Sarpedon autem postquàm uidit spoliatos socios
Manibus à Patrocli Menœtiadæ domitos,
Iussit diuinis imperans Lycijs:
Pudor, ò Lycij, quò fugitis, nunc celeres estis.
Occurram enim ego huic uiro, ut intelligam,
Quicunq; hic dominatur, & iam malis multis affecit
Troianos, quoniam multorumq́; & bonorum genua soluit,
Dixit, & ex curribus cum armis saltauit humum
Patroclus aũt è contrario postq̃ uidit, saltauit è curru:
Hi aũt sicut uultures unguescuruoshabẽtes rostrũcuruũha
Petra in alta ualde clamantes pugnant, (bentes
Sic hi clamantes inter se irruebant.
Hos autem uidens miseratus est Saturni filius uersuti:
Iunonem autem allocutus est sororem uxoremq́;:
Hei mihi quandoquidẽ mihi Sarpedonẽ amicissimũ uirorũ
Fatum à Patroclo Menœtiade interfici:
Dupliciter autem mihi cor promptum est mẽtibus ruẽti,
Vel ipsum uiuum existentem pugna à lachrymosa
Ponam rapiens Lyciæ in pingui populo,
An iam sub manibus Menœtiadæ domabo.
Huic aũt respõdit postea pulchrosoculoshabẽs uenerabi-
Augustissime Saturnie, qualę uerbũ dixisti? (lis Iuno:
Virum mortalem existentem diu destinatum morti,
Iterum uis à morte malesonante liberare?
Fac, tamen non te omnes laudabimus dei alij:

Iupiter de futura filij sui Sarpedonis morte dolet.

Aliud autẽ tibi dico, tu autem in mentibus pone tuis:
Si uiuum mittis Sarpedonem suam ad domum,
Considera ne quis postea Deorum uelit & alius
Mittere suum dilectum filium à forti pugna.
Multa enim circa ciuitatem magnam Priami pugnant
Filij immortalium, quibus iram grauem immittes.
Sed si tibi dilectus est tuumq́; luget cor,
Certe quidem ipsum finito in forti pugna
Manibus sub Patrocli Menœtiadæ interfici.
Sed postquam iam hunc reliquerit animáq́;, & æuum,
Mitte ipsum mortemq́; portare, & dulcem somnum,
Donec Lyciælatæ ad populum eant.
Tunc ipsum sepelient fratresq́; propinquiq́;
Sepulchroq́; tituloq́;, hic enim honor est mortuorum.
Sic dixit: neq; renuit pater uirorumq́; deorumq́;.
Cruentas autem guttas defudit humum
Filium dilectum honorans, quem ei Patroclus debebat
Corrumpere in Troia fertili longe à patria.
Hi autem quando iam prope erant inuicem euntes,
Tunc certe Patroclus ualde inclytum Thrasymedem,
Qui bonus auriga Sarpedonis erat regis,
Hunc percussit ultimũ iuxta uentrem: soluit aũt membra:
Sarpedon autem ipsi quidem aberrauit lancea splendida
Secundus ruens: hic autem Pedasum uulnerauit equum
Lancea dextro humero. hic aũt gemuit animũ expirans.
Decidit aũt in pulueribus mugiẽs: lõge aũt uolauit anima
Hi aũt diuisi sunt: stridit aũt iugũ: habenæ autem ipsis
Implicitæ sunt, postquã iacebat extensus in pulueribus.
Huius quidem Automedon eximius inuenit finem
Trahens longum ensem pingui à crure

Insurgens amputauit iacentem, neq; errauit.
Hi autem rectà iuerunt: in autem habenis extensi sunt.
Hi autem rursus coibant contentionē circa aīmuorantē.
Tunc rursus Sarpedon quidem aberrauit lancea lucida,
Patrocli super humerum sinistrum uenit cuspis
Lāceæ, neq; pcussit ipsum: hic aūt secundus motus est ære
Patroclus: huius autem non uanum telum effugit manu:
Sed percussit, ubi mentes fingunt circa prudens cor.
Cecidit aūt sicut quādo aliqua querc⁹ cecidit, uel populus
Vel pinus alta, quam in montibus fabri uiri
Exciderunt securibus longis nauale esse:
Sic hic ante equos & currum iacebat extensus,
Fremens, puluerem apprehendens cruentam:
Veluti taurum interfecit leo armentum adiens,
Ardentem, magnanimum intortorumpedumbobus,
Perijtq; gemens sub maxillis leonis:
Sic sub Patroclo Lyciorum ductor scutatorum
Interfectus gemebat: amicum autem nominauit socium:
Glauce amice, bellator inter uiros, nūc te ualde oportet
Bellicosumq; esse, & audacem bellatorem.
Nunc tibi desideretur bellum malum, si uelox es,
Primum quidem concita Lyciorum duces uiros
Vndiq; iens Sarpedona circum pugnare,
Sed postea & ipse me propter pugna ære.
Tibi enim ego & postea tristitia & infamia
Ero dies omnes totaliter, si mihi Achiui
Arma spoliabunt nauium in certamine cadentem,
Sed tenearis fortiter, excita & populum omnem.
Sic ipsum dicentem finis mortis cooperuit
Oculis, naribusq;: hic autem calce in pectoribus iens,

Patroclus Sarpedonē occidit.

Comparatio tauri.

Ex corpore traxit lanceā, ante aūt mentes ipsum secutæ
Taliter aūt simul animāq;& lāceæ terruit cuspidē:(sunt:
Myrmidones aūt illic retinuerunt equos efflantes
Cupientes fugere, postq̄ reliquerunt currus regum.
Glauco autem grauis dolor factus est uocem audienti:
Motum est autem ei cor, quod non potuit auxiliari:
Manu aūt accipiēs premebat brachiū, cōsumebat .n. ualde Glauc⁹ uulneratur.
Vulnusq̄d' iā ipsum Teucer irruentē percussit sagitta,
Muri alti nocumentum socijs expellens:
Precans autem dixit longè iacienti Apollini:
Audi imperator qui Lyciæ, in pingui populo
Es uel in Troia: potes autem undiq; audire
Virum dolentem, sicut nunc me dolor accipit.
Vulnus quidem .n. teneo hoc forte: circa aūt mihi manus
Acutos dolores extensa est: neq; mihi sanguis
Siccari potest: grauatur autem mihi humerus sub ipso.
Lanceam autem non possum tenere firmiter, neq; pugnare
Veniens amicis: uir autem optimus perijt
Sarpedon Iouis filius, hic neq; suo filio auxiliatur.
Sed tu mihi imperator hoc forte uulnus medica:
Mitiga autem dolores, da & mihi fortitudinem, ut socijs
Iubens Lycijs concitem pugnare,
Ipseq; circa mortuum interfectum pugnem.
Sic dixit precans: hunc autem audiuit lucidus Apollo,
Statim sedauit dolores: ab autem uulnere molesto
Sanguinē nigrū abstersit: fortitudinē aūt ei iniecit aīo,
Glaucus autem cognouit suis in mentibus, lætatusq; est,
Quod ei cito audiuit magnus deus precantem.
Primum quidem concitauit Lyciorum ductores uiros
Vndiq; iens cum Sarpedone propter pugnare.

Sed postea ad Troianos longe uadens
Polydamanta in Panthydem, & Agenora diuinum:
Iuit & ad Aiaces, & Hectora ære armatum:
Prope autem stans uerba uelocia allocutus est,
Hector, nunc iam omnino oblitus es auxiliatorum,
Qui tui gratia longe ab amicis, & à patria terra
Animum absumunt, tu autem non uis auxiliari:
Iacet Sarpedon Lyciorum ductor scutatorum,
Qui Lyciam custodiuit iustitijs & fortitudine sua,
Hunc sub Patroclo interfecit lancea æreus Mars.
Sed amici adeste, accusamini autem animo,
Ne arma auferant, inhonorent & mortuum
Myrmidones Danais irati quot perierunt,
Quos in nauibus uelocibus interfecimus lanceis,
Sic dixit: Troianos autem in capite accepit dolor
Intolerabilis, neq; supportabilis: quoniã eis præsidiũ ciui-
Erat, & alienigena quis existẽs, multi enim cũ ipso (tatis
Populi sequebant: inter aũt ipse optimus erat pugnare.
Ibant aũt rectà Danaorũ prompti: Dux aũt erat ipsis
Hector iratus Sarpedone, sed Achiuos
Excitabat Menœtiadæ Patrocli prudens cor.
Aiaces primus allocutus est promptos & ipsos:
Aiaces, nunc uobis auxiliari dilectum sit,
Quales antea eratis cum uiris, uel & meliores:
Iacet uir qui primus proruit murum Achiuorum
Sarpedon, sed si ipsum deturpabimus accipientes
Armaq; humeris auferemus, & aliquem sociorum
Ipsi auxiliantium interfecerimus sæuo ære.
Sic dixit: hi autem & ipsi auxiliari prompti erant:
Hi autem postquam utrinq; fortificauerunt phalanges,

Troiani & Lycij, & Myrmidones, & Achiui
Concurrerunt circa mortuum interfectum pugnare,
Vehemēter clamātes, ualde aūt sonuerūt arma uirorum:
Iupiter aūt noctem perniciosam extendit in forti pugna,
Vt dilectum circa filium pugnæ perniciosus labor esset.
Reiecerunt aūt priores Troiani circunspectos Achiuos.
Percussus est n. non in aliquo pessimus uir inter Myrmidō (nes
Filius Agaclei magnanimi diuinus Epegeus,
Qui in Budeo bene habitatā imperabat
Antea, sed tunc bonum nepotem interficiens
Ad Peleum iuit, & ad Thetim argenteos pedes habentem.
Hi autem simul cum Achille forti miserunt sequi
Ilium in pulchros equos habens, ut Troianis pugnent:
Hunc tunc tangentem mortuum percussit illustris Hector
Saxo in capite, quod dupliciter totum diuisum est
In galea forti: hic autem pronus in mortuum
Decidit: circa autem ipsum mors fusa est perniciosa:
Patroclo autem dolor factus est interfecto socio.
Iuit autem rectā per primos pugnatores accipitri similis
Veloci, qui terruit coliosq;, psarasq;:
Sic recta in Lycios Patrocle equisuiam faciens
Ruisti, & in Troianos: irata est autem anima socio,
Et percussit Stheneleum Ithemenei dilectum filium
In ceruice saxo, rupit autem ab eo neruos:
Cesserunt aūt retro primi pugnatores, & illustris Hector
Quantus autem iaculi iactus extensi fit,
Quod uir emittit tentans uel certamine,
Vel & in bello, hostium animum scindentium:
Tantum cesserunt Troiani: expellebant autem Achiui:
Glaucus autem primus Lyciorum ductor scutatorum

Versus est, interfecit autem Vathyclea magnanimum
Chalconis dilectum filiũ, qui in Græcia domos habitans
Opibusq; diuitijsq; inter præstabat Myrmidones:
Hunc quidem Glaucus pectore medio uulnerauit lancea
Versus repente, quando ipsum assecutus est insequens,
Sonuit autem cadens: densus autem dolor accepit Achiuos
Sic cecidit bonus uir, ualde autem Troiani gauisi sunt.
Steterunt aũt circa ipsum euntes congregati, neq; Achiuĩ
Fortitudinis obliti sunt: robur aũt rectà portabant ipsorũ.
Tũc rursus Meriones Troianorũ interfecit uirũ armatũ
Laogonũ audacẽ filiũ Onetoris, qui Iouis sacerdos
Idæi factus erat: Deus autem tanq̃ honorabatur populo:
Hunc percussit sub maxilla, & aure: statim aũt animus
Discessit à membris: odiosa autem ipsum tenebra accepit:
Aeneas autem in Merionem lanceam æream misit,
Sperabat enim assequi sub scutum procidentem.
Sed hic quidem contrauidens euitauit æream lanceam.
Ante enim declinatus est: hanc aũt à tergo lanceã longam
Terram infixa est, ultima autem pars passa est
Lanceæ: tũc aũt postea amisit fortitudinem fortis Mars:
Cuspis autem Aeneæ mota in terram
Iuit, quoniam uana forti à manu ruit.
Aeneas autem animo iratus locutusq; est:
Merione, cito te & saltatorem quamuis existentem,
Lãcea mea compescuisset imperpetuũ, si te percussissem.
Hũc aũt rursus Meriones lãcea inclytus cõtra locutus est:
Aenea, arduum te & fortem quamuis existentem,
Omnium hominum extinguere robur quicunq; te contra
Venerit repugnans: mortalis autem & tu factus es.
Si & ego te percutiam nanciscens medium acuto ære:

Statim aũt & fortis quamuis existens, & manibus fidens,
Gloriam mihi dabis, animã aũt Plutoni famoso in equis.
Sic dixit: hũc aũt castigauit Menœtij fortissim⁹ filius:
Meriones, cur tu hæc & bonus existens dicis?
O amice, non Troiani uituperabilibus uerbis
A cadauere submouebuntur, ante aliquẽ terra detinebit:
In enim manibus finis belli: Verborum autem in consilio:
Ideo nõ oportet uerbũ augere, sed pugnare. (diuinus uir.
Sic dicẽs, hic quidem præcessit: ille aũt simul secutus est
Horũ aũt tanq̃ lignorũ incisorũ uirorũ tumultus mouetur
Montis in concauitatibus: longe aũt facta est auditio.
Sic horum mouebatur sonitus à terra latas uias habente
Aerisq; scutiq;, scutorumq; benefactorum,
Ferientium ensibusq;, & lanceis utrinq; incidentibus,
Neq; adhuc solers quamuis uir Sarpedona diuinum
Cognoscebat, quoniam telis & sanguine & pulueribus
A uertice uolutus erat totaliter ad pedes extremos.
Hi aũt semp circa mortuũ uersabãtur, sicut quãdo muscæ
Mandrã in resonant lacteas in mulctras,
Tempore in uerno, quando lac uasa madefacit:
Sic hi circa mortuũ uersabantur: nunquam aũt Iupiter
Flectebat à forti pugna oculos splendidos,
Sed in ipsos semper aspiciebat, & considerabat animo:
Multa ualde de cæde Patrocli cogitans,
Num iam illum in forti pugna
Illic supra diuinum Sarpedona illustris Hector
Aere interficiat absq; humeris arma ferat,
An adhuc pluribus augeat iam dolorem grauem.
Sic autem ei cogitanti, uisum est melius esse,
Ut bonus famulus Pelidæ Achillis

Molimẽtum prælij in manibus: consilij autem, in uerbis.

Comparatio muscarum.

Patroclũ ubi interfici uelit, secum deliberat Iupiter.

Iterum Troianosq;, & Hectora bellicosum
Repelleret ad ciuitatem, multorũ aũt animũ auferret:
Hectori aũt in primis timidũ animum iniecit:
In currũ aũt cõscẽdẽs ad fugã cõuersus ẽ, iussit aũt alios
Troianos fugere. cognouit enim Iouis sacras bilances.
Tũc neq; fortissimi Lycij manserunt, sed fugerunt
Omnes postq̃ regem uiderunt percussum corde,
Iacentem in mortuorum congregatione. multi. n. sup ipso
Deciderũt, quãdo contentionẽ fortẽ extẽdit Saturnius.
Hi autem ab humeris Sarpedonis arma auferebant
Aerea, splendentia, quæ quidem concauas in naues
Dedit portare socijs Menœtij fortis filius:
Et tunc Apollinẽ allocutus est nebularum congregator:
Eia age nunc dilecte Phœbe, nigro sanguine purga
Iens ex uulneribus Sarpedona, & ipsum postea
Valde longe ante ferens laua fluminis fluxibus,
Inungitoq; ambrosia, circaq; immortales uestes induito:
Mitte autem ipsum comitibus cum uelocibus ferre
Somno, & morte gemellis, qui ipsum cito
Ponant Lyciæ latæ in pingui populo.
Illic ipsum sepelient fratresq; coæuiq;.
Sepulchroq; tituloq;, hic enim honor est mortuorum.
Sic dixit, neq; patri non obediuit Apollo.
Iuit autem ab Idæis montibus in pugnam grauem:
Statim autem ẽ telis Sarpedonem generosum tollens
Multum proferens lauit fluminis fluxibus:
Vnxit aũt ambrosia: circũ aũt immortales uestes induit:
Misit autem ipsum comitibus cum celeribus portare
Somno & morte gemellis, qui ipsum statim
Deposuerunt in Lyciæ latæ pingui populo.

Sarpedonis cadauer fertur in Lyciam.

Patroclus autem equitibus,& Automedonti iubens,
Troianos & Lycios insequebatur,& ualde læsus est
Stultus:si autem uerbum Pelidæ seruasset,
Certe subterfugisset parcam malam nigræ mortis,
SED semperq; Iouis potentior mens quàm uirorum,
Quiq; fortem uirum terret,& abstulit uictoriam
Facile,quando ipse iubeat pugnare,
Qui ei & tunc animum in pectoribus immisit.
Vbi quem primum, quem & postremum interfecisti
Patrocle,quando te dei ad mortem uocauerunt:
Adrastum quidem primum,& Autonoum,& Echeclum,
Et Perimum Megadem,& Epistora,& Menalippum:
Et postea Elasum,& Mulium, & Pilartem,
Hos interfecit:hic aũt alij ad fugã recordabant unusquisq;
Tũc altas portas habentẽ Troiã accepissent filij Achiuorũ
Patrocli sub manibus(ualde ante enim lancea ruebat)
Nisi Apollo Phœbus bene ædificata in turri
Stetisset,huic perniciosa cogitans, Troianis aũt auxiliãs.
Ter quidem in cubito iuit muri alti
Patroclus,ter autem ipsum expulit Apollo
Manibus immortalibus lucidum scutum feriens,
Sed quando iam quarto irruit Deo similis,
Grauiter minans allocutus est longeiaciens Apollo:
Recede generose Patrocle,non tibi fatum
Tua sub lancea ciuitatem destruere Troianorũ superborũ:
Neq; ab Achille,qui te multo melior.
Sic dixit: Patroclus autem cessit longe retro,
Indignationem deuitans longeiaculantis Apollinis:
Hector aũt in Scæa porta tenebat unicam ungulã habẽtes
Dubitabat.n.an pugnaret in turma iterũ impellẽs (equos

Patrocl⁹ neglecto mãdato Achillis, Troianos ad urbẽ persequitur.

Patroclus Troiam cepisset nisi obstitisset Apollo.

An populus in murum simul uocaret fugere.
Hæc ei cogitanti, astitit illustris Apollo,
Viro similis iuueniq; fortiq;
Asio, qui auunculus erat Hectoris equitatoris,
Frater Hecubæ: filius autem Dymantis,
Qui Phrygiam habitabat fluxibus in Sangarij.
Huic ipsum similis allocutus est illustris Apollo:
Hector, cur pugna à cessas, neq; te oportet.
Vtinam quanto minor sum, tanto te potentior essem.
Ideo fortè odiose à bello recederes.
Sed age, Patroclo impelle fortes ungulas habentes equos:
Sed aliquo modo ipsum interficias: det autem tibi gloriam
Sic dicēs, hic q̄dē rursus iuit deus in laborē uirorū (Apollo
Cebrioni autem iussit prudenti illustris Hector
Equos ad bellum flagellare, sed Apollo
Ingressus est multitudinem iens: in aūt tumultū Argiuis
Misit miserū: Troianis aūt & Hectori gloriam præbuit.
Hector aūt alios quidē Danaos omisit, neq; interficiebat,
Sed hic Patroclo impellebat fortes ungulas habētes equos:
Patroclus aūt ex altera parte ab equis saltauit in terram,
Sinistra habens lanceam altera autem, accepit petram
Marmor asperum, quam ei manus cooperuit.
Misit autem firmatus, neq; diu recessit à uiro,
Neq; uanum fecit telū, percussit aūt Hectoris aurigam
Cebrionem nothum filium gloriosi Priami,
Equorum habenas tenentem, in fronte acuta petra.
Ambo aūt supercilia confregit lapis, neq; ei impediuit
Os: oculi autem in terram ceciderunt in pulueribus
Ipsius ante pedes, hic aūt natatori similis
Decidit à bene facto curru: reliquit autem ossa animus.

Asius Hecubæ frater.

Cebriones frater & auriga Hectoris.

Cebrionem Patroclus occidit.

Hunc aũt conuitians allocutus est Patroclus equitatori
Pape, certe ualde agilis uir, quia facile saltat:
Sicubi in ponto in pisculento esset,
Multos satiaret uir hic ostrea inquirens
Naue à saltans, si & tempestas esset:
Quia nunc in campo & equis facile saltat.
Certe & in Troianis saltatores sunt.
Sic dicens in Cebrionem heroëm iuit,
Impetum leonis habens, qui stabula scindens,
Percussus est ad pectus, suaq; ipsum perdidit fortitudo. Comparatio leonis.
Sic in Cebrionem Patrocle saltasti promptus
Hector ãt rursus ex altera parte ab equis saltauit humum
Hi circa Cebrionem, leones sicut, contendebant,
Sicut in montis summitatibus circa interemptam ceruam,
Ambo esurientes ualde cogitantes pugnant:
Sic circa Cebrionem duo periti belli
Patroclusq; Menœtiades, & illustris Hector,
Desiderabant inter se incidere corpus duo ferro:
Hector quidem ex capite postq̃ accepit, non dimisit:
Patroclus autem ex altera parte tenebat pede: alij autem
Troiani & Danai congregauerunt fortem pugnam:
Sicut autem Eurusq; Notusq; contendunt inter se
Montis in radicibus profundam inflectere syluam, Comparatio uentorum.
Fagumq;, fraximumq;, magnumq; corticẽhabentẽ cornum,
Quæq; inter se iecerunt extensos ramos
Sono magno, senus autem fractarum:
Sic Troiani & Achiui inter se saltantes
Bellabant, neq; alteri recordabantur perniciosæ fugæ,
Multa autem [Cebrionem circa acuta tela fixa sunt,
Sagittæq; uolatiles à neruis saltantes.

Multa & saxa magna clypeos quatiebant
Pugnantium circa ipsum, hic aũt in conuersione pulueris
Iacebat magnus maxime oblitus equitatuum,
Quandiu quidem sol medium cœlum circuibat,
Tandiu ualde utrorũq; tela tangebantur: cadebat aũt po-
Quando autem sol transiuit ad uesperam, (pulus:
Et tunc iam supra modum Achiui potentiores erant.
Ex quidem Cebrionem telis heroẽm traxerũt
Troianorũ ex acclamatiõe, & ab humeris arma acceperũt
Patroclus autem Troianis mala cogitans irruit:
Ter quidem postea irruit ueloci similis Marti
Terribiliter uociferãs: ter autem nouem uiros interfecit:
Sed quando iam quarto irruit dæmoni similis,
Tunc tibi Patrocle apparebat uitæ finis.
Occurrit enim tibi Phœbus in forti pugna
Terribilis, hic quidẽ hunc euntẽ in pugnam nõ cognouit:
Caligine enim multa coopertus obuiauit:
Stetit autem à tergo, pcussit & dorsum, latosq; humeros
Mars obliqua conuertit, conuersi sunt ei oculi:
Huius ãt à quidẽ capite galeã discussit illustris Apollo:
Hæc aũt uoluta, crepitum fecit pedibus sub equorum
Galea triumcristarum, fœdatæ sunt comæ
Sanguine & pulueribus, antea quidem non fas erat
Equinarum comarum galeam fœdari pulueribus,
Sed uiri diuini caput gratiosumq; frontem
Custodiebat Achillis: tunc autem Iupiter Hectori dedit
Suo capite portare, deprope autem ei erat mors,
Tota autem ei in manibus fracta est longa lancea
Grauis, magna, crassa, ferrata: sed ab humeris
Scutum cum loro humum cecidit usq; ad pedes

Soluit aũt ei thoracẽ rex Iouis filius Apollo. (membra:
Hũc ãt nocumẽtũ mẽtibus accepit, soluta sunt ãt illustria
Stetit ãt stupefactus: à tergo aũt dorsum acutâ lancea
Humerorum in medio comminus confixit Dardanus uir
Panthœdes Euphorbus, qui coætaneos ornabat
Iaculóq;, equitatuq́;, pedibusq́; uelocibus.
Etenim iam aliquando uiros uiginti deturbauit ab equis, Euphorbus Patroclum uulnerat.
Primo tens cum curribus doctus belli,
Qui tibi primus immisit telum Patrocle equitator,
Neq; iterfecit, hic qdẽ iterũ retro cucurrit: mistꝰ ẽ & in tur
E corpore rapiẽs lãceã fraxineã, neq; expectauit (ma,
Patroclum nudum quamuis existentem in pugna:
Patroclus autem dei plaga & lancea domitus,
Retro sociorum in multitudinem cessit mortem fugiens:
Hector autem postq̃ uidit Patroclum magnanimum
Retro cedentem percussam acuta lancea,
De prope ei uenit ad cateruas: uulnerauit autem lancea Hector Patroclum sauciũ occidit.
Extremum in latus, totaliter autem lanceam traiecit,
Sonuit ãt cadẽs, ualde ãt tristitia affecit populũ Achiuorũ
Sicut quando aprũ fortem leo uiolauit pugna,
Hiq; montis summitatibus ualde cogitantes pugnant
Fontem circa paruum, uolunt autem bibere ambo:
Multum autem anhelãtem leo domuit fortitudine:
Sic multorum interfectorem Menœtij fortem filium
Hector Priamides prope lancea animo priuauit,
Et ei glorians uerba uelocia dixit:

Patrocle, certe dicebas ciuitatem euertere meam: Hectoris ad Patroclũ humi stratum uerba.
Troianas & mulieres libero die auferens
Ducere in nauibus dilectam in patriam terram:
Stulte, has autem ante Hectoris ueloces equi

Pedibus ruunt pugnare, lancea autem ipse
Troianis bellicosis antecello: qui ipsis expello
Diem necessarium: te autem hic uultures comedent
O miser, neq; tibi bonus existens auxiliatus est Achilles,
Qui tibi ualde multum promptus iussit proficiscenti.
Non mihi ante uenias Patrocle bellicose
Naues in concauas, quàm Hectoris homicidæ
Sanguinolentam uestem circa pectora scindere.
Sic tibi locutus est: tibi autem mentes dementi persuasit,

Patrocli strati ad Hectorẽ uerba

Hũc aũt parũpotens allocutus est Patroclus equitator:
Iam nunc Hector ualde gloriaris, tibi enim dedit
Victoriam Saturnides, & Apollo, qui me interfecerunt
Facilè, ipsi enim ab humeris arma detraxerunt:
Tales autem si mihi uiginti occurrissent,
Omnes illic perijssent, mea sub lancea interfecti,
Sed me parca perniciosa & Latonæ interfecit filius,
Virorũ aũt Euphorbus, tu autem me tertius interfecisti.
Aliud autem tibi dico, tu & in mentibus iace tuis,
Non diu neq; ipse multum uiues, sed tibi iam
Prope adest mors, & parca potens,
Manibus interfectum Achillis inuicti Aeacidæ.
Sic ipsum dicentem finis mortis cooperuit:
Anima autem à membris uolans ad infernum iuit
Suam mortem lugens, linquẽs uirilitatẽ & pubertatem.

Hector Patroclũ mortuum alloquitur.

Hunc & mortuum allocutus est illustris Hector:
Patrocle, cur mihi uaticinaris grauem mortem?
Quis autem scit si Achilles Thetidis filius pulchræ,
Interficietur mea sub lãcea uerberatus animum perdere?
Sic dicens, lanceam æream ex uulnere
Traxit, calce anteiens: hũc aũt supinũ expulit sub lancea.

Statim autem cum lancea in Automedonta iuit
Diuinum aurigam uelocis Aeacidæ.
Cupiebat enim interficere : hunc autem abstulerunt uelo-
ces equi
Immortales, quos Peleo Dei dederant splendida dona.

ARGVMENTVM P. HOMERI COMPOSITIONIS.

DE Patrocli corpore fortis constituitur pugna, in qua & Euphorbus interficit à Menelao: Hector autem Achillis induitur armatura, & contrastat Græcis: Qui autẽ circa Menelaum, Antilochum mittũt ad Achillem, Patrocli mortem annunciantem: subgredientes autem & eleuantes corpus humeris portant: Eleuantes autem præpugnant & prohibent hostes.

ILIADIS P. HOMERI COMPOSITIONIS.

Rho, Danai Troianiq́; super mortuum circum pugnabant.



Eq; latuit Atrei filium fortem Menelaum,
Patroclus Troianis interfectus in pugna.
Iuit autē p primos pugnatores fulgēti ære:
Circa autem ipsum iuit sicut aliqua p ui-
tula mater
Primo enixa querula non prius sciens partus:
Sic pro Patroclo iuit flauus Mnnelaus,
Ante aūt se lanceamq́; tenebat, & scutum undiq; æquale,
Hunc interficere paratus, quicunq; ei obuius ueniret:
Neq; Panthi filius strenuus neglexit
Patroclum cadentem egregium: prope autem ipsum
Stabat, & allocutus est bellicosum Menelaum:
Atride Menelaë generose princeps populorum,
Recede, relinque, & mortuum, dimitte & spolia cruenta.
Non enim aliquis prior Troianorū fortiūq; auxiliatorum
Patroclum uulnerauit lancea in forti pugna.
Ideo me sine gloriam bonam in Troianis accipere:
Ne te percutiam, neq; dulcem animum auferam.
Hunc aūt ualde iratus allocutus est flauus Menelaus:
Iupiter pater, non quidem bonum, superbe gloriari,
Neq; igitur pardi tanta uis, neq; leonis,
Neq; apri non castrati perniciosi, cuius maximus
Animus in pectoribus propter robur superbi:
Quantum Panthi filij benehastati gloriantur,

Menelaus p morte Patrocli.

Neq; quidem neq; uis potentis Hippodamij
Sua iuuētute adiuta est, quādo improperauit, & me expe
Et me dicebat inter Danaos ignauum bellatorē (ctauit,
Esse, neq; ipsum dico pedibus suis euntem
Lætificare uxoremq; dilectam, amantissimosq; liberos:
Sic & tuam ego soluam fortitudinem, si me contra
Stabis, sed te ego recedentem iubeo
In multitudinem ire: neq; contrarius statuaris mihi
Ante aliquod malū pati: factum autem demens cognoui.
Sic dixit: hūc aūt nō psuasit: respōdēs aūt allocutus est:
Nunc quidem iam Menelaë generose certe ualde
Vlcisceris fratrē meū, quē interfecisti: iactabūdus aūt di-
Viduasti autem mulierem secessu thalami noui: (cebas:
Incessabilem autem filijs luctum, & dolorem posuisti.
Certe ipsis miseris luctus fiam,
Si ego caputq; tuum & arma ferens
Pantho in manibus iaciam & Phrontidi diuinæ:
Sed non quidem adhuc diu sine experientia dolor erit,
Neq; sine pugna, neq; fortitudine, neq; timore.
Sic dicens, percussit scutum undiq; rotundum,
Neq; rupit æs: incuruata est autem eius cuspis
Scuto in forti: hic autem secundus motus est
Atrides Menelaus, supplicans Ioui patri:
Retro autem recedens stomachi ima
Percussit: ipse autem firmatus est forti manu fretus.
Contra autem teneram per ceruicem uenit cuspis:
Sonuit autem cadens: sonuerunt & arma super ipso.
Sanguine eius madefactæ sunt comæ gratijs similes,
Capilliq;, qui auroq;, & argento stricti erant.
Qualiter autem nutrit ramum uir uirescentem oliuæ

Euphorbum Menelaus occidit.

Loco in ouium uersantium ubi satis scaturit aquæ
Limpida longe fulgens, quamq; flatus mouent
Omnium uentorum, & emanat flore albo:
Veniens autem repente uentus cum turbine multo
Fundamento ex uertitur, & extenditur in terra.
Taliter Panthi filium bellicosum Euphorbum
Atrides Menelaus postq̃ interfecit arma spoliabat.
Sicut aũt quãdo aliquis leo mõtibus nutritus fortitudini cõ-
Pascentis armenti bouem rapuit, quæ optima, (fisus.
Huius autem ceruicem fregit capiens fortibus dentibus
Primum: postea autem sanguinẽ. & uiscera omnia sorbet
Lanians: circum autem hunc canesq; uiriq; pastores
Multum ualde clamant à longe, neq; uolunt
Contra ire. ualde enim nouus timor accepit.
Sic horum nulli animus in pectoribus audebat
Contra ire Menelaum gloriosum.
Tunc facile tulisset arma Panthidæ
Atrides, nisi inuidisset clarus Apollo,
Qui ei Hectorem contra mouit ueloci similem Marti,
Viro similis Ciconorum ductori Mentæ,
Et ipsum clamans uerba uelocia allocutus est:
Hector, nunc tu quidem sic curris, incessanter impellens
Equos Aeacidæ bellicosi, qui difficiles captu
Viris mortalibus domari & aurigari
Alio quàm Achille, quem immortalis peperit mater.
Interim autem Menelaus bellicosus Atrei filius,
Patroclum circa iens, Troianorum optimum interfecit
Panthidẽ Euphorbũ: cessare fecit aũt ab impetuoso bello.
Sic dicens, hic quidẽ rursus iuit deus in laborẽ uirorum.
Hectorẽ autem grauis dolor cepit mentes circa nigras.

Circunspexit aũt postea per turmas: statim autẽ cognouit
Hunc quidẽ auferentem inclyta arma: hunc autẽ in terrá
Iacentem: fluebat autem sanguis in percusso uulnere:
Iuit autem per primos pugnatores armatus splendẽti ære,
Ante proclamans flammæ similis Vulcani
Inextinguibili, neq; filium latuit Atrei acute uociferans,
Iratus autem dixit ad suum egregium animum:
Hei ego si relinquo arma pulchra,
Patroclumq;, qui iacet mei gratia hic honoris.
Ne quis mihi Danaorum succenseat quicunq; uidet,
Si Hectori solus existens, & Troianis pugnem
Verecundans, ne me circunueniant unum multi.
Troianos autem huc omnes ducit bellicosus Hector.
Sed cur mihi hæc dilecta loquitur anima?
Quando uir uult cum diuino uiro pugnare,
Quem deus honorat: cito ei magnũ nocumentum uoluitur.
Ideo nemo Danaorum arguet, qui uiderit
Hectori cedentem, quoniam à deo pugnat:
Si autem Aiacis uocem fortis audiuero,
Ambo rursus euntes recordabimur pugnæ,
Et contra deum si quo modo trahemus mortuum
Pelidæ Achilli: malis & melius esset.
Dum hæc moueret in mente, & in animo,
Interim Troianorũ turmæ uenerũt: præibat aũt Hector.
Sed hic retrocessit, reliquit autem mortuum
Retrouersus, sicutq; leo generosus,
Quem canesq;, & uiri longe à stabulo expellunt
Hastis & clamore: huius aũt in mẽtibus fortissimus animus
Tristatur: inuitus autem it à mediamandria:
Sic à Patroclo ibat flauus Menelaus:

Stabat aũt conuersus postq̃ ibat in multitudinem sociorũ,
Circunspiciens Aiacem magnum Telamonium filium:
Hunc autẽ ualde statim intellexit pugna in sinistra omni
Hortantemq; socios, & concitantem pugnare:
Magnam enim eis formidinem iniecit lucidus Apollo.
Perrexit autem currere: statim autem astans uerbũ dixit:
Aiax, agè amice, circa Patroclum mortuum
Festinemus: si mortuum Achilli feramus
Nudum, sed arma habet galeam pulchram habens Hector.
Sic dixit: Aiaci autem prudenti animum mouit:
Iuit aũt per primos pugnatores simul & flauus Menelaus.
Hector quidem Patroclum postq̃ inclyta arma abstulit,
Trahebat ut ab humeris caput incideret acuto ære,
Et mortuum Troianis trahens canibus daret.
Aiax autem prope uenit portans scutum uelut turrim.
Hector autem retro in multitudinem iens cessit sociorum:
In currum autem ascendit: dedit autem hic arma pulchra
Troianis ferre ad ciuitatem, magnam galeam esse ipsi.
Aiax autem circum Menœtiadem scutum latũ cooperiẽs
Stetit, sicut aliquis leo circa suos filios,
Cui filios ducenti obuiarunt in sylua
Viri uenatores: hic autem fortitudine superbiens,
Totum supercilium sub trahit oculos tegens:
Sic Aiax pro Patroclo heroë iuit.
Atrides autem ex altera parte bellicosus Menelaus
Stabat, magnum dolorem in pectoribus augens.
Glaucus autem Hippolochi filius Lyciorum ductor uirorũ
Hectora torue uidens graui locutus est uerbo:
Hector, specie optime, pugnæ ualde indigens,
Certe uane gloria bona tenet fugitiuum existentem.

Considera nunc quomodo ciuitatem & urbem seruabis
Solus cum populis, qui Troiæ geniti sunt.
Non enim aliquis Lyciorum pugnaturus Danais
Ibit pro urbe, quoniam non aliqua gratia esset
Pugnare inimicis cum uiris assidue semper:
Quomodo tu inferiorem uirum saluabis in pugna,
Timide; quoniam Sarpedona simul aduenam & socium
Reliquisti Argiuis raptum, & laniamentum fieri,
Qui tibi multum utilis fuit urbiq; & ipsi
Saluus existens: nunc aũt non ei expellere canes tolerasti:
Ideo nunc si quis mihi Lyciorum crederet uirorum
Domum ire, Troiæ autem appareret grauis pernicies.
Si enim nunc Troianis robur multum audax inesset
Intrepidum, quale uiros ingreditur qui pro patria
Viris inimicis laborem, & pugnam ponunt,
Statim Patroclum traheremus Ilium intra.
Si autem hic ad ciuitatem magnam Priami regis
Iret mortuus, & ipsum traheremus à pugna,
Statim Argiui Sarpedonis arma pulchra
Redderent, & ipsum duceremus Ilium intrà.
Talis enim famulus interfectus est uiri qui ualde optimus
Argiuorum apud naues, & bellicosi famuli.
Sed tu Aiacem magnanimum non tolerasti
Stare contra oculos uidens inimicorum in pugna,
Neq; rectà pugnare, quoniam te melior est.
Hunc autẽ torue uidens allocutus est bellicosus Hector:
Glauce, cur autem tu talis existens superbe locutus es?
O amice, certe arbitror te supra mentes esse aliorum
Quicunq; Lyciam fœcundam habitant,
Nunc autem tui conqueror omnino mentes, quale dixisti?

Qui me dicis Aiacem magnum non expectasse:
Non ego timui certamen, neq; strepitum equorum,
Sed semper Iouis potentior mens Aegiochi,
Qui & fortem uirum terret, & aufert uictoriam
Facile: aliquando autem ipse compellit pugnare.
Sed agè huc amice apud me sta, & uide opus
An toto die malus ero, ut dicis,
An aliquē & Danaorū, fortitudine ualde q̃uis promptum
Impediam expellere circa Patroclum mortuum.
Sic dicens, Troianos hortabatur longe clamans:
Troiani, & Lycij, & Dardani bellicosi,
Viri estote dilecti: recordamini autem bellicæ uirtutis,
Vt ego Achillis fortissimi arma induam
Pulchra, quæ Patrocli uim expoliaui interficiens.

Achillis arma capiūtur ab Hectore.

Sic clamans abijt gloriosus Hector
Sanguineo ex bello: ruens autem inuenit socios
Cito ualde nondum longe pedibus uelocibus sequens.
Hi ad ciuitatem portabant gloriosa arma Pelidæ:
Stans autem longe à pugna tristi, arma mutauit.
Certe hic quidem sua dedit portare ad Ilium sacrum
Troianis bellicosis: hic autem immortalia arma induit
Pelidæ Achillis: quæ ei dei cœlestes
Patri dilecto tradiderant: hic autem suo filio dederat
Donum, sed non filius in armis patris consenuit.
Hunc autem postq̃ igitur procul uidit nubifer Iupiter
Armis Pelidæ indutum diuini,
Mouens caput, ad suum locutus est animum:

Iupiter secū de morte Hectoris.

O miser, neq; tibi mors in animo est,
Quæ iam prope est: tu autem immortalia arma induis
Viri fortissimi, quem tremunt & alij,

Cuius socium interfecisti benignumq́; fortemq́;:
Arma autem non secundum decens à capiteq́; & humeris
Accepisti: uerum tibi nunc magnam potentiam præbebo,
Horum præmium quod non pugna ex redeunti,
Suscipiet Andromache inclyta arma Pelidæ.
Dixit, & cœruleis superciliis annuit Saturnides,
Hectori aũt aptauit arma in corpore: induit autem ipsum
Terribilis, inuictus: impleuit aũt eius mẽbra intus (Mars
Fortitudine & robore: ad autem inclytos auxiliatores
Iuit ualde clamans: uidebatur autem ipsis omnibus
Armis splendidus magnanimi Pelidæ:
Hortatus est autem unumquenq; iens uerbis,
Mesthlemq́;, Glaucumq́;, Medontaq́;, Thersilochumq́;,
Astereptumq́;, Desinoraq́;, Hippothoumq́;,
Phorcimq́;, Chromiumq́;, & Ennomum uatem:
Hos hic hortatus uerba uelocia allocutus est:
Audite innumeræ gentes uicinorum auxiliatorum,
Non enim ego multitudines quærens, neq; indigens,
Huc à uestris ciuitatibus congregaui singulum:
Sed ut mihi Troianorum uxores & paruos filios
Prompte liberetis bellicosis ab Achiuis.
Hæc cogitans donis cogam & conuiuio
Populos: uestrum autem uniuscuiusq; animum excitabo:
Ideo aliquis nunc recta uulneratus uel peribit,
Vel saluabitur. hæc enim belli uirtus:
Qui autem Patroclum, & mortuum tamen
Troianos in bellicosos trahet, cedet autem ei Aiax,
Medium huic spoliorum diuidam: dimidium autem ipse
Habebo ego: hæc autem ei gloria erit quanta mihi.
Sic dixit: hi aũt recta ĩ Danaos impetũ faciẽtes iuerunt,

Lanceas eleuantes: ualde autem ipsis sperabat animus

Mortuum ab Aiace trahere Telamonio.

Stulti certe: multis in ipso animum abstulit.

Et tunc Aiax allocutus est uocem bonum Menelaum:

O amice, ô Menelaë generose, non amplius nobis

Speró ipsi redire ex bello.

Non tantum mortuo de timeo Patroclo,

Qui forte Troianorum saturabit canes, & aues,

Quantum meo capite de timeo, ne quid patiatur,

Et tuo: quoniam belli nebula omnia cooperuit

Hector. nobis rursus apparet grauis pernicies.

Sed age optimos Danaorum uoca, si quis audiuerit.

Sic dixit, neq; nō persuasus est uocem bonus Menelaus.

Clamauit autem ualde Danais iens:

O dilecti Argiuorum ductores & principes,

Qui'q; apud Atridas Agamemnena & Menelaum

Publica bibunt, & imperant unusquisq;

Populis: ex autem Ioue honor & gloria procedit.

Difficile autem mihi est speculari unumquenq;

Ductorum: tanta enim contentio belli apparet.

Sed aliquis ipse eat: accusetur autem in animo

Patroclum Troianis canibus ludos fieri.

Sic dixit: continuo audiuit Oileus uelox Aiax.

Primus autem contrarius uenit ruens in pugnam:

Hunc autem post Idomeneus & auriga Idomenei

Meriones, similis Marti homicidæ:

Aliorum autem qui suis mentibus nomina diceret

Quótquot iam postea pugnā congregauerunt Achiuorū.

Troiani aūt prius uerberarūt cōgregati: dux aūt erat Hector.

Sicut aūt quādo in ostijs à Ioue fluentis fluuij

Patrocli mortui corpus à Græcis defenditur, ne Hector eo potiatur.

Sonat ualde unda ad fluxum: circa autem ultima
Litora resonant eructans mare extra.
Tantus Troianorum clamor erat: sed Achiui
Stabant circa Menœtiadem unum animum habentes,
Sapientes scutis æreis: circa autem ipsis
Splendidas galeas Saturnius caliginem multam
Fundebat: quoniam neq; Menœtiadem oderat antea,
Donec uiuus existens famulus fuit Aeacidæ.
Oderat autem ipsum inimicorum canibus adeptionē fieri
Troianis, ideo & eius auxiliari incitauit socios. (uos,
Expulerūt aūt priores Troiani nigros oculos habētes Achi-
Mortuū autem relinquētes fugerunt, neq; aliquem ipsorū
Troiani magnanimi interfecerunt lanceis cupientes q̃uis:
Sed mortuum trahebāt: paululum aūt & ab hoc Achiui
Futuri erant abesse, ualde enim ipsos cito uertit
Aiax qui circa quidem speciem: circa autem opera erat
Aliorum Danaorum post eximium Pelidem.
Ruit aūt per primos pugnatores porco similis fortitudine
Apro, qui in montibus canes tenerosq; iuuenes
Facile sparsit uertens per concauitates:
Sic filius Telamonis clari illustris Aiax
Facile inter iens Troianorum sparsit phalanges,
Qui circa Patroclum iuerant: cogitabant autem maximē
Ciuitatem ad suam trahere, & gloriam capere.
Certe hunc Lethi Pelasgi illustris filius
Hippothous pede trahebat in forti pugna,
Ligans loro apud talum circa neruos,
Hectori & Troianis gratificaturus: cito autem ipsi
Venit malum, quod ei nullus prohibuit cupienti quamuis,
Hunc autem filius Telamonis, ruens per multitu dinem,

Percussit ipse prope galeam per æream:
Scissa est aūt equinas setas habēs galea circa lāceæ cuspide,
Percussa lancea magna & manu fortis
Cerebrum autem apud ferrū hastæ cucurrit ex uulnere
Sanguinolentū: huius aūt rursus solutū est robur: ex autē
Patrocli pede magnanimi misit humum (manibus
Iacere: hic aūt prope ipsum cecidit pronus super mortuum
Longe à Larissa fertili: neq; parentibus
Nutrimenta dilectis reddidit: paruitemporis aūt ei æuum
Fuit ab Aiace magnanimo lancea interfecto:
Hector aūt rursus Aiaci iaculatus est lancea splendida:
Sed hic quidem contrà uidens euitauit æream lanceam
Paululum: hic aūt Schedium magnanimum Iphithi filium
Phoceorum eximie optimum, qui in inclyta Panopea
Domos habitauit, multis uiris imperans,
Hunc percussit sub iūcturā mediam: totaliter aūt ultima
Cuspis ærea apud ultimum humerum transiuit:
Sonuit autem cadens: resonuerūt autem arma super ipso.
Aiax autem rursus Phorcyna prudentem Phænopis filiū
Hippothoi circumeuntem medio in uentre percussit:
Rupit autē thoracis concauitatem: per autem uiscera æs
Transiuit: hic in pulueribus cadens accepit terram cubito.
Recesserunt aūt sub primipugnatores & illustris Hector:
Argiui autem ualde clamabant: trahebant aūt mortuos,
Phorcymq; Hippothoumq;: soluerūt aūt arma ab humeris.
Tunc rursus Troiani bellicosis ab Achiuis
Ilium intrauerunt impotentijs domiti.
Argiui autem gloriam acceperunt, & præter Iouis fatū
Potentia & fortitudine propria, sed ipse Apollo
Aeneam concitauit corpore Periphanti similis

Præconi Epytidæ, qui ei patrem senem
Præconizans senuit dilecta mentibus consilia sciens:
Huic ipsum similis allocutus est Iouis filius Apollo: Apollo ad Aeneam.
Aenea, quomodo & præter deos liberabitis
Ilium altum, sic iam uident uiros alios
Fortitudineq; potentiaq; confisos uirilitateq;
Multitudineq; sua, & intrepidum populum habentes:
Nobis autem Iupiter quidem multum consultat q̃ Danais
Victoriam, sed ipsi timetis ualde, neq; pugnatis.
Sic dixit: Aeneas aũt lõgeiaculantẽ Apollinẽ (ferãs:
Cognouit cõtra uidẽs: ualde aũt Hectora allocutus ẽ uocẽ
Hectorq; & alij Troianorum ductores & auxiliatorum,
Pudor quidem nunc hic bellicosis ab Achiuis
Ilium ire impotentijs domitos,
Sed adhuc aliquis dixit deorum mihi prope stans,
Iouem magnum peritum pugnæ auxiliatorem esse.
Ideo rectà in Danaos eamus, ne hi quieti
Patroclum nauibus appropinquent mortuum.
Sic dixit, & multo ante pugnatores saltans stetit
Hi autem uersi sunt & contrarij steterunt Achiuis.
Tunc rursus Aeneas Leocritum interfecit lancea,
Filium Arisbantis, Lycomedis bonum socium.
Hunc aũt cadentem miseratus est bellicosus Lycomedes.
Stetit aũt ualde prope iens, & iaculatus est lãcea lucida:
Et percussit Hippasidẽ Amythaona pastorem populorum
Epar sub præcordijs: statim autem genua soluit,
Qui ex Peonia fœcunda uenerat:
Et post Asteropeum forticauerat pugnare.
Hunc aũt cadentem miseratus est bellicosus Asteropeus.
Irruit autem & hic promptus Danais pugnare,

Sed nondum adhuc poterat. scutis enim clausi erāt undiq;
Stantes circa Patroclū:ante autem lanceas tenebant.
Aiax enim ualde omnes adiuit multa iubens:
Neq; aliquem retro à mortuo recedere iubet;
Neq; aliquem pugnare Achiuorum egregie aliorum:
Sed ualde circa ipsum ire, prope autem pugnare.
Sic Aiax iussit magnus: sanguine autem terra
Madefacta est nigro: hi autem prope stantes cadebant
Mortui simul Troianorū, & fortissimorum auxiliatorū,
Et Danaorum: neq; hi enim sine sanguine pugnabant.
Pauciores aūt multū corrūpebantur: recordabantur enim
Inter se multitudine expellere laborē grauē (semper
Sic hi quidem pugnabant corpore ignis: neq; diceres
Neq; aliquando solem saluum esse, neq; lunam.
Caligine enim detinebantur, pugna inq; quicunq; optimi
Stabant circa Menœtiadem interfectum.
Alij autem Troianiq; & fortes Achiui,
Taciti pugnabant sub aëre: uolabat autem splendor
Solis acutus: nebula autem non apparebat in omni
Terra neq; montibus in: remissiores autem pugnabant
Inter se fugientes tela spirantia
Multum longe stantes: hi aūt in medio dolores patiebantur
Caligine & bello: consumebantur autem sæuo ære
Quicunq; optimi erant: duo autem nondū audiuerant
Viri gloriosi Thrasymedes Antilochusq;
Patroclum mortuum eximium, sed item dicebant
Viuum in primo tumultu Troianis pugnare.
Hi autem prospicientes mortem & fugam sociorum
Separatim pugnabant: quoniam sic iusserat Nestor,
Concitans ad bellum nigris à nauibus.

His autem diurnis, contentionis magnũ certamen motũ est
Difficilis labore autem & sudore indesinenter semper
Genuaq; tibiæq;: pedes autem subter uniuscuiusq;
Manusq; oculiq; inquinati erant pugnantibus
Circa fortem famulum pedum uelocium Aeacidæ.
Sicut autem quando uir tauri bouis magni pellem
Populis det extẽdere inebriatam unctione:
Accipientes autem utiq; hi distantes extendunt,
Circũcirca uerum humiditas iuit, natatq; pinguis unctio
Multorum trahentium: extenditur autem tota undiq;:
Sic hi huc & illuc mortuum paruo in spatio
Trahebant ambo, ualde enim ipsis fuit animus,
Troianis quidem trahere ad Ilium, sed Achiuis
Naues in concauas: circa autem ipsum bellum motum est
Crudele, neq; Mars populorum seruator, neq; Minerua
Hoc uidens uituperasset, neq; si ualde ipsum ira cepisset.
Talem Iupiter in Patroclo uirorumq; & equorum
Die illo extendit malum laborem: neq; aliquo modo
Sciebat Patroclum interfectum diuus Achilles.
Multò enim longe à nauibus pugnabat uelocibus
Muro sub Troianorũ, hoc ipsum nunq̃ existimabat animo
Mori, sed uiuum applicantem ad portas
Retro redire: quoniam neq; hoc sperabat omnino
Destruere urbem sine illo, neq; cum ipso.
Sæpe enim hoc à matre rogauit separatim audiens,
Quæ ei nunciauit Iouis magni mentem.
Iam tunc non ei dixit malum tantum quãtum factum est,
Mater, quòd ei multo dilectissimus perir et socius.
Hi autem semper circa mortuum acutas hastas tenentes
Indesinenter implicabantur, & inter se interficiebant,

comparatio pellis tauri

Sic autem aliquis dixit Achiuorum armatorum:
O amici, non quidem nobis gloria redire
Naues in concauas, sed hic terra nigra
Omnibus aperiatur. hoc nobis statim multo melius esset,
Si mortuum Troianis sinamus bellicosis
Ciuitatem ad suam trahere, & gloriam accipere.
Sic aũt aliquis rursus Troianorum magnanimorũ dixit:
O amici, si & fatum à uiro hoc mori
Omnes simul non aliquo modo aliquis recedat à bello.
Sic aliquis dicebat: robur autem excitabat uniuscuiusq;.
Sic hi quidem pugnabant: fereus autem crepitus
Aereum cœlum ibat per aërem infructuosum:
Equi autem Aeacidæ pugna à longe existentes
Flebant, postquàm primum senserunt aurigam
In pulueribus lapsum ab Hectore homicida.
Certe quidem Automedon Diorei fortis filius
Multum quidem uerbere crebro concitabat uerberans,
Multa autem mitibus allocutus est, multa autem minis.
Hi autem non retrò in naues latum Hellespontum
Volebant ire, neq; ad bellum ad Achiuos:
Sed sicut quando columna manet firmiter quæ in tumulo
Viri stat mortui uel mulieris:
Sic manebant secure pulchrum currum habentes
Pauimento inclinantes capita: lachrymæ autem ipsis
Calidæ per genas humum fluebant gementibus
Aurigæ desiderio: florida autem sordebat coma
Iugo excadens apud iugum ambobus.
Gementes autem hos uidens miseratus est Saturnius,
Mouens autem caput, ad suum locutus est animum:
O miseri, cur uos dedimus Peleo regi

Achillis equi dolēt ac lachrymant

Mortali: uos autem estis insenescentesq; immortalesq;?
An ut infelicibus cum uiris dolores habeatis?
Non quidem enim aliquid est ærumnosius uiro
Omnium quæ terram inspirant & serpunt:
Sed non quidem nobis & curribus uarijs
Hector Priamides inibit, neq; aliquis alius.
An non satis quòd & arma habet & gloriatur uane:
Vobis autem in genibus iaciam fortitudinem & in animo,
Vt & Automedonta saluetis ex bello
Naues in concauas. item enim ipsis gloriam dabo
Interficere, donec in naues bene tabulatas reuertantur,
Ingrediaturq; sol, & in crepusculum sacrum eat.
Sic dicens, equis inspirauit robur bonum:
Hi autem à crinibus puluerem in terram iacientes
Statim portabãt citum currum ad Troianos & Achiuos.
His autem in Automedon pugnabat tristis quàmuis socio,
Equis ruens tanq̃ uultur in anseres.
Facile quidem enim fugiebat Troianorum impetu:
Facile autem irruit multam in multitudinem insequens,
Sed non interficit uiros quando ruebat impellere.
Non enim aliquo modo erat solum euntem sacro in curru
Lancea ruere, & impellere ueloces equos:
Sero autem iam ipsum socius uir uidit oculis
Alcimedon filius Laercei Emonidæ:
Stetit autẽ à tergo currus, & Automedonta allocutus est:
Automedon, quis tibi deorum inutile consilium Automedon
In pectoribus posuit, & abstulit mentes bonas?
Qualiter in Troianos pugnas prima in acie
Solus? sed tibi socius interemptus est: arma autem Hector
Ipse habens humeris iactatur Aeacidæ.

Hunc aũt rurſus Automedon allocutus eſt Diorei filius
Alcimedon, quis enim tibi Achiuorum alius ſimilis
Equorum immortalium tenere domationemq́; roburq́;,
Niſi Patroclus dei peritus ſimilis
Viuus exiſtens? nũc autem rurſus mors & fatum accepit.
Sed tu quidem flagellum & habenas ſplendidas
Accipe: ego autem ab equis deſcendam ut pugnem.
Sic dixit: Alcimedon aũt uoce uelocẽ currum aſcendens
Statim flagellum & habenas accepit manibus.
Automedon aũt deſilijt; intellexit autem illuſtris Hector,
Statim autem Aeneam allocutus eſt prope exiſtentem:
Aenea Troianorum conſiliator bellicoſorum,
Equos hos aduerti uelocis Aeacidæ
In bellum prodeuntes cum aurigis malis,
Hos ſperarem captos iri, ſi tu modo animo
Tuo uelis, neq; enim irruentibus nobis
Suſtinerent aduerſus ſtantes pugnare Marte.
Sic ait: neq; non paruit bonus filius Anchiſæ:
Hi autem rectà iuerunt corijs contecti humeros
Aridis, firmis: multum uero ſuperiacebat æs.
His autem ſimul Chromiusq́; & Aretus deo ſimilis
Iuerunt ambo: ualde autem eorum ſperabat animus
Ipſosq́; interficere, agitareq́; lata colla habentes equos.
Stulti: nequaquàm erant ſine ſanguine reuerſuri
Retro àb Automedonte. hic uero precatus Iouem patrem,
Fortitudine & robore repletus eſt præcordia alta.
Statim autem Alcimedontem affatus eſt fidum ſocium:
Alcimedon, nequaquàm à me longe detineas equos:
Sed ualde ſpirantes in dorſum. neq; enim ego
Hectorem Priamidem robur contenturum puto

Ante quàm Achillis pulchricomos conscendat equos
Nobis interfectis: teneat uero acies uirorum
Argiuorum, uel & ipse inter primos capiatur.
Sic fatus, Aiaces uocauit & Menelaum:
Aiaces Argiuorum duces, & Menelaë,
Certe quidē huius mortui cura delata est, quotquot opti-
Pro ipso ire, & propulsare acies uirorum: (mi
A nobis uero uiuis auertite crudelem diem.
Hic nanq; aggrauauerunt bellum lachrymosum
Hector Aeneasq;, qui Troianorum sunt optimi.
Sed quidem hæc in Deorum genibus posita sunt.
Iaculabor enim & ego: Hæc autem Ioui omnia curæ erūt.
Dixit, & uibrans præmisit longāumbrāhabentē hastam,
Et iecit Areti contra clypeum undiq; æqualem.
Hic autem non hastam prohibuit, pertransiit autem æs:
Extremo autem in uentre per balteum transiit.
Quēadmodū uero qn̄ acutā habēs securim iuuenis uir
Cædens post cornua bouis agrestis,
Vt incidat omnem, hic uero impetu facto cadat:
Ita hic impetu facto cecidit supinus, intra autem illi hasta
Viscera ualde acuta concussa soluit membra.
Hector uero Automedontē iaculatus est lancea fulgenti:
Sed hic quidem ex aduerso cōspicatus declinauit ærēā ha-
In faciem eius procidit: retro autem lācea longa (stam,
Solo infixa est, extrema autem pars concussa est
Hastæ. tum deinde laxauit robur fortis Mars,
Et certe ensibus cominus decertassent,
Nisi ipsos Aiaces diremissent prompti,
Qui uenerunt per turmam, socio uocante,
Hos autem ueriti cesserunt rursus retro

Hector Aeneasq; & Chromius deo similis:
Aretum uero illic deliquerunt diuisum cor
Iacentem: Automedon autem ueloci æqualis Marti
Armisq; spoliauit, & gloriosum uerbum fatus est:
Certe paululum super Menœtiade mortuo
Cor à dolore deposui, deteriorem licet interfecerim.
Sic fatus, in currum capiens spolia cruenta
Posuit: ipse autem ascendit, pedes & manus desuper
Sanguinolentus, ceu quis leo taurum depastus,
Rursus autem super Patroclo aucta est fortis pugna,
Molesta, lachrymosa, suscitauit uero cõtentionẽ Minerua
De cœlo descendens, præmisit enim latesonans Iupiter,
Vt excitaret Danaos: nanq; mens mutata est eius.
Quẽadmodũ purpureã Irim mortalibus cum extenderit
Iupiter ex cœlo, prodigium ut sit uel belli,
Vel etiam hyemis frigidæ, quæ quidem ab operibus
Homines reuocat in terra, ouibus uero nocet:
Sic hæc uaria nebula contegens seipsam
Ingressa est Achiuorũ gentẽ, excitauit aũt uirum quẽq;
Primum uero Atrei filium cum excitasset, affata est
Fortem Menelaum (hic enim illi propius erat)
Assimulata Phœnici corpus & indefessam uocem:
Tibi quidem Menelaë mœror & opprobrium
Erit, si Achillis clari fidum sodalem
Muro sub Troianorum celeres canes distraxerint,
Sed sta fortiter, excita uero populum omnem,
Hanc autem affatus est clamore bonus Menelaus,
Phœnix, nutritie, senex antique, si enim Minerua
Dederit fortitudinem mihi, telorũ uero acuerit impetum
Sic ego sane uelim adesse & opem ferre

Iouis senten tia sæpe uariatur.

Menela⁹ ad Phœnicen.

Patroclo: uehementer enim mihi moriēs offendit animum:
Sed Hector ignis graue habet robur, neq; cessat
Aere uastans: huic enim Iupiter gloriam præbet.
Sic ait: gauisa est autem glaucosoculoshabens Minerua
Quoniam ipsam ante Deos precatus est omnes:
Robur autem in humeris & genibus posuit:
Et illi muscæ audaciam in pectoribus immisit:
Quæ quamuis summota ualde à corpore humano
Cupit mordere, dulcisq; illi sanguis hominis est.
Tali ipsius audacia repleuit præcordia alta:
Iuit aūt super Patroclū, & iaculatus est lancea fulgenti.
Erat autem inter Troianos Podes filius Eetionis
Diuesq; bonusq;, maxime aūt ipsum honorabat Hector
Inter populares, quoniā illi sodalis erat charus conuiua:
Quem iuxta balteum percussit flauus Menelaus,
Impetum facientem in fugam, æs autem transmisit:
Insonuit uero cadens. uerum Atrides Menelaus
Mortuum ex Troianis subtraxit post ordinem sociorum.
Hectorem autem propius stans instigauit Apollo
Phænopi Asiade similis, qui illi omnium
Hospitum amicissimus erat in Abydo domo habitans,
Cui seipsum assimilans affatus est longeiaculans Apollo,
Hector, quis te amplius Achiuorum formidet?
Qualem Menelaum subtremuisti, qui antea
Mollis pugnator: nunc autem abit solus sustollens
Mortuum ex Troianis: tuū uero interfecit fidum sodalem
Bonum inter propugnatores Podem filium Eetionis:
Sic ait: hunc uero doloris nebula contexit nigra.
Ibat autem per propugnatores armatus ardenti ære:
Et tunc Saturnius sumpsit ægidem fimbriatam

Splendentem: Idam uero nubibus occuluit:
Fulgurãs aũt ualde magnũ insonuit: hanc uero concussit,
Victoriam autem Troianis dedit: terruit uero Achiuos:
Primus Peneleus Bœotius cœpit fugam:
Græci fugiunt. Percussus enim erat humerũ lãcea ante uulneratus cõtinẽ
In summitate leuiter, rasit autem illi os ad usq; (ter
Cuspis Polydamantis. hic enim percussit prope ueniens.
Leitum rursus Hector comminus ferijt manum in uola
Filium Alectrionis magnanimi, cessauit autem à pugna.
Deterritus uero est circunspiciens, quoniã nõ amplius spe
Lãceã tenẽs in manu decernere cũ Troianis, (rabat aĩo
Hectorẽ autem Idomeneus post Leitũ impetũ facientem
Percussit thoracem in pectore apud mamillam:
In summitate autem fracta est lõga lãcea: hi aũt timuerũt
Troiani, hic autem Idomeneus iaculatus est Deucalide
Curru instanti: hoc quidem ab parum errauit.
Sed hic Merionis comitemq; aurigamq;
Cœranum qui ex Lito bene ædificato sequebatur ipsum.
Pedestris enim primus linquens naues utrinq; agitatas
Venit, & Troianis magnum robur iniecisset,
Nisi Cœranus statim pedum uelocium impulisset equos.
Et huic quidem lumẽ-uenisset: expulisset aũt crudelẽ diẽ:
Ipse autem perdidit animum sub Hectore homicida.
Hunc percussit sub mamillam & aurem: ex autem dentes
Pulit lancea ultima: per autem linguam fodit mediam:
Cecidit autem ex curribus: de aũt habenas fudit in terrã.
Et has Meriones accepit manibus dilectis
Inclinatus è terra, & Idomeneum allocutus est:
Flagella nunc quousq; ueloces in naues eas:
Cognoscas autem & ipse ꝙ non amplius robur Græcorũ

Sic dixit: Idomeneus at flagellauit pulchrorum crinium
Naues in concauas. iam enim timor incidit animo. (equos
Neq; latuit Aiacem magnanimum & Menelaum
Iupiter, quando iã Troianis dabat alternatam uictoriã:
His autem uerbis incepit magnus Telamonius Aiax:
Pape, iam quidem, & qui ualde stultus est
Cognoscit quod Troianis pater Iupiter gloriam præbet:
Horum quidem .n. omnium tela tanguntur quicunq; iacit
Vel malus uel bonus, Iupiter autem tamẽ tela dirigit.
Nobis autem uane omnibus uana cadunt humum.
Sed age ipsi excogitemus consilium optimum,
Et quomodo mortuum trahemus, ac & ipsi
Gaudium dilectis socijs fiamus redeuntes:
Qui hic uidentes tristantur, neq; item prædicant
Hectoris homicidæ robur & manus intangibiles
Tolerare, sed in nauibus nigris cadere:
Esset autem quicunq; socius nunciet citissime
Pelidæ, quoniam non ipsum puto, neq; audiuisse
Tristem nuncium, quod ei dilectus perijt socius:
Sed nondum possum uidere talem Achiuorum,
Caligine enim detinentur simul ipsiq; & equi,
Iupiter pater, sed tu libera à caligine filios Achiuorum:
Fac autem splendorem, da autem oculis uidere,
In autem luce perde postquam tibi placet sic.
Sic dixit: hunc autem pater miseratus est lachrymantẽ:
Statim autem caliginem dispersit, & expulit nebulam,
Sol autem emicuit, pugna autem omnis patuit.
Et tunc Aiax allocutus est uocem bonum Menelaum:
Circunspice nunc Menelaë generose, an uideas
Viuum adhuc Antilochum magnanimũ Nestoris filium:

Concita autem Achilli prudenti cito euntem
Dicere, quod ei quàm dilectissimus perijt socius.
Sic dixit, neq; non paruit uocem bonus Menelaus
Perrexit autem ire, sicut aliquisq; leo à medio stabulo,
Quiq; postq̃ fatigauit canesq; urosq; irritans,
Qui ipsum non sinunt boum pinguedinem capere,
Tota nocte uigilantes: hic autem carnium cupidus,
Rectat, sed nihil facit. crebra enim iacula
Contraria ruunt ualidis à manibus,
Accensæq; faces quas formidat ruens quamuis:
Mane autem longe ab ipsis iuit tristi animo.
Sic à Patroclo uocem bonus Menelaus
Ibat ualde inuitus. ualde enim timuit, ne ipsum Achiui
Nimio præ metu laniamentum hostibus relinquerent:
Multum autem Merioniq; & Aiacibus mandauit:
Aiaces Argiuorum duces, Merionesq;,
Nunc aliquis beneuolus Patrocli miseri
Recordetur: omnibus enim sciebat suauis esse
Viuus existens: nunc autem mors & fortuna accepit.
Si dicens abijt flauus Menelaus
Vndiq; circunspiciens, sicutq; aquila quam dicunt
Acutissimè cernere sub cælo existentium uolucrum,
Quamq; & alte euntem pedibus uelox non latuit lepus
Frutice sub frondifero iacens, sed in ipsum
Ruit, & ipsum statim accipiens aufert animum:
Sic tunc tibi Menelaë generose oculi lucidi
Vndiq; uertebãtur multorum in multitudine sociorum,
Sicubi Nestoris filium adhuc uiuentem uideres.
Hunc aũt ualde statim cognouit pugnæ in sinistra totius,
Hortantemq; socios, & excitantem pugnare.

comparatio aquilæ.

Prope autem stans allocutus est flauus Menelaus,
Antiloche, eia age huc generose, ut audias
Grauem nuncium quod non debuisset fieri,
Iam quidem & ipsum puto inspicientem
Cognoscere, quod nocumentum deus Danais deuoluit:
Victoria aũt Troianorũ: occubuit aũt optimus Achiuorũ
Patroclus: magnum autem desiderium Danais factũ est.
Sed tu statim Achilli ruens in naues Græcorum,
Dic si celerrime mortuum ad naues seruabit
Nudum, sed arma habet bellicosus Hector.
Sic dixit: Antilochus autem obstupuit uerbum audiens.
Diu aũt ipsum taciturnitas uerborũ accepit, eius ãt oculi
Lachrymis impleti sunt: iuuenilis aũt eius tenebatur uox.
Sed neq; sic Menelai præceptum neglexit.
Perrexit aũt currere, sua aũt arma eximio dedit socio
Laodoco, qui ei prope uertebat integris ungulis habentes
Hũc quidẽ lachrymantẽ pedes ferebant ex bello, (equos:
Pelidæ Achilli malum uerbum nunciantem,
Neq; tibi Menelaë generose uoluit animus
Laborantibus socijs auxiliari. inde abiuit
Antilochus: magnum autẽ desideriũ Pylijs factum est.
Sed hic his quidem Thrasymedem diuinum misit:
Ipse autem in Patroclum heroëm iuit.
Statim autem ad Aiaces iens: statim autem allocutus est:
Illum quidem iam nauibus in præmisit uelocibus
Ire ad Achyllem pedes uelocem: neq; ipsum puto
Nunc ire ualde quamuis iratum Hectori diuino.
Non enim aliquo mõ nudus existens Troianis pugnaret:
Nos autem ipsi consultemus consilium optimum,
Et quomodo mortuum trahemus, ac & ipsi

Troianorum ex clamore mortem & parcam fugiamus.
Huic aũt respondit postea magnus Telamonius Aiax:
Omnia secundũ decens dixisti ualde gloriose ò Menelaë,
Sed tu quidem & Meriones subingredientes ualde cito
Mortuum eleuantes portate ex labore, sed à tergo
Nos pugnemus Troianisq́;, & Hectori diuino,
Aequalem animum habentes eiusdem nominis qui prius
Epxectabamus fortem Martem apud inuicem manentes:
Sic dixit: hi autem à terra ulnis acceperunt
Altè ualde magne, in autem sonuit populus à tergo
Troianus, postq̃ uiderunt mortuum eleuantes Achiuos.
Rectaiuerunt autem canibus similes qui in apro
Percusso ruunt à iuuenibus uenatoribus:
Donec enim ruunt, uastare prompti:
Sed quando iam in his conuertitur fortitudine confisus,
Retroq́; cedunt & timent alibi alius:
Sic Troiani incessanter quidem turmatim sequebantur,
Percutientes ensibusq́; & lanceis utrinq; acutis,
Sed quando iam Aiaces conuersi contra ipsos
Steterũt, horũ aũt mutatus est color, neq; aliquis sustinuit
Ante ruens circa mortuum pugnare.
Sic hi prompti mortuum ferebant ex bello
Naues in concauas: in autem pugna extensa est ipsis
Crudelis, uelut ignis qui irruens ciuitatem uirorum
Motus repente comburit, minuuntur autem domus
In splendore magno: hunc inconcrepat uis uenti:
Sic quidem his equorumq́;, & uirorum bellatorum
Incessabilis tumultus ibat euntibus:
Hi autem tanquàm muli forte robur circumiacientes
Trahunt ex monte per asperam uiam

Vel trabem uel magnum nauale: in autem animus
Consumitur, simul laboreq;, & sudore festinantibus
Sic hi prompti mortuum ferebant. at à tergo
Aiaces impediebant, sicut eminentia impedit aquam
Syluosa campi totaliter accidens,
Quaeq; & fortium fluuiorum difficilia fluenta
Impedit: statim autem omnibus fluxum ad campum ponit
Errans, neq; ipsum fortitudine rumpunt fluentes:
Sic semper Aiaces pugnam impediebant à tergo
Troianorũ: hi aũt simul sequebantur: duo aũt in his maxime
Aeneasq; Anchisiades & illustris Hector:
Horum aũt sicut sturnorum nebula uenit uel graculorum
Perniciose resonantes, quando ante uiderunt euntem
Accipitrem, qui paruis cædem portat auibus
Sic ab Aeneaq; & Hectore iuuenes Achiuorum
Perniciose clamantes ibant: obliti sunt autem pugnæ:
Multa ãt arma pulchra cadebant circũq; circaq; fossam
Fugientium Danaorum: belli autem non fit cessatio.

Comparatio graculorum & sturnorũ.

ARGVMENTVM Σ. HOMERI COMPOSITIONIS.

ACHILLES Patrocli mortẽ sciens, luget: supraueniens aũt Thetis è mari cõsolatur ipsum & admonet abstinere à bello, quousque ei arma portaret à Vulcano: Iubẽte ãt Iunone inermis aduenies in fossam apparet bellatoribus, & ipsum perterriti fugiunt, & in fuga multi cor rumpuntur: Patrocli autem corpus seruantes Myrmidones lauant: Vulcanus autem Achilli armaturam præparat.

ILIADIS Σ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Sigma, Thetis Achilli à Vulcano portat arma.



Ic hi quidē pugnabāt corpore ignis ardentis:
Antilochus autem Achilli pedesuelox nuncius uenit:
Hūc inuenit ante naues rostratas,
Ea cogitātem in animo, quæ iā perfecta erant:
Ingemiscens autem dixit ad suum generosum animum:
Hei mihi, cur rursus comati Achiui
Nauibus in turbantur timentes campo?
Ne iam mihi perficiant dei malas cogitationes animo,
Sicut aliquando mihi mater narrauit, & mihi dixit:
Myrmidonum optimum, adhuc uiuente me,
Manibus à Troianorum linquere lucem solis:
Certe ualde iam mortuus est Menœtij fortis filius
Miser: certeq; mandaui expellentem bellicum ignem
Retro in naues ire: neq; Hectori fortiter pugnare.
Dum hic hæc uoluebat in mente & in animo,
Interim eum prope uenit illustris Nestoris filius
Lachrymas calidas fundens, dixit & nūcium tristem:
Hei Pelei fili sapientis, certe ualde tristem
Audies nuncium, qui non debebat fieri:
Iacet Patroclus: mortuum autem iam circa pugnant
Nudum, & arma tenet galeatus Hector.
Sic dixit: hunc autem doloris nebula cooperuit nigra:

Antilochus Achilli nunciat mortem Patrocli.

Ambabus autem manibus capiens puluerem ardentem
Fudit in caput, gratiosam autem deturpauit faciem,
Mundam autem tunicam niger circa sedit cinis:
Ipse autem in pulueribus magnus magnè extensus
Iacebat, dilectis aũt manibus comã deturpabat scindens.
Ancillæ autem quas Achilles prædatus est, Patroclusq;,
Animum tristes ualde eiulabant, & foras
Cucurrerunt circa Achillem sapientem: manibus aũt oẽs
Pectora pcutiebãt: soluta sunt autem mẽbra uniuscuiusq;,
Antilochus aũt ex altera pte lugebat, lachrymas fundens,
Manus tenens Achillis: hic aũt suspirabat gloriosum cor:
Timebat enim ne iugulum abscinderet ferrum.
Terribiliter aũt plorabat: audiuit enim uenerabilis mater
Sedens in profunditatibus maris apud patrem senem:
Lamẽtata estq; postea: deæ ãt ipsam circũ cõgregatæ sunt
Omnes quotquot in profunditate maris Nereides erant:
Illicq; erat Glauceq;, Thaliaq;, Cymodiceq;,
Nesæa, Spioq;, Thoaq;, Haliaq;, pulchros oculos habẽs
Cymothoaq;, & Acteaq;, & Limnoria,
Et Melita, & Iæra, & Amphitoë, & Agaue,
Dotoq;, Prothoq;, Perusaq;, Dynameneq;,
Dexameneq; & Amphinome, & Callianira,
Doris, & Panope, & pulchra Galatea,
Nemertesq;, & Apseudes, & Callianassa:
In autem prima concione sederunt uenientes:
Sed hic secundus uenit rex uirorum Agamemnon
Vulnus habens: etenim hunc in forti pugna
Vulnerauit Coon Antenorides ærea lancea:
Sed postquam omnes congregati sunt Achiui,
His assurgens locutus est pedes uelox Achilles:
Atride, certe hoc ambobus melius
Fuisset tibi & mihi, quando nos dolentes cor
Perniciosa contentione irati sumus grati à puellæ,
Hanc debuisset in nauibus interficere Diana sagitta
Die illo, quando ego cœpi Lyrnesum diruens:
Ideo non oẽs Achiui mordicus cepissent multam terram
Hostium sub manibus me irato:
Hectori quidem & Troianis hoc melius, sed Achiuos
Diu meæ & tuæ contentionis recordari puto,
Sed hæc quidem esse facta sinamus, dolentes quamuis:
Iram in pectoribus dilectam domantes necessitate:
Nunc autem certe quidẽ ego depono irã, neq; me decet
Assiduè semper irasci: sed age cito
Concita in pugnam comatos Achiuos,

Achillis cũ Agamẽnone reconciliatio.

Vt adhuc & Troianos experiar obuius iens,
Si uelint in nauibus uigilare, sed aliquem puto
Libenter ipsorum genu flectere qui effugerit
Aspera ex pugna sub hasta nostra.
Sic dixit. hi autem lætati sunt fortes Achiui
Iram abijciente magnanimo Pelide.
His autem & post locutus est rex uirorum Agamemnon
Illinc à solio, neq; in medijs surgens:
O dilecti heroës Danai, famuli Martis,
Stantem quidem bonum audire, neq; decet
Contradicere. perdifficile enim expertē licet existentem
Virorū āt in multa congregatione, quō aliquis audiet
Vel dicet: læditur aūt stridulus licet existēs concionator.
Pelidæ quidem ego respondebo, sed uos alij
Audite Argiui uerbumq; intelligite unusquisq;.
Sæpe iam mihi hoc Achiui uerbum dixerunt,
Et mecum contenderunt: ego autem non causa sum,
Sed Iupiter, & fatum, & in tenebris agens Erinnys.
Hi mihi in concione mētibus iniecerūt crudele nocumentū
Die illo, quando Achillis præmium abstuli,
Sed quid facerem? Deus omnia perficit.
Antiqua Iouis filia Ate quæ omnes lædit
Perniciosa huius quidē molles pedes, non.n. in pauimento
Ambulat, sed in uirorum capita uadit,
Lædens homines, igitur alterum ligauit:
Etenim iam aliquando Iouem læsit, quem optimum
Virorum, & Deorum dicunt esse: sed & hunc
Iuno fœmina existens dolosa decepit
Die illo, quando debebat uim Herculeam
Alcmena parere bene coronata in Thebe.

Græci recō ciliato Achille, maiorē in modū lætantur.

Ate Iouis nuncia.

Herculis ærumnæ unde cœperint hoc est, quæ earum fuerit origo.

Certe hic iactabundus locutus est omnibus deis:
Audite me omnesq; Dei, omnesq; Deæ,
Vt dicam quæ me animus in pectoribus iubet.
Hodie uirum ad lucem laboratrix in partu Lucina
Extra ostendens (qui omnibus uicinis dominabitur)
Horũ uirorũ generatione, quiq; sanguine ex meo sunt.
Hunc autem dolosa allocuta est ueneranda Iuno:
Mentieris, neq; rursus finem uerbo persuadebis.
Eia age nunc mihi iura cœlestis forte iuramentum,
Certe quidem hunc omnibus uicinis dominatum iri,
Qui in die hoc cadet in pedibus mulieris
Virorum, qui tuæ ex sanguine sunt generationis.
Sic dixit. Iupiter autem non astutiam intellexit,
Sed iurauit magnũ iuramẽtũ. posteà aũt multũ læsus est:
Iuno autem ruens liquit summitatem Olympi,
Statim autem iuit Argum Achaicum. illic igitur cognouit
Iphthimem uxorem Stheneli Perseiadæ: (erat mensis,
Hæc aũt portabat in uẽtre dilectũ filiũ: hic autem septim⁹
Extra autem duxit ad lucem, & abortiuum existentem:
Alcmenæ autem prohibuit partum, tenuit & Lucinam:
Ipsa autem nuncians Iouem Saturnium allocuta est:
Iupiter pater albũ fulmẽ habens, uerbũ aliqđ tibi in mẽtẽ
Iã uir natus est bonus, qui Argiuis imperabit (bus ponã:
Eurystheus Stheneli filius Perseiadæ,
Tuum genus, non ei indecens imperare Argiuis.
Sic dixit. hũc aũt dolor acutus in mẽte uerberauit ꝓfun
Statim aũt accepit Atẽ capite pulchroscrines habente (da;
Iratus mentibus suis, & iurauit forte iuramentum,
Nunquàm in Olympumq;, & cœlum stellatum
Rursus ire Atem, quæ omnes lædit,

Iuno Iouem fallit.

Sic dicens, iecit à cœlo stellato
Manu circumuertens: cito autem uenit in homines.
Ipsam semper suspirabat qñ suum dilectum filium uidebat
Opus indecens habentem sub Eristhei certaminibus.
Sic & ego (quãdo ãt rursus magn⁹ ornatãbabẽs lãceã He
Argiuos perdidit in puppatis nauibus) (ctor
Non potui euitare nocumentum, quo læsus sum.
Sed postq̃ læsus sum, & mei mentes abstulit Iupiter,
Iterum uolo placere, dare plurima dona.
Sed mouere ad bellum & alios adhortare populos,
Dona autem ego hic oĩa præbere quæcunq; tibi ueniens
Hesternus in tentorijs promisit diuinus Vlysses,
Si uis expecta festinans quamuis Martis:
Dona quid tibi ministri mea à naue accipientes
Portabunt ut intelligas in quo tibi placabilia dabo.
Hũc aũt respõdens allocutus est pedes uelox Achilles:
Atride clarissime rex uirorum Agamemnon,
Dona quidem si uis præbe, ut decens,
Siue habe apud te: nunc autem recordabimur pugnæ
Statim ualde. non enim oportet differre hic existentes,
Neq; remorari, adhuc enim magnum opus imperfectum,
Sicut aliquis rursus Achillem cum primis uiderit
Lancea ærea Troianorum perdentem phalanges:
Sic aliquis uestrum admonitus uiro pugnet.
Hunc aũt respõdens allocutus est multiconsilij Vlysses:
Neq; si fortissimus existens diuine Achille,
Ieiunos prouoca Ilium filios Achiuorum
Troianis pugnaturos, quoniam non paruo tempore erit
Prælium, quando primum uersabuntur turmæ
Virorum: in autem deus spirauit robur ambobus.

Sed saturari iube uelocibus in nauibus Achiuos
Cibo & uino. hoc enim robur est & fortitudo.
Non enim uir toto die usq; ad solem descendentem
Esuriens cibo poterit contra pugnare.
Siquidem enim animo promptus sit pugnare,
Sed clam membra aggrauantur, & perueniunt
Sitisq; & fames: læduntur autem genua eunti.
Quicunq; autem uir uino saturatus & cibo,
Viris inimicis tota die pugnabit,
Audens ei animus in mentibus, neq; genua
Prius defatigatur, quàm omnes discedere pugna.
Sed age populum quidem dimitte, & cœnam iube
Parare: dona autem rex uirorum Agamemnon
Ferat in mediam concionem, ut omnes Achiui
Oculis uideant: tu autem mentibus proprijs læteris:
Iuret autem tibi iuramentum in Argiuis assurgens,
Nunquam lectum ascendisse & miscuisse,
Sicut ius est rex certe uirorum & mulierum:
Et autem tibi ipsi animus in mentibus hilaris sit.
Sed posteà te conuiuio in tentorijs placet
Pingui, ut non quid iustitiæ indigens sis:
Atride tu autem posteà iustior & in alium
Eris, non quidem enim aliquid accusabile regem.
Virum reconciliari, quando aliquis prior sæuit.
Hūc aūt rursus allocutus est rex uirorum Agamemnō:
Gaudeo tui Laërtiade uerbum audiens.
In decenti enim omnia narrasti & connumerasti:
Hæc autem ego uolo iurare: iubet autem me animus,
Neq; peierabo apud deum, sed Achilles
Maneat interea hic festinans licet Martis:

Regū est ut affectus cohibeant.

Manete autem alij omnes congregati, donec dona
Ex tentorijs ueniant, & iuramenta fidelia incidamus.
Tibi autem ipsi hoc ego impero & iubeo
Eligens iuuenes optimos omnium Achiuorum,
Dona mea à naue portent quæcunq; Achilli
Heri promisimus dare, ducereq; mulieres.
Talthybius autem mihi cito in exercitu lato Achiuorum
Caprum præparet interficere Ioui soli.
Hunc aũt respondens allocutus est pedesuelox Achilles:
Atride gloriosissime rex uirorum Agamemnon,
Aliasq; & magis debetis hæc facere,
Quando aliqua cessatio belli fiet,
Et robur non tantum erit in pectoribus meis:
Nunc autem hi quidem iacent imperfecti quos interfecit
Hector Priamides, quando ei Iupiter gloriam præbuit:
Vos autem in cibum incitatis. certe ego
Nunc quidem iuberem pugnare filios Achiuorum
Ieiunos esurientes, simul & sole occidente,
Facere magnam cœnam postquàm ulti erimus damnum,
Ante aũt non aliquo modo mihi dilectum in guttur ueniet
Non potus, neq; cibus amico mortuo,
Qui mihi in tentorio interfectus acuto ære
Iacet in uestibulo uersus: circum autem socij
Lugent, hoc mihi non in mentibus hæc curæ sunt,
Sed cædesq; & sanguis, & amarus fletus uirorum.
Hũc aũt respõdens allocutus est multiconsilij Vlysses:
Vlysses ad Achillem reconciliatum
O Achilles Pelei fili longe fortissime Achiuorum,
Melior es me, & potentior non parum
Lancea: ego autem te sapientia supero
Multum, quoniam prior natus sum, & plura uidi.

Hoc tibi intoleret cor uerbis meis,
Statimq; pugnæ fit satietas hominibus,
Quaq; plurimum quidem stipulam in terram æs fudit:
Messis autem parua, postquàm declinauit bilances
Iupiter, qui hominum custos belli factus est:
Ventri autem non aliquo mõ est mortuũ lugere Achiuos:
Valde enim multiq;, & densi diebus omnibus
Cadunt, quando aliquis cessabit labore.
Sed oportet hunc quidem sepelire quicunq; mortuus sit,
Fortem animum habentes in die lachrymantes:
Quicunq; autem bello ab odioso relinquuntur,
Recordari potus & cibi, ut in futurum magis
Viris inimicis pugnemus incessanter semper,
Induti corpore æs indomitum: neq; aliquis aliam
Populorum exhortationem expectans teneatur.
Hæc enim exhortatio malum erit. quicunq; relinquetur
Nauibus in Argiuorum, sed congregati impetum faciẽtes,
Troianos contra equorũ domitores excitemus ueloceM Mar
Dixit, & Nestoris filios comitatus est clari (tem,
Philidemq;, Megeta, Thoantaq;, Merionemq;,
Et Crionciadem Lycomedeum, & Menalippum.
Perrexerũt autem ire in tentorium Agamẽnonis Atridæ:
Statim aũt postea simul uerbũ fuit, perfectũ est & opus.
Septẽ qdẽ ex tentorio tripodas ferebant quos ei pmiserat,
Splendentes & lebetes uiginti, duodecim equos:
Eduxerunt autem statim mulieres eximias opera scientes
Septem: sed octauam Briseida pulchrarum genarum.
Auri autem põderans Vlysses decem omnia talenta
Iuit: simul autem alij dona ferebant iuuenes Achiuorum:
Et hæc qdẽ in media cõciõe posuerũt. sursum ãt Agamẽnõ

Munera Achilli ab Agamẽnone data.

Surrexit: Talthybius autem deo similis uocem,
Verrem tenens manu astitit pastori populorum.
Atrides autem trahens manibus gladium,
Qui ei apud ensem in magna uagina pendebat,
Verris à setis capiens Ioui manus eleuans
Precabatur: hi autem omnes illic sedebant silentio
Argiui, secundum decens audientes regem.
Precans autem igitur dixit aspiciens in cœlum latum,
Sciat nunc Iupiter primum deorum eximius & optimus,
Terraq;, & Sol, & Erinnyes, quæq; sub terram
Homines puniunt, quicunq; periurium iurauit,
Non quidem ego puellæ Briseidi manum intulisse,
Neq; lecti occasione usus, neq; alicuius alterius,
Sed esse incorruptà in tentorijs meis:
Agamemnonis iuramentum. Si autem aliquid horum periurium mihi dei dolores dent,
Multos ualde quoscunq; dant quicũq; ipsis peccat iurans.
Dixit, & iugulum uerris aperuit infesto ferro.
Hunc quidem Talthybius spumãtis maris magnũ fluctum
Iecit in uertens escam piscibus: sed Achilles
Assurgens Argiuos bellicosos allocutus est:
Iupiter pater, certe magna nocumenta uiris das.
Nunquàm animum in pectoribus meis
Atrides mouisset totaliter neq; puellam
Duxisset me inuito improuisus, sed alicubi Iupiter
Voluisset Achiuis mortem multis fieri.
Nunc autem uenite ad cœnam ut conducamus Martem.
Sic exclamauit: soluit autem concionem subitam,
Hi quidem sparsi sunt suam in nauem singulus:
Dona autem Myrmidones magnanimi curabant:
Iuerunt autem in nauem portantes Achillis diuini

Et hæc qdē in tētorijs posuerūt: sedere fecerūt āt mulieres
Equos autem in armentum impulerunt serui alacres:
Briseis autem postea similis aureæ Veneri,
Vt uidit Patroclum saucium acuto ferro,
Circa ipsum fusa stridule lamētabāt, manibus āt laniabat
Pectoraq;, & molle collum, & pulchram faciem,
Dixit aūt flens puella similis deabus:
Patrocle, mihi miseræ plurimum grate animo,
Viuum quidem te reliqui ego ex tentorio discedens:
Nunc autem te mortuum inuenio princeps populorum
Retro ueniens: sic mihi suscipitur malum ex malo semper.
Virum quidē cui dederunt me pater & ueneranda mater,
Vidi ante ciuitatem saucium acuto ære,
Tresq; fratres, quos mihi una generauit mater
Dilectissimos, qui omnes exitialem diem secuti sunt.
Neq; qdē neq; me sinebas quādo uirū meum uelox Achilles
Interfecit, diruit & urbem diuini Menetæ,
Flere: sed me dicebat Achillis diuini
Puellam uxorem facere, ducere & in nauibus,
In Phthiam conuiuari, & nuptijs cum Myrmidonibus.
Hoc te insatiabiliter fleo mortuū iucundum semper.
Sic dixit flens: supra autem suspirabāt mulieres
Patroclum oratione: sui autem ipsorum dolores singulæ:
Ipsum autem circum senes Achiuorum congregati sunt
Precantes cœnare: hic autem negabat suspirans,
Supplico si quis mihi charorum paret sociorum
Non me ante cibo iubete, neq; potu
Satiari dilectum cor: quoniam me dolor grauis accepit
Occidentem ad solem permanebo, & tolerabo tamen:
Sic dicens alios quidem dimisit reges:

Briseis redita Achilli Patroclū deflet.

Duo autem Atridæ remanserunt, & diuus Vlysses,
Nestor, Idomeneusq́;, senexq́; equitator Phœnix,
Consolantes assidue tristantem, neq; animo
Delectabatur ante belli os ire sanguinolenti:
Recordatus autem ualde eleuatus est, exclamauitq́;:
Certe mihi aliquando & tu duramorte interempte dile-
Ipse in tentorio cœnam apposuisti (ctissime amicorum
Statim & diligenter, quando festinabant Achiui
Troianos cōtra eqdomitores ferre lachrymabilē Martem:
Nunc autem tu quidem iaces exanimis, sed meum cor
Esuriens potus & cibi intus existentium
Tuo desiderio. non quidē enim quid peius aliud passus fu-
Neq; si patrem interfectum audirem, issem,
Qui nunc Phthiæ teneram lachrymam fundit,
Priuatione talis filij, qui alienum inter populum
Gratia exitiosæ Helenæ Troianis bello:
Vel hunc qui Scyro mihi in educatur dilectus filius,
Sicubi adhuc uiuit Neoptolemus pulcher.
Antea quidem enim mihi animus in pectoribus sperabat
Solum me mori longe ab Argo equos pascente
Hic in Troia: te autem ad Phthiam redire,
Vt mihi filium ueloci cum naue nigra
A Scyro educeres, & ei extendere singula:
Possessionem meam, seruosq́;, & altam magnam domum.
Nunc enim Peleum puto uel omnino
Mortuum esse, uel paululum adhuc uiuentem mœrere,
Senectuteq; odiosa, & meum expectantem semper
Tristem nuncium, quando me mortuum audiet.
Sic dixit flens: post autem suspirauerunt seniores,
Recordātes quæ unusquisq; in domibus reliquerat:

Lugentes autē igitur hos uidens miseratus est Saturni⁹ ꝛ
Statim autem Mineruam uerba uelocia allocutus est:
Filia mea, jam omnino abijsti uiro bono.
Certe non amplius omnino in mentibus curæ est Achilles
Ille, qui ante naues alta capita habentes,
Sed lugens socium dilectum: alij autem
Iuerunt ad cœnam: hic autem esuriens, & ieiunus.
Sed uade ei nectar, & ambrosiam amabilem
Stilla in pectoribus, ut non ipsum fames accipiat.
Sic dicens, persuasit antea promptam Mineruam:
Hæc aūt harpæ similis extēsas pennas habēti argutæ uocis
Cœlo ex desilijt per æthera, sed Achiui
Statim armabantur in exercitu: hæc autem Achilli
Nectar in pectoribus, & ambrosiam desiderabilem
Instillauit, ut non ipsum fames iniucunda genua accipiat:
Ipsa autem ad patris ualde fortis solidam domum
Redijt: hi autem longe à nauibus fundebantur uelocibus.
Sicut autem quando densæ niues Iouis euolant
Concretæ sub robore sereni fici Boreæ:
Sic tunc densæ cassides splendidæ coruscantes
Nauibus exibant, & scuta umbilicosa,
Thoracesq; fertes incurui, & fraxineæ lanceæ:
Splēdor aūt cœlum ibat: ridebat aūt omnis ualde terra
Aeris sub splendore: sub autem sonitus mouebatur pedibus
Virorum: in autem medijs armatus est diuus Achilles:
Huius & dentium quidem crepitus erat: huic autem oculi
Ardebant tanquam ignis splendor: in autem ei cor
Gressus est dolor intolerabilis: hic aūt igit Troianis irat⁹
Indutus est dona dei, quæ ei Vulcanus excudebat faber.
Tibialia quidem primum circum tibias posuit

Achillē Pallas nectarē confirmat.

Pulchra, argenteis malleis fabricata:
Secundo rursus thoracem circa pectora induit:
Circa aũt humeros apposuit ensem argenteorum clauorũ
Aereum: sed posteà clypeum magnum solidumq́;
Cœpit: huius autem longè splendor erat tanquam lunæ:
Comparatio nautarum. Sicut autem quando ex ponto fulgor nautis apparet
Ardentis ignis: hic autem uritur altè montibus
Stabulo in ouili: hos autem non uolentes procellæ
Pontum in pisciferum ab amicis longè portant:
Sic autem ab Achille scuti splendor in æthera ibat
Pulchri, uarij: circum autem cassidem eleuans,
Capiti posuit grauem: hæc autem stella ut splendebat:
Equinācomamhabens galea: circũ autẽ quatiebant crines
Aurei, quos Vulcanus misit cristam circum frequentes:
Experiebatur autem sibi illic in armis diuus Achilles,
An ei accommodata essent, & mouerentur clara dona.
Huic tanq̃ pennæ erant: extulit autẽ pastorem populorũ:
Ex autem igitur armamẽtario patriam depromit hastam
Grauẽ, magnã, firmã, quã qdẽ nõ potuisset aliꝰ Achiuorũ
Mouere, sed ipsam solus sciebat uibrare Achilles
Peliam fraxineam, quam patri dilecto inciderat Chiro
Pelij ex uertice cædem esse heroibus:
Equos aũt Automedonq́; & Alcimus circum laborantes
Iungebant: circum autem firma lora erant: in aũt frena
Maxillis iecerunt: deorsum aũt habenas extenderũt retro
Compactũ ad currũ: hic aũt igitur flagellum splendidum
Manu capiens aptum in equis irruit
Automedon Automedon, inde autem armatus iuit Achilles,
Armis conspicuus tanquam sol super iens,
Terribiliter autem equis imperitabat patris suis

Xanthéq; & Balie, præclare progenies Podarges,
Aliter iam cõsiderate seruare aurigas
Iterum Danaorum in globum postq̃ iuerimus belli:
Neq; ut Patroclum relinquatis illic
Mortuũ: hunc aũt à iugo allocutus est pedes uarius equus
Xanthus: statim aũt inclinatus est capite: omnis aũt iuba
Collari ex cadens à iugo in terram iuit,
Loquentem autem fecit Dea albasulnashabens Iuno:
Et ualde te adhuc nunc liberabimus fortissime Achille,
Sed tibi dies prope letalis, neq; in aliquo nos
Causæ: sed deusq; magnus & fatum potens.
Neq; enim nostra tarditate segnitieq;
Troiani ab humeris Patrocli arma acceperunt,
Sed deorum optimus quem pulcherrima peperit Latona
Interfecit in primis pugnatoribus, & Hectori gloriã dedit:
Nos autem & cum spiritu Zephyri cucurrimus
Quem leuissimum dicunt esse, sed tibi ipsi
Fatale est Deoq; & uiro forti domari.

Xanthus equus Achillis ipsi domino loquitur.

Sic igitur uociferanntis Erinnyes prohibuerunt uocem.
Hũc aũt indignatus allocutus est pedibus uelox Achilles:
Xanthe qd mihi mortẽ uaticinaris? neq; in aliquo te decet:
Bene scio & ipse quòd mihi fatum hic perire.
Procul à dilecto patre & matre: sed & tamen
Non cessabo ante Troianos ualde fugare à prælio.
Dixit & in primis clamãs impulit unimunguiculæ equos.

Achilles Xãthum suũ alloquitur.

ARGVMENTVM Y. HOMERI COMPOSITIONIS.

IOue mandante descenderunt adiuturi dei omnes, Græcis quidem Iuno & Minerua & Neptunus & Vulcanus & Mercurius: Troianis autem Venus & Apollo: item autem & Diana & Latona Marsq; & Scamander: Aeneam autem contrastãtem Achilli saluat Apollo nebula cooperiens. Achilles autem aliosq; interficit, & Polydorum Priami filium. Hector autem contrastans ipsi fugit Apolline seruante ipsum: alios autem Achilles in ciuitatem fugientes urgebat.

ILIADIS Y. HOMERI COMPOSITIONIS.

Ypsylon, beatorum lis orta est: affert autem fortitudinem Achiuis.



Ic hi quidem apud naues rostratas armabantur,
Circum te Pelei fili pugnæ insatiabiles Achiui:
Troiani autem rursus ex altera parte in loco eminenti campi:
Iupiter autem Themisti iussit deos ad concilium uocare — *Deos in conciliũ uocat Iustitia.*
Vertice ab olympi multorum ordinum. hæc igitur omnino
Iens imperauit Iouis ad domum ire.
Neq; aliquis fluuiorum abfuit præter Oceanum:
Neq; igitur nympharum, quæ nemora pulchra habitant.

Et fontes fluuiorum, & loca irrigua:
Euntes autem in domum Iouis nebularum congregatoris:
Poliüs sedibus insederunt, quas Ioui patri
Vulcanus fecit scientificis artibus.
Sic hi quidem Iouis intra congregati sunt, neq; Neptunus
Obaudiuit deæ, sed ex mari uenit ad ipsos:
Sedit autem in medijs: Iouis autem interrogauit cōsilium
Cur iterum albi fulminis deos ad concilium uocasti?
An circa Troianos & Achiuos cogitas?
Horum enim nunc prope pugna bellumq; ardet.
Hūc respōdēs allocut⁹ est nebularū cōgregator Iupiter
Scis Neptune meam in pectoribus uoluntatem,
Quorū gratia congregaui: curæ sunt mihi perituræ quis.
Sed certe quidem ego maneo in summitate olympi
Sedens, ubi uidens mentem delecto: hi autem iam alij
Venistis ut eatis ad Troianos & Achiuos.
Ambobus autem auxiliamini ubi animus est uniuscuiusq;.
Si enim Achilles solus contra Troianos pugnat,
Neq; paululum habebunt pedes uelocem Pelidem:
Et autem ipsum tremunt uidentes.
Nunc autem qñ iam & animum socij iratus est grauiter,
Timeo ne & murum contra debitum destruat.
Sic dixit Saturnides, bellum autem magnum suscitauit:
Perrexerunt aūt ire bellum, dei dupliciter aīm habentes.
Iuno quidem ad certamen nauium, & Pallas Minerua,
Et Neptunus terram continens, & ualde utilis
Mercurius, qui in mentibus prudentibus ornatus est:
Vulcanus autem cum his ibat fortitudine superbiens,
Claudicans, sub autem tibiæ fluebant inualidæ.
In autem Troianos Mars bene armatus, sed cum ipso

Deorum cō-cilium.

Neptuni in concilio uer-ba ad Iouē.

Deorum di-uersa studia erga Troia-nos & Græ-cos.

Phoebus intonsus & Diana sagittis gaudens,
Latonaq;, Xanthusq;, amansri sumq; Venus:
Quandiu quidem longe Dei mortalibus stabant uiris,
Tandiu Achiui quidem ualde gloriabant, quoniã Achilles
Apparuit, diu autem pugnæ abstinuerat molestæ:
Troianos autem tremor grauis intrauit membra singulũ,
Timentes quando uiderunt pedibus uelocem Pelidem
Armis conspicuum hominibus, pernicioso similem Marti.
Sed postq̃ in partes dei uenerunt uirorum (aũt Minerua,
Mota est aũt pugna fortis populorũ excitatrix: clamabat
Stans aliquando quidem apud fossam cauatã murũ extra
Aliquando à littoribus sonantibus longe clamabat:
Clamabat autẽ Mars ex alia parte nigræ procellæ similis
Acute, à propugnaculis ciuitatis Troianis iubens,
Aliquando apud Simoënta deorum à sacroloco,
Sic ambos beati dei excitantes
Cõiecerunt: in autem ipsis pugnam ruperunt grauem:
Grauiter autem intonuit pater uirorumq; deorumq;
Ex alto, sed subter Neptunus concussit
Terram immensam, montiumq; alta cacumina:
Omnes autem intremuerunt radices multarũ fontiũ Idæ
Et cacumina, Troianorumq; ciuitas & naues Achiuorum.
Timuit subter rex umbrarum Pluto:
Timens autem ex solio saltauit, & clamauit, ne ei desup
Terram scinderet Neptunus quatiens terram:
Domus autem mortalibus & immortalibus apparerent
Terribiles, late, quasq; oderunt Dei quamuis.
Tãtus utiq; sonus motus est deorũ cõtentione cõuenientiũ.
Certe quidem enim contra Neptunum regem
Stabat Apollo Phoebus habens sagittas pennatas:

Dij alij alijs fauent.

Deorum alij cõtra alios sunt in prælio.

Contra aũt Martem dea glaucos oculos habens Minerua:
Iunonem autẽ contrastabat auream colum habens clamosa,
Diana sagittis gaudens, soror Apollinis:
Latonã autem cõtra stabat saluator perutilis Mercurius:
Cõtra aũt Vulcanum magnus fluuius profunda suoces habẽs,
Quem Xanthũ uocant dei, uiri aũt Scamandrũ.
Sic hi quidem dei contra deos ibant: sed Achilles
Hectorem contra maxime cupiebat ire in aciem
Priamidem: huius enim maxime sperabat
Sanguine satiari Martem fortem bellatorem:
Aeneam autem recta populorum excitator mouit Apollo
Contra Pelidem: immisit autem ei fortitudinem bonam:
Filio autem Priami Lycaoni similis erat uocem.
Huic ipsum similis allocutus est Iouis filius Apollo:
Aenea Troianorum consiliator, ubi tibi minæ,
Quas Troianorum regibus promisisti,
Pelidem Achillem cõtra pugnare?
Hunc rursus Aeneas respondens allocutus est:
Priamide, cur me hæc & non uolentem iubes
Contra Pelidem magnanimum pugnare?
Non quidẽ enim iã primũ pedes ueloces habentẽ Achillem
Stabo, sed iam me & alias lanceam formidauit,
Ex Ida, quando boues contraiuit nostras:
Diruit autem Lyrnesum & Pedassum, sed me Iupiter
Liberauit, qui mihi dedit fortitudinem uelociaq; genua.
Certe occubuissem sub manibus Achillis & Mineruæ,
Quæ ei ante iens ponebat lumen: & iubebat
Lancea ærea Lelegas & Troianos interficere.
Ideo non est Achillem contra uirum pugnare.
Semper enim adest unus deorum qui periculum expellit.

Et autem aliter recta huius telum uolat, neq; definit
Ante corpus humanum transire: si autem deus
Aequalem præberet belli finem, non me ualde facile
Vinceret, neq; si totus armatus glorietur esse.
Hunc rursus allocutus est rex Iouis filius Apollo.
Heros, sed & tu deos sempiternos
Precare, & autem te dicunt Iouis filia Venere
Ex natum esse: ille autem inferiori ex deo est.
Hæc quidem enim Iouis est: hæc autem ex marino sene.
Sed recta fer æs indefessum, neq; te omnino
Terribilibus uerbis auertat & minis.

Aeneas suasu Apollinis in Achillem tendit.

Sic dicẽs inspirauit fortitudinẽ magnã pastori populo
Iuit aũt inter primos armatus fulgenti ære: (rum.
Neq; latuit Anchisæ filius à basulnas habentem Iunonem
Contra Pelidem iens per turmas uirorum:
Hæc simul conuocans deos uerbum dixit:
Considerate iam uos Neptune & Minerua
In mentibus uestris, quomodo erunt hæc opera:
Aeneas hic iuit armatus fulgenti ære
Contra Pelidem: immisit autem Phœbus Apollo.
Sed age nos ipsum auertamus retro:
Illinc aliqua postea, & nostrum Achilli
Assistat: det aũt fortitudinẽ magnã, neq; in aliquo animo
Deficiat, ut sciant quod ipsum diligunt optimi
Immortalium. hi autem rursus stulti, qui à principio
Troianis auxiliabantur in bello & pugna.
Omnes autem ab olympo descendimus obuiantes
Huic pugnæ, ut non aliquis à Troianis patiatur
Hodie: postea autem hæc patietur quæcunq; ei parca
Nato neuit lino, quando ipsum peperit mater.

Si autem Achilles non hæc deorum ex didicerit uoce,
Timebit postea, quando aliquis contra deus ueniet
In bello, graues autem dei uideri manifesti.
Huic respondit postea Neptunus quatiensterram:
Iuno, ne irascaris præter mentem, neq; te decet.
Non ego uolo deos ad contentionem trahere
Nos alios, quoniam fortiores sumus,
Sed nos quidem postea sedeamus euntes
Ex uia in speculam, bellum autem uiris curæ erit:
Si autem Mars inceperit pugnam, & Phœbus Apollo,
Vel Achillem tenebunt, & non sinent pugnare,
Statim postea & nobis cum his contentio mouebitur
Pugnæ: ualde autem celeriter diuisos puto
Retro ire ad cœlum deorum in congregationem aliorum,
Nostris à manibus necessitate fortiter coactos.
Sic igitur clamans procedebat nigra cæsarie
Murum in undiq; fossa munitum Herculis diuini
Altum, quem utiq; ei Troiani, & bellicosa Minerua
Condiderant, ut cœtum fugiens euitaret,
Quando ipsum sequebatur à littore in campo.
Illic Neptunus sedebat, & dei alij:
Circum autem crassa nebula humeris induti erant:
Hi autem ex altera parte sedebant in frontibus colliculi
Circum arcigerum Apollinẽ, & Martẽ urbiũ euersorem.
Sic hi quidem utrinq; sedebant consultantes
Consilia: ordiri autem grauissima pugna
Dubitabant utrinq;: Iupiter autẽ sedens alte præcipiebat:
Horum autem omnis impletus est cãpus, & fulgebat ære,
Virorum & equorum: commouebatur autẽ terra pedibus
Irruentium simul: duo autem uiri ualde optimi.

Herculis murus à Troianis extructus quo se reciperet, cœtũ fugiens.

In medium utrorumq; properabant, prompti pugnare,
Aeneasq; Anchisiades, & diuinus Achilles:
Aeneas autem primus minabundus irruit
Nutans galea firma, sed clypeum strenuum
Ante habebat pectus: uibrauit autem ferratam lanceam:
Pelides autem ex altera parte contrà ruit leo tanquàm
Perniciosus, quem uiri interficere prompti sunt,
Venantes omnis populus: hic aũt primum quidem spernens
Venit, sed quando aliquis adbellumcurrentium iuuenum
Lancea percussit, uersus estq; hians: circumq; spuma dẽtes
Fit: in autem ei cor suspirat fortem animum:
Caudaq; lateraq; & dorsa utrinq;
Verberat: se autem ipsum irritat pugnare:
Exasperatus aũt recta fertur fortitudine, siquẽ interficiat
Virorum, uel ipse interimatur prima in turma.
Sic Achilli prouocabat robur & animus superbus
Contraire magnanimum Aeneam:
Qui autẽ, quando iam prope erant contra inter se euntes,
Hunc prior allocutus est pedibussufficiẽs diuinus Achilles:

Achillis cũ Aenea congressus.

Aenea, cur tu tanta multitudine multum abiens
Stas? an te animus mihi pugnare iubet,
Sperantem Troianis imperare equidomitoribus,
Honore Priami: sed si me interfeceris,
Non tibi propterea Priamus præmium in manibus ponet:
Sunt ei filij: Iupiter autem constans neq; amens.
An aliquod tibi Troiani templum facient eximium aliorũ
Pulchrum plantationis & arationis ut habites
Si me interfeceris: difficulter autem te spero facere.
Iam quidem te dico & aliâs lancea terrui.
An non recordaris, quãdo te bobus procul solum existentẽ

Insecutus sum per Idæa iuga uelocibus pedibus
Statim:tunc autem non uersus es fugiens:
Illinc autem in Lyrnessum fugisti:sed ego hanc
Dirui cum impetu ruens cum Minerua & Ioue patre:
Prædatas autem mulieres libero die auferens
Duxi:sed te Iupiter liberauit & dei alij.
Sed non nunc te liberari puto,ut in animo
Ponis,sed te ego recedentem iubeo
In multitudinem ire,neq; contrarius siste te mihi,
Ante aliquod malum pati: factum aũt etiam stultus nouit. Factũ quod est nouit & stultus.
Huic rursus Aeneas respondit, locutusq; est:
Pelide,ne iam me uerbis saltem dementem tanquàm
Speres perterreri:quoniam manifeste noui,& ipse
Et conuitia & iniusta loqui:
Scimus aũtem inuicem generationem, scimus & parẽtes,
Ante audita audientes uerba mortalium hominum:
Visu aũt neq; utiq; aliquo modo tu meos uidisti, neq; utiq;
Dicunt te quidẽ Pelei præclari filiũ esse: (ego tuos.
Matre autem ex Thetide pulchrũcrinemhabente marina.
At ego filius magnanimi Anchisæ
Glorior natus esse:mater autem mihi est Venus:
Horum iam nunc alteri dilectum filium plorabunt
Hodie: non enim dico uerbis infantilibus
Sic diuisos à pugna redire:
Si autem uis & hæc discere ut bene scias
Nostrum genus:multi autem ipsum uiri norunt:
Dardanũ iterũ primũ genuit nubiũcongregator Iupiter:
Condidit autem Dardaniam, quoniam nondũ Ilium sacrũ
In cãpo erat cõdita ciuitas diuersarũlinguarumhominũ:
Sed adhuc radices habitabant multarumfontium Idæ.

Aeneas genus ac genealogiam suam explicat.

Dardano filio Iouis tria milia equarum.

Dardanus rursum genuit filium Erichthonium regem,
Qui iam ditissimus fuit mortalium hominum:
Huius mille equæ paludem circa pascebantur
Fœminæ, pullis lætæ teneris:

Equæ Dardani, ex Borea uẽto grauidæ.

Has Boreas amauit pascentes,
Equo autem similis dormiuit nigros crines habentis:
Hæ autem grauidæ pepererunt duodecim pullos:
Hæ autem aliquando quidem saltabant in fertili agro,
Summitate in culmorũ fluctuũ currebant, neq; frangebãt
Hæ autem quando saltabant in lata dorsa maris,
Summitate in littoris maris albentis currebant.

Erichthoni⁹

Troëm Erichthonius genuit Troianis regem:

Ilus.

Troë autem rursus tres filij optimo ex geniti sunt,

Assaracus.

Ilusq;, Assaracusq;, & diuinus Ganymedes,

Ganymedes

Qui iam pulcherrimus fuit mortalium hominum,
Quem & sustulerunt dei Ioui propinare
Pulchritudinis gratia suæ, ut mortales inter esset.
Ilus autem rursus genuit filium præclarum Laomedonta.
Laomedon autem certe Tithonium genuit Priamumq;,
Lampumq;, Clitiumq;, Hicetaumq; ramum Martis:

Capys.

Assaracus autem Capym: hic autẽ Anchisem genuit filiũ

Anchises.

Sed me Anchises: Priamus autem genuit Hectora diuinũ

Dij pro uoluntate augẽt uires minuuntq;.

Huius generationisq; & sanguinis glorior esse:
Iupiter autem uirtutem uiris augetq; minuitq;
Vt uult: hic enim potentissimus omnium.
Sed age non amplius hæc dicamus amentes sicut,

Homĩes alij alijs inuicẽ multa possunt obijcere

Stantes in medio tumultu pugnæ:
Sunt enim ambobus opprobria loqui
Multa ualde, neq; nauis centum sedium onus eleuaret.
VOLVBILIS autẽ lingua hominum: Multa autẽ sunt uerba

Diuersigena: Verborum autem multa copia hinc & hinc:
Quale dixisti uerbum, tale contra audies.
Sed cur lites & contentiones nobis necessitas
Contendere mutuo contra, ut mulieres,
Quæ iratæ ira ualde animi perturbatrice
Contendunt mutuo mediam in uiam euntes,
Multa ueráq; & non: ira autem & hæc dicere iubet:
A pugna autem non me uerbis amouebis alacrem,
Ante ære pugnare contra: sed age cito,
Experiamur mutuo æreis lanceis.
Dixit, & in graui clypeo impulit æream hastam
Terribiliter: ualde aũt circa clypeum sonuit hastæ cuspis:
Pelides autem scutum quidem à se manu forti
Tenuit timens. dicebat enim eminus iactum telum,
Facile autem ire, magnanimi Aeneæ:
Stultus: neq; intellexit in mente & in animo,
Quod non facile est deorum clarissima dona
Viris mortalibus proscissum iri & cessurum esse.
Neq; tunc Aeneæ prudentis fortis lancea
Rupit clypeum. aurum enim laborauit dona dei,
Sed duas quidem transiuit per plicas: hæ aũt adhuc tres
Erant, quoniam quinq; plicas excuderat Vulcanus:
Has duas æreas: duas autem intus stanni:
Vnam autem auream ubi detenta est ærea lancea:
Secundus rursus Achilles præmisit longam lanceam,
Et percussit Aeneæ clypeum undiq; æquale
In orbe sub primo, ubi tenuissimum currebat æs:
Tenuissimum aũt inerat corium bouis: hæc autẽ totaliter
Pelias transiuit fraxinea: resonuit autem scutũ sub ipsa:
Aeneas autem contractus est, & à se scutum tenebat

Hominũ lingua uolubilis: uerba aũt multa.

Qualia dixisti, talia audies.

Achilles Aeneã aliquando in fugam uertit.

Timens: lancea autem supra dorsum in terrâ
Stetit delata, per autem ambos transiuit orbes
Clypei cooperiẽtis hominẽ: hic aũt deuitãs lanceã longam
Constitit: dolor autem fusus est multus in oculis,
Timens quod eum prope fixum est telum: sed Achilles
Promptus irruit tracturus ensem acutum
Terribiliter clamans: hic saxum accepit manu
Aeneas, magnum opus, quod non duo uiri extulissent
Quales nũc hoĩes sunt: hic aũt ipsum facile uersabat & solus.
Tunc Aeneas irruentem percussit petrâ
Et in galea & in scuto, quod eum iuuit à dura morte:
Hunc autem Pelides prope ense animum abstulisset.
Nisi acute intellexisset Neptunus quatiens terram:
Statim autem immortales deos ad, uerbum locutus est:
Heu certe mihi dolor magnanimi Aeneæ,
Qui cito Pelide domitus ad infernum descendet,
Persuasus uerbis Apollinis longeiacientis,
Stultus: neq; eum iuuabit à tristi morte.
Sed cur hic innocens dolores patitur
In uanum gratia alienorum dolorũ: grata autem semper
Munera deis exhibet, qui cœlum latum habitant.
Sed agite, nos ipsum è morte subducamus,
Ne aliquomodo & Saturnides irascatur, si Achilles
Hunc interimat: fatale autem est ei euitare,
Vt non inseminata generatio & obscura pereat
Dardani, quem Saturnides præ omnibus dilexit liberis,
Qui se ex, generati sunt mulieribus mortalibus.
Iam enim Priami generationem odit Saturnius:
Nunc autem iam Aeneæ potentia Troianis imperitabit,
Et filij filiorum qui posteà nascentur.

Aeneam cũ Achille congressum Neptu. liberat.

Aeneã Troiano excidio superesse fato decretum erat.

Huic aũt postea respõdit pulchra oculos uenerãda Iuno:
Neptune, ipse tu in mentibus tuis considera,
Aeneam an ipsum saluabis, an sines
Pelide Achilli interfici bonum existentem.
Certe quidem enim nos multa iurauimus iuramenta,
Omnes inter mortales ego & Pallas Minerua,
Nunquàm in Troianos expellere malum diem,
Neq; quando Troia ustiuo igne omnis uretur
Vsta: urent autem bellicosi filij Achiuorum.
Sed postquàm hoc audiuit Neptunus quatiens terram,
Perrexit ire inq; pugnam, & in strepitum hastarum:
Iuit autem ubi Aeneas, & inclytus erat Achilles.
Statim huic quidem postea in oculis fudit caliginem
Pelidæ Achilli: hic autem fraxineam bene ferratam
Scuto extraxit magnanimi Aeneæ.
Et hoc quidem ante pedes Achillis posuit:
Aeneam autem ruere fecit à terra alte eleuans:
Multas autem turmas heroum, multas autem & equorum
Aeneas super saltauit dei à manu ruens:
Iuit autem in ultimam impetuosi belli:
Vbi autem Caucones bellum ad armabantur:
Hunc autem ualde prope uenit Neptunus quatiens terrã,
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est:
Aenea, quis te sic deorum tristem persuasit
Contra Achillem bellare & pugnare,
Qui te simul melior & dilectior immortalibus?
Sed recede quando obuiaueris ipsi,
Ne & præter fatum domum inferni ingrediaris.
Sed postquàm Achilles mortem & fatum assecutus fuerit,
Audens autem postea cum primis pugnare.

Non quidem enim aliquis te alius Achiuorum interficiet.
Sic dicens reliquit illic postquàm dixit omnia:
Statim autem postea Achilles ab oculis fugauit nebulam
Densam: hic autem postea ualde uidit oculis:
Aegreferens autem dixit ad suum magnanimum animũ:
Pape, certe magnum miraculum hoc oculis uideo:
Lancea quidem hæc iacet in terra, neq; uirum
Video quem iaculatus sum interficere promptus:
Certe & Aeneas dilectus immortalibus deis
Erat, sed ipsum dicebam uane sic gloriari:
Abierit, non ei animus me amplius tentare
Erit, qui & nunc fugit alacer à morte.
Sed age, iam Danais bellicosis imperans
Alios Troianos experiar contrarius iens:
Dixit, & in ordines saltauit: iussit autem uiro singulo:
Ne quid nunc à Troianis procul state diui Achiui:
Sed age uir contra uirum ito: promptus sit autẽ pugnare:
Difficile autem mihi est, & forti licet existenti:
Tot autem homines insequi & omnibus pugnare:
Neq; Mars qui deus immortalis, neq; Minerua:
Tantæ autem pugnæ insequeretur os & laboraret.
Sed quantum quidem ego possum manibusq; pedibusq;
Et robore, non me amplius dico dimittere neq; minimum:
Sed ualde ad ordinem uado penitus, neq; aliquem puto
Troianorum lætari, quicunq; prope hastam uenerit.
Sic fatus incitans: Troianos autem illustris Hector
Iussit uocans (dixit autem ire contra Achillem:)
Troiani magnanimi, ne timete Achillem.
Etenim ego uerbis & immortalibus pugnarem:
Lanceà autem difficile, quoniam longe fortiores sunt

Difficile est pugnare cũ multis uni.

Neq; Achilles omnibus perfectionem uerbis imponet.
Sed hoc quidē perficiet, hoc autem imperfectum turbabit:
Huic aūt ego contrarius uado, etsi igni manus similis esset,
Si igni manus similis esset, robur autem ardenti ferro.
Sic dixit proruens: hi aūt contrarij lanceas eleuauerunt
Troiani: horū aūt simul mistū est robur: exortus est aūt cla
Et tūc Hectora allocutus est astās Phœbus Apollo: (mor:
Hector, ne adhuc oīno Achilli cōgrediare in prima pugna,
Sed in multitudinem & à tumultu suscipiaris,
Ne te uel iaculetur & prope ense uerberet.
Sic dixit: Hector aūt rursus ingressus est globū uirorū
Timens, quando audiuit dei uocem clamantis:
In aūt Achilles Troianos saltauit mētibus indutus fortitu
Terribiliter clamās: primū aūt interfecit Iphitiona (dinē
Strenuum Otryntidem multorum ductorem populorum,
Quem nympha peperit Nais Otrynteo urbium domitori,
Tmolo sub niuoso Idæ in pingui populo:
Hunc aūt recta promptum percussit lancea diuus Achilles
Medium in caput, quod in duas partes totum diuisum est,
Increpuit aūt cadēs: hic aūt cōtra gloriabatur diuus Achil
Iaces Otryntide omnium terribilissime uirorum: (les:
Hic autem tibi mors, genus autem tibi est in stagno
Gygæo, ubi tibi templum patrium est
Hyllo in pisculento, & Hermo undoso.
Sic dixit iactabūdus: hunc autem tenebræ oculi cooperuit,
Hunc quidem Achiuorum equi rotis contriuerunt
Prima in acie: hic post ipsum Demoleonda
Bonum adiutorem pugnæ Antenoris filium
Percussit in tempore galeam per ferream:
Neq; utiq; ærea galea prohibuit, sed per ipsum

Hector ab Apolline deterretur, ne cōgrediatur cum Achille

Cuspis iens rupit os: cerebrum autem
Intus omne sparsum est: interfecit autem ipsum promptũ:
Hyppodamanta autem postea ab equis ruentem
Ante se fugientem dorsum uulnerauit lancea:
Sed hic animum spirauit, & mugiuit ut quando taurus
Mugiebat tractus Heliconium circa regem
Iuuenibus trahentibus: gaudet autem his Neptunus.
Sic igitur hunc mugientẽ reliquit ossa animus superbus.
Sed hic iuit cum lancea in diuum Polydorum
Priamidem: hunc autem non pater permisit pugnare:
Quoniam ei inter filios nouissimus erat generatione:
Et ei charissimus erat: pedibus autem omnes uincebat,
Iam tunc infantijs pedũ uirtutẽ ostendens, (dit animũ.
Currebat inter primospugnatores quousq; dilectũ perdi-
Hunc percussit mediũ iaculo pedibusuelox diuus Achilles
Terga apud ruentis, ubi balteum fibulæ
Aureæ alligant, & duplex suspendebatur thorax:
Contra autem transiuit per umbilicum lanceæ cuspis:
In genu aũt procũbit ingemẽs: nebula aũt ipsum cooperuit
Nigra: ad se autem accepit uiscera manibus declinatus:
Hector autem postq̃ cognouit fratrem Polydorum
Viscera manibus tenentem, cadentem ad terram,
In eius oculis fusa est tenebra, neq; tolerabat
Diu longe uerti, sed contrarius uenit Achilli
Acutam lanceam uibrans flammæ similem. sed Achilles
Postq̃ uidit, ualde saltauit, & iactabundus uerbum dixit:
Prope uir qui meum ualde intus comedit animum,
Qui mihi amicum interfecit honoratum, neq; item diu
Mutuo formidamus in belli ponte.
Dixit, & torue uidens allocutus est Hectora diuum:

Prope accede, ut celeriter mortis fines uenias.
Hunc nō timēs imperterritus allocutus est bellicosus Hector:
Pelide, ne me uerbis stultum tanquàm
Speres terreri: quoniam manifeste noui & ipse
Et cauillationes & iniurias loqui:
Scio aūt quod tu quidem fortis, ego aūt te multo inferior:
Sed certe quidem hæc deorum in genibus iacent:
Si te imbecillior existens animum auferre
Hasta percutiens: quoniam & meum telum acutum ante.
Dixit, & uibrans præmisit lanceam: & hanc Minerua
Spiritu Achillis retro uertit gloriosi
Cito ualde frigefaciēs: hæc aūt retroiuit in Hectora diuū:
Ipsius autem ante pedes cecidit.
Sed Achilles promptus irruit interficere promptus
Horrendum clamans: hunc autem eripuit Apollo
Facile ualde tanq̄ deus: operuit autem nebula multa.
Ter quidem postea irruit pedibus uelocibus diuus Achilles
Lancea ærea: ter autem nebulam uerberauit profundam,
Sed quando iam quarto irruit deo similis,
Grauiter clamans uerba uelocia allocutus est:
Extra rursus nunc fugisti mortem canis: certe te prope
Venit exitium: nunc rursus te liberauit Phœbus Apollo,
Quem debes precari iens in sonitum iaculorum.
Certe diu te perficio & aliàs obuians
Sicubi aliquis & mihi deorum adiutor est.
Nunc aūt alios Troianorum insequor quēcunq; inuenero.
Sic dicens Dryopem uulnerauit in ceruice media iaculo:
Cecidit aūt ante pedes: hic autem hunc quidem reliquit:
Demachum autem Philetoridem bonumq; malumq;
In genu lancea percutiens detinuit: hunc quidem postea

Hector cum Achille congressus ab Apolline morti subtrahitur.

Achilles erepto sibi Hectore, cōplures alios occidit.

Vulnerans ense magno abstulit animum.
Sed hic Laogonum & Dardanum filios Biantis
Ambos ruens ex equis impulit humum:
Hunc quidē lācea percutiēs, illū aūt prope ense uerberās:
Troianū aūt Alastoridē, hic qdē cōtrarius uenit ad genua,
Si aliquo modo parceret capiens, & uiuum dimitteret,
Neq; interficeret, coæuitatem miseratus.
Stultus, neq; hoc sciuit quod non credi erat.
(Non enim in aliquo benignus uir erat, neq; mitia
Sed ualde ferox) hic quidem tetigit manibus genua,
Cupiens placare: hic autem ense uulnerauit iecur:
Extra aūt ei iecur lapsum est, & niger sanguis ex ipso
Sinum impleuit: hunc autem tenebræ in oculis cooperuit
Animo indigentem: hic autem Mulium uulnerauit astans
Lancea in aure: statim autem per aurem iuit alteram
Cuspis ærea: hic autem Agenoris filium Echeclum
Medio in capite ense percussit capulato:
Totus autē calefactus est ensis sanguine, hūc aūt in oculis
Accepit nigra mors & fatum potens:
Deucaliona autem postea ubi continent nerui
Cubitum, illic hunc dilectam per manum penetrauit
Cuspis ærea: hic aūt ipsum expectabat manum grauatus
Ante uidens mortem: hic autem ense ceruicem uerberans
Longe ipsi galeæ caput iecit, cerebrum rursus
Internodijs spinæ exaltauit: hic aūt in terra iacuit exten-
Sed hic perrexit ire in strenuum Pirei filium (sus
Rhigmum, qui è Thracia fertili profectus est,
Hunc percussit medium telo, fixū est aūt in uentre ferrū.
Decidit autem è curru: hic autem Areithoum seruum
Retro equos uertentem in dorso acuta lancea

Percussit: ab aũt curru impulit, turbati sunt aũt eius equi.
Sicut autem promptus est profundas ualles magnus ignis
Montis aridi: profunda autem comburitur sylua,
Vndiq; quatiens uentus flammam circumuoluit:
Sic hic undiq; currebat cum lancea deo similis
Interfectos sequens: fluebat autem sanguine terra nigra.
Sicut aũt quãdo aliquis iunxit boues masculos latæ frontis
Terere hordeum bene ædificata in area,
Citoq; tenuia fiunt boum sub pedibus ualde mugientium:
Sic sub Achille magnanimo uniusunguis equi
Calcabant simul mortuosq; & clypeos: sanguine aũt axis
Subter oẽs coinquinatus est, & rotæ existẽtes circa currũ,
Quas ab equorum ungulis guttæ spargebant,
Quæq; à ferro rotarũ: hic autẽ cupiebat gloriam accipere
Pelides: cruore autem maculabat manus euitandas.

comparatio ignis.

comparatio boum.

ARGVMENTVM Φ. ILIADIS COMPOSITIONIS.

TRoianis in duas diuisis partes, hos quidẽm in ciuitatem, illos autem in Scamandrum, Achilles impellebat: & duodecim iuuenes viuos cepit in vltionem Patrocli: ipse autem Lycaonem filium Priami, & Asteropeum interfecit. Postea fluuio inundãte periclitantẽ ipsum saluat Vulcanus, comburens fluuium & campum. Post hæc deorũ pugna fit inter se: Achillem autem Apollo impedit Agenori assimilatus, & fugiens decipit, donec Troiani saluentur in ciuitatem.

ILIADIS Φ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Phi, bellum Aeacidæ apud litora fluuij.

Xãthus fluuius à Ioue genitus.



T quando ad transitum peruenerũt lati fluuij
Xanthi uorticosi, quẽ immortalis genuit Iupiter,
Illic diuidens, hos quidẽ per campum insequebatur
Ad ciuitatẽ, quà alij trepidi fugerãt
Die superiori, quando furebat illustris Hector,
Illàc profundebantur fugientes: tenebram autem Iuno
Effudit ante densam inhibere: media autem
In fluuiũ uertũtur profundi fluxu argẽtei uorticis: (ta:
In aũt ceciderũt magno strepitu: resonuerũt aũt alta fluẽ-
Ripæ aũt circum circa ualde insonuerunt: hi aũt clamore
Ibant huc & illuc reuoluti per uortices:
Sicut autem quando sub iactu ignis locustæ pendent
Fugientes ad fluuiũ: hoc aũt comburit infatigabilis ignis
Motus repente: hæ autem cadunt in aquam;
Sic ab Achille Xanthi profundorum uorticum
Implebatur fluctus resonãs mixtim equorumq́; & uirorũ.
Sed hic magnanimus lanceam quidẽ reliquit illic in ripis,
Iacentẽ in myricis, ipse uero insilijt deo similis
Ensem solum habens: mala aũt mẽtibus cogitabat opera:
Verberabat aũt cõuersim: horũ aũt suspiriũ mouebat inde.
Ense uerberatorũ, rubescebat aũt sanguine aqua: (ces
Sicut aũt à delphino magno pisces alij

Cõparatio piscium minorum.

Fugientes implent cauernas portus benefacti
Timentes (ualde enim deuorat quencunq; assequitur.)
Sic Troiani fluuij in impetuosi fluenta
Cadebāt in præcipitia: hic āt postq̄ defatigauit manus in
Viuos ex fluuio duodecim delegit iuuenes. (terficiens,
Pœnam Patrocli Menœtiade mortui:
Hos eduxit foras stupefactos, tanquam hinnulos:
Ligauit autem à tergo manus honoratis uinculis,
Quæ ipsi portabant in flexilibus sagulis.
Tradidit autem socijs deducere concauas ad naues,
Sed hic iterum irruit interficere promptus,
Illic filio Priami obuiam factus est Dardanidæ
Ex fluuio fugienti Lycaoni: hunc autem aliquando ipse
Duxit, capiens ex patris terra non uolente
Nocturnus procedens, hic autem caprifico ense æreo
Incidebat nouos ramos, ut currus radij essent.
Huic inopinatum malum uenit diuinus Achilles.
Et tunc quidē ipsum Lemnū beneædificatā transire fecit
Nauibus ducens, sed filius Iasonis pretium dedit
Illinc autem amicus ipsum liberauit: multa autem dedit
Imbrius Eetio, misit autem ad diuinum Arisbem.
Hinc latenter fugiens paternam in domum:
Vndecim autem dies animum delectatus est suis amicis,
Veniēs ex Lemno: duodecimo autē die ipsum rursus aliqs
Manibus Achillis Deus iniecit, qui ipsum debebat
Mittere in inferni & non uolentem ire:
Hūc āt postq̄ igitur cognouit pedesuelox diuus Achilles
Nudum sine galeaq; & scuto, neq; habebat hastam,
Sed hæc quidē retro oīa humū iecit, consumebat.n. sudor
Fugientem ex fluuio: labor autem sub genua domauit.

Achilles mactat duodecim Troianos, ut ulciscatur Patroclum defunctum.

Lycaon Priami filius.

Aegreferens autē utiq; dixit ad suum ingeniū animum:
Pape, certe magnum miraculum hoc oculis uideo,
Certe ualde iam Troiani magnanimi, quos q̄uis interfeci,
Rursus resurgent à caligine obscura,
Qualem iam & hic uenit fugiens sub crudelem diem,
Lemnum in claram profectus: neq; ipsum detinuit
Pontus maris albi, qui multos inuitos coërcet.
Sed age iam & hastæ spiculum nostræ
Gustet, ut uideam in mentibus & intelligam,
An similiter & illinc ueniet, an ipsum retinebit
Terra alma, quæ fortem quamuis coërcet.
Sic mouebat manens: hic autem eum prope uenit trepidus
Genua contingere promptus: ualde autem uolebat animo
Effugere mortemq; malam & parcam nigram.
Certe hic quidē lanceam longam eleuauit diuus Achilles,
Vulnerare p̄mptus: hic aūt latēter cucurrit & accepit gē
Declinans: hasta autem super dorsum in terra (nua
Stetit prompta corporis saciare uirilis:
Sed hic altera quidem capiens supplicauit genua,
Altera autem tenebat lanceam acutam, neq; dimittebat,
Et ipsum precans uerba uelócia allocutus est:
Oro te Achilles, tu autem me uenerare, & mei miserere.
Coram te sum supplicatoris Ioue nutrite uerecundi.
Apud enim te primum comedi Cereris cibum
Die quo, quando me cepisti bene ædificato in agro,
Et me transtulisti procul ducens patreq; amicisq;
Lemnum in claram: hecatombæum autem tibi inueni,
Nunc autem saluam ter tot dans: dies autem mihi est
Hæc duodecima, qu[illegible] in Ilium ueni
Multa perpessus, nunc autem me [illegible] posuit,

Fatum perniciosum. debeo odio esse Ioui patri,
Qui me tibi iterum dedit, parui temporis autem mater
Peperit Laothoë filia Altæ senis
Altæ, qui Lelegis bellicosis imperitat,
Pedasum altam tenens sub Satnioënte,
Huius aũt habuit filiam Priamus, multas autem & alias,
Ex hac autem duo nati sumus: tu autem ambos trũcabis,
Certe hunc primos inter pedites domans
Diuinum Polydorum, quoniam percussisti acuta lancea,
Nunc autem iam hîc mihi malum erit. non enim puto
Tuas manus fugere, quoniam appropinquauit fatum,
Aliud autem tibi dico: tu autem in mentibus pone tuis,
Ne me interfice, quoniam non uterinus Hectoris sum,
Qui tibi socium interemit mansuetumq; fortemq;.
Sic igitur ipsum Priami allocutus est illustris filius,
Precans uerbis: immitem autem uocem audiuit,
Stulte, ne mihi dona dicas, neq; concioneris.
Ante quidem enim Patroclum assequi fatalem diem,
Aliquando aliquid mihi misereri in mentibus dilectũ fuit
Troianorum, & multos uiuos cepi, & uendidi:
Nunc autem non est qui mortem fugiat, quemcunq; deus
Ilium ante meis in manibus ponet
Omnium Troianorum: ualde autẽ rursus Priami filiorũ,
Sed amice morere & tu, quid ingemis frustra?
Occubuit & Patroclus qui te multo præstantior,
Nonne uides qualis ego pulcherq; magnusq;?
Patris autem sum boni, dea autem me peperit mater.
Sed post & mihi mors & parca fortis
Erit, uel aurora, uel crepusculo, uel medio die,
Quando aliquis & mei Mars animum auferet,

Vel hic lancea percutiens, uel à neruis sagitta.
Sic dixit: huius autē illic soluta sunt genua & lætū cor.
Lanceā quidē à se misit: hic autem sedit manus extendens
Ambas: Achilles autem trahens ensem acutum,
Verberauit in coniunctura apud ceruicē, totus aūt intrō
Iuit ensis anceps; hic autem pronus in terra
Iacebat extensus: extra autem sanguis niger
Fluebat, madefecit autem terram,
Hunc aūt Achilles in fluuiū capiēs ex pede, misit portari,
Et ipsum gloriatus uerba uelocia allocutus est:
Istic nunc iaceas cum piscibus, qui tibi uulneris
Sanguinem absorbeant incuratum, neq; te mater
Imposita lectis deflebit, sed Scamander
Portabit torrens intra maris latum sinum,
Saltans aliquis in undam grauem, motum fugiet
Piscis, qui comedet Lycaonis albam pinguedinem.
Corrumpimini, donec ciuitatem capiamus Ilij sacri,
Vos quidem fugientes, ego autem retro premens:
Neq; uobis fluuius benefluens altos uortices habens
Iuuabit, cui iam diu multos sacrificatis tauros:
Viuos autem in uorticibus dimittite solungulos equos.
Sed sic peribitis mala morte, donec omnes
Solueritis Patrocli cædem, & pestem Achiuorum,
Quos in nauibus uelocibus interfecistis sine me.
Sic dixit: fluuius autem indignatus est animo magis,
Agitauit autem in animo, ut cessaret à labore
Diuinum Achillem: Troianis autem pestem expelleret:
Interim autem Pelei filius tenens longam lanceam,
Asteropeum contra saltauit interficere promptus
Filium Pelegonis, quem Axeus latefluens
Genuit, & Peribœa Acesameni filiarum

Antiquissima. huic aũt mist⁹ est fluuius profundiuorticis.
Huic Achilles irruit, hic autem contrarius ex fluuio
Stetit tenens duas lãceas: robur aũt ei in mentibus posuit
Xanthus; quoniam iratus erat interfectis iuuenibus,
Quos Achilles interfecerat in fluctu, neq; misertus est.
Hi autem quando iam prope erant inter se euntes,
Hunc prior allocutus est uelocibuspedibus diuus Achilles:
Quis, unde es uirorũ, qui mihi audes contrarius uenire?
Infelicium autem filij meæ fortitudini obuiant.
Hunc aũt rursus Pelegonis allocutus est illustris filius:
Pelide magnanime, cur generationem interrogas?
Sum ex Pœonia fertili longe existente,
Pœones uiros ducens longas lanceas habentes:
Hæc autem mihi nunc dies undecima, quando in Iliũ ueni:
Sed mihi generatio ex Axio latè fluente:
Axio, qui pulcherrimam aquam in terram mittit,
Qui genuit Pelegona inclytum lancea: hunc aũt me dicũt
Genuisse: nunc autem pugnemus illustris Achilles.
Sic dixit iactabundus, hic aũt eleuauit diuinus Achilles
Peliadem hastam: hic autem simul hastis ambabus
Heros Asteropeus (quia ambidexter
Erat) & altera quidẽ lancea scutũ ꝑcussit, neq; totaliter
Rupit scutum (aurum enim prohibuit dona dei:)
Altera aũt ipsum in cubitũ in superficie percussit in manu
Dextra: fluxit autem sanguis niger, & super ipsius
Terra infirmata est cupiens corpus saturare:
Secundus rursus Achilles fraxineam rectà uolantem
Asteropeo immisit interficere promptus,
Hoc quidem aberrauit: hic autem altam percussit ripam:
Ad medium autem posuit in ripa fraxineam lanceam.

Achilles in Xantho flu. plurios Troianos occidit.

Pelides autem ensem acutum trahens à latere,
Saltauit in eum promptus: hic autem fraxineam Achillis
Non poterat è ripa trahere manu forti,
Ter quidem ipsum appropinquauit trahere promptus,
Ter autem dimisit uis, quarto autem uoluit animo
Frangere inflectens lanceam fraxineam Aeacidæ,
Sed antè Achilles prope ense animum abstulit: (aũt oĩa
In uentre enim ipsum uerberauit apud umbilicum: extrà
Fusa sunt humi intestina, hunc aũt tenebræ in oculis coope
Anhelantem: Achilles autem in pectoribus ruens, (ruit
Armaq; expoliauit, & gloriabundus uerbum dixit:
Iace sic, difficile tibi ualde potentis Saturnij
Filijs contendere fluuio ex nato.
Dicebas tu quidem fluuij genus esse latè fluentis,
At ego generationem magni Iouis glorior esse:
Genuit me uir multis imperans Myrmidonibus
Peleus Aeacides: hic autem Aeacus ex Ioue fuit:
Ideo melior quidem Iupiter fluuijs in mare fluentibus:
Potentior autem rursus Iouis generatio fluuio facta est.
Etenim tibi fluuius adest magnus, si potest aliquid
Iuuare, sed non est Ioui Saturnio pugnare:
Cui neq; rex Acheloius æquatur,
Neq; profunde fluentis magna potentia Oceani,
Ex quo omnes fluuij & totum mare,
Et omnes fontes & putei profundi fluunt.
Sed & is timet Iouis magnum fulmen,
Graueq; tonitru, quando è cœlo sonat.
Dixit certe, & ex ripa traxit æream lanceam:
Hunc autem illic reliquit postquàm dilectum cor abstulit
Iacentem in harenis: abluebat autem ipsum nigra aqua.

Hunc igitur quidẽ anguillæq; & pisces circum sequebãtur,
Pinguedinem comedentes, iecur incidentes.
Sed hic contendit persequi ad Pœones equites,
Qui adhuc apud fluuium fugiebant uorticosum,
Postquam uiderunt optimum in forti pugna
Manibus sub Pelide & ense fortiter interfectum.
Tũc interfecit Thersilochumq́;, Mydonaq́;, Astypylumq́;,
Mnesumq́;, Thrasiumq́;, & Aenium, & Ophelestem,
Etiam plures interemisset Pœonas uelox Achilles,
Nisi iratus allocutus fuisset fluuius profundi uorticis,
Viro similis: profundo autem locutus est uortice:
O Achilles, ualde quidẽ potẽs es: ualde ãt indigna facis
Virorum. semper enim tibi auxiliantur dei ipsi.
Siquidem tibi Troianos dedit Saturni filius omnes ꝑdere
Ex me expellens campum in, cogitata fac.
Implentur enim iam mihi mortuorum amica fluenta,
Neq; amplius possum profundere fluxũ in mare humidũ
Strictus mortuis: tu autem interficis perniciose.
Sed age iã & desiste, stupor me habet princeps populorum.
Hunc aũt rñdens allocutus est pedibus uelox Achilles:
Erunt hæc Scamandre diuine sicut tu iubes:
Troianos autem non ante desinam interficiens,
Quam impellere ad ciuitatem & Hectora tentare
Contra, uel me interficiet, uel ego ipsum.
Sic dicens Troianis irruit, dæmoni similis.
Et tunc Apollinem allocutus est fluuius profundiuorticis:
O amice, argentitenens Iouis fili, nõ tu consilia
Obseruasti Saturnij, qui ualde multa iussit
Troianis astare & auxiliari, donec ueniret
Crepusculũ sero ingrediens, obumbraret & fertilẽ agrũ.

Xanthꝰ flu. Achillem alloquitur.

Achillis ad Xanthũ flu. responsio.

Xanth⁹ flu. Achillis conatibus obstat.

Dixit, & Achilles quidem lancea inclytus insilijt medio
Ripa à ruens, hic autem contramotus est undâ festinans:
Omnia autem mouit fluenta turbatus, abiecit aũt mortuos
Multos, q̃ in ipso abunde erãt, quos interfecerat Achilles:
Hos eiecit foràs mugiens tanquàm taurus,
In terram, uiuos autem saluauit in pulchris fluentis,
Occultans in uorticibus profundis, magnis,
Grauem autem circum Achillem uoluta stabat unda:
Impellebat autem in scutum cadens fluctus, neq; pedibus
Poterat firmare: hic autem ulmum accepit manibus
Virentem, magnam, hæc à radicibus cadens
Ripam omnem dispulit, detinuit autem pulchra fluenta
Ramis densis, ponte iũxit illam ipsam
Intus tota cadens: hic autem ex stagno ruens,
Ruebat in cãpũ pedibus uelocibus uolare (contra ipsum
Timens, neq; amplius cessauit magnus deus: motus est aũt
In summitate nigrescens, ut ipsum cessare faceret à labore
Diuinum Achillem, Troianis autem pestem expelleret.
Pelides autem longe ruit quantumq; est lanceæ iactus,
Aquilæ uiasq; tenens nigræ uenaticæ,
Quæq; simul fortissimaq; & uelocissima alium,
Huic similis ruit: in pectoribus autem æs
Terribiliter insonuit: obliquè autem ab hoc declinans
Fugiebat, hic aũt à tergo fluens sequebat magno strepitu
Sicut autem quando uir irrigator à fonte nigræ aquæ

Comparatiõ riui q̃ in hortũ deducti.

Plantas & hortos aquæ fluxum ducit,
Manibus ligonem habens riuo ex obices iaciens.
Hoc quidemq; profluente ab calculi omnes
Turbantur: hæc autem cito defluens resonat
Loco in alto, præuenit autem & ducentem,

Sic semper Achillem premebat unda fluxus
Et celerem existentem, DEI autem potentiores uiris.
Quoties autem parabat pedibusuelox diuus Achilles
Stare contrà, & intelligere si ipsum omnes
Immortales terrerent, qui cœlum latum habitant,
Toties magna unda limpidi fluminis
Inuadebat humeros desup: hic aũt in altũ pedibus saltauit
Animo tristans: fluuius autem genuáq; domabat
Vehemens obliquè fluens: solũ aũt subtrahebat pedibus:
Pelides autem ingemuit aspiciens cœlum latum:
Iupiter pater, quõ nullus me deorũ miserabilem sustinet
Ex fluuio saluare? posteà autem & quid patiar?
Alius autem nullus mihi tantum causæ cœlestium.
Sed dilecta mater quæ me mendacijs decepit,
Quæ me dicebat Troianorum sub muro armatorum
Velocibus perire Apollinis telis,
Vt me deberet Hector interficere qui hic nutritus est:
Ideo fortis quidem interficeret, fortem autem expoliaret,
Nunc autem me molestà morte fatatum est capi,
Detentum in magno fluuio tanquam filium bubulcum,
Quem torrens necat hyeme transeunte.
Sic dixit: huic autem ualde cito Neptunus & Minerua
Steterunt propeuenientes, corpore aũt uiris similes erant:
Manu aũt manũ accipiẽtes, ultrocitroq; fidẽ dederũt uer-
His aũt uerbis incepit Neptunus quatiens terram: (bis.
Pelide, ne ualde trepida, neq; time.
Tales enim tibi nos deorum auxiliatores sumus,
Ioue consentiente, ego & Pallas Minerua,
Vt non tibi fluuio mori fatatum est.
Sed hic quidem cito quiescet: tu autem uidebis ipse

Sed te prudenter admonebimus, si credis
Non ante cessare manus æquali bello,
Quàm ad Ilium inclytos muros populum impellere
Troicum, qui fugiat: tu autem Hectori animum auferens
Statim ad naues uade, damus autem tibi gloriam accipere.
Hi quidem igitur sic dicentes, ad immortales abierunt:
At hic iuit. ualde enim deorum commouit præceptum
In campum: hic autem totus plenus erat aqua effusa,
Multa autem arma pulchra interfectorum iuuenum
Fluitabant & mortui: huius autem altè genua
Ante fluxum fluctus in rectitudinem, neq; ipsum retinuit
Late fluens fluuius, magnã. n. potentiam iniecit Minerua.
Neq; Scamãder desiuit suã fortitudinẽ, sed amplius magis
Iratus est Pelidæ: armauit autem undam fluctus
In altum eleuatus: Simoënti autem iussit clamans:
Dilecte frater, fortitudinem uiri ambo
Impediamus, quoniã cito ciuitatem magnã Priami regis
Destruet: Troiani autem in pugna non manent,
Sed auxiliare uelocissime, & imple fluenta
Aqua ex fontibus: omnes autem moue torrentes,
Statue aũt magnam undam, multũ autẽ fragorem excita
Arborum & lapidum, ut impediamus uirum,
Qui iam nunc ualet, audet autem hic paria diis.
Confirmo enim, neq; uires opitulari, neq; aliquam speciẽ,
Neq; arma pulchra, quæ ualde in ultimo portu
Iacent sub luto operta, secundum autem ipsum
Voluam harenis abũde luti circumfundens
Multum, neq; eius ossa suprastabunt Achiui
Colligere: tantam colluuiem desuper operiam,
Illic ei sepulchrum factum erit, neq; amplius ei opus

Xãthus Simoënta & ipsũ fiu. inuocat ut adsit sibi in opprimẽdo Achille.

Erit monumento, quando ipsum sepelient Achiui.
Dixit, & irruit Achilli iratus in altum furens,
Murmurans spumáq;, & sanguine, & mortuis
Nigra autem unda à Ioue fluentis fluuij
Stare fecit eleuata, in autem fluebat Pelidem,
Iuno autem ualde clamauit ualde timens Achilli,
Ne ipsum necaret magnus fluuius profundiuorticis:
Statim autem Vulcanum allocuta est dilectum filium:
Mouere claude mi fili. contra te enim
Xanthum uiolentum pugna cogitamus esse,
Sed auxiliare citissimè: accede autem flammam multam.
Sed ego Zephyri & procellosi Noti
Ibo in mari immensam excitura procellam,
Quæ Troianorum capita & arma comburat,
Incendium graue ferens: tu autem Xanthi apud ripas
Arbores combure, inq; ipsum mitte ignem, neq; te prorsus
Dulcibus uerbis auertat & minis:
Non autem ante cohibeas tuas uires, sed quando iam
Loquar ego clamans, tunc tene urentem ignem.

Iuno Vulcanum excitat ad subueniẽdũ Achilli.

Sic dixit: Vulcanus autem extendit ingentem ignem.
Primũ quidẽ in cãpo ignem urebat, cõbussit aũt mortuos
Multos, q in ipso abunde erãt, quos interfecerat Achilles:
Oĩs aũt siccatus est campus: retẽta est autem clara aqua.
Sicut aũt quãdo autumnalis borea nuper irrigat agrum,
Statim siccauit: gaudet autem ipsum quicũq; habet cultũ,
Sic exiccatus campus omnis igitur mortuos
Comburebat: hic autẽ in fluuium uertit flammã lucidam.
Vrebantur ulmiq; & populi & myricæ,
Comburebatur autẽ lotusq;, & thryon, & cyperissus,
Quæ circum pulchra fluenta abunde fluuij orta erant.

Vulcan⁹ Xãthũ cõpescit ne pseq pergat Achillẽ.

Consumebantur anguillæq; & pisces quæ in uorticibus,
Quæ in pulchris fluentis natabant huc & illuc,
Spiritu consumpti sapientis Vulcani:
Comburebat aūt uis fluuij, uerbumq; dixit & nominauit:
Vulcanus, nullus tibi Deorum potest adæquari:
Neq; ego tibi sic igne flagranti pugnarem,
Desine à contẽtione: Troianos ăt & statim diuus Achilles
Ex ciuitate persequatur, qd mihi contentionis & auxilij?
Dixit igne æstuans, in autem feruebant pulchra fluenta:
Sicut autem lebes feruet intus solicitatus igne multo,
Adipe liquefactus saginati porci,
Vndiq; erectè, sub autem ligna sicca iacent:
Sic huius pulchra fluenta igne urebant, feruebat ăt aquá,
Neq; uolebat profluere, sed tenebat: consumebat aūt aurá.
Vulcani ui multum prudentis, sed hic Iunonem
Multum precans, uerba uelocia allocutus est:
Iuno, cur tuus filius meum fluxum ruit torquere
Ex alijs? non quidem ego tantum tibi causa sum,
Quantum alij omnes quicunq; Troianis auxiliatores.
Sed certe quidem ego desistam si tu iusseris:
Quiescat autem & hic, ego autem & hoc iuro,
Nunquam à Troianis expellere malum diem:
Neq; quando Troia combustiuo igne tota combureretur
Accensa: urent aūt bellicosi filij Achiuorum.
At postquam hoc audiuit dea albasulnashabens Iuno,
Statim Vulcanum allocuta est suum filium:
Vulcane, abstine fili ualde inclyte, non enim decet
Immortalem Deum sic mortalium gratia perturbari.
Sic dixit, Vulcanus autem extinxit combustiuum ignẽ:
Retroflua autem unda in ruit pulchra fluenta.

Xãthus flu. Iunoni supplicat.

At postquã Xanthi domita est uiolentia, hi quidem posteà
Cessarunt, Iuno enim prohibuit irata quamuis,
In autem alijs deis contentio cecidit grauis,
Difficilis, dupliciter aũt ipsis in mẽtibus animus spirabat:
Concurrerunt aũt magno strepitu, sonuit aũt lata terra.
Circum autem sonuit magnũ cœlũ: audiuit aũt Iupiter
Sedens olympo, risit autem ei dilectum cor
Lætitia, quod uidebat deos contentione congredientes:
Tunc hi non amplius diu abstinuerũt: incepit enim Mars
Clypeum concutiens, & primis Mineruæ irruit,
Aeream lanceam habens, & opprobriosum dixit uerbum:
Cur rursus, ô impudentissima, deos contentione prouocas
Audaciã spirabilẽ habẽs? magnus aũt te animus persuasit:
An nõ recordaris quãdo Tydidẽ Diomedem persuasisti
Vulnerare? ipsa autem in oĩm conspectu lanceam accipiẽs
Rectã me impulisti: per autem corpus pulchrum sauciasti:
Ideo te rursus nunc puto exoluere quæcunq; mihi fecisti.
Sic dicens uulnerauit in clypeum angulosum.
Tremebundum, quem neq; Iouis scidisset fulmen.
Illic ipsum Mars uulnerauit homicida lancea longa:
Hæc autem retro cedens, lapidem accepit manu forti,
Iacentem in campo nigrum, asperumq;, magnumq;:
Quem uiri priores posuerunt esse terminũ agri. (genua,
Hoc percussit bellicosum Martẽ scd'm ceruicẽ, soluit autem
Septẽ ãt detinuit iugera cadẽs. puluere ãt impleuit crines.
Armaq; circum sonuerunt, risit autem Pallas Minerua,
Et eum gloriabunda uerba uelocia allocuta est:
Stulte, neq; aliquo modo nosti quanto melior
Glorior ego esse? quod mihi fortitudinem æquiparas,
Sic matris furias exolues,

Deorũ inter se pugna & conflictus.

Martis & Mineruæ congressus.

Pallas Martem uincit.

Quæ irata mala cõsuluit, quoniam Achiuos
Reliquisti. sed Troianis periuris auxiliaris.
Sic igitur uociferans retro conuertit oculos nitidos,
Hunc autem ducebat manucapiens Iouis filia Venus
Frequẽter ualde suspirãtẽ: uix aũt intus cõgregauit aĩm:
Hãc aũt postq̃ igitur cognouit dea albasulnas habẽs Iuno,
Statim Mineruam uerba uelocia allocuta est:
Papè, Aegiochi Iouis filia infatigabilis:
Et autem rursus canina musca ducit perniciosum Martẽ
Combustiuo ex bello per tumultum, sed accede.

Pallas Venerem humi sternit.

Sic dixit: Minerua autem irruit, letata est aũt animo:
Et iniens ad pectora manu forti
Impulit, huius aũt illic soluta sunt genua & dilectum cor.
Hæ quidem igitur ambo iacuere in solo uiridi,
Hæc autem glorians uerba uelocia dixit:
Tales nunc omnes quicunq; Troiani auxiliatores
Sint, quando Argiuis pugnabunt armatis:
Sicq; audaces & tolerantes sicut Venus
Venit Marti auxiliatrix, meæ fortitudini obuians.
Hoc iam pridem nos quieuissemus bello
Ilij destruentes munitissimam urbem.

Neptunus Apollinem affatur.

Sic dixit: risit autem dea albasulnas habens Iuno.
Sed Apollinem allocutus est rex quatiens terram:
Phœbe, cur iam nos separati sumus, neq; decet
Incipientibus socijs. hoc quidem ualde turpe sine pugna
Iuimus in cœlum ad æream domum,
Incipe, tu autem generatione iunior: non enim mihi
Honestum, quoniam prior natus sum, & plura noui,
Stulte, sic sine mente quod habes, nec sine horum
Recordari quæcunq; iam passi sumus mala Ilium circa

Soli nunc debrum, quando superbo Laomedonti
A Ioue uenientes seruiuimus in annum
Mercede indicta: hic autem significans iussit:
Vel ego Troianis ciuitatem circa murum ædificaui,
Latūq; & ualde pulchrū, ut inexpugnabilis ciuitas esset,
Phœbe, tu autem errabundas & curuas boues pauisti,
Idæ in radicibus iugosæ, syluosæ.
Sed quando iam mercedis fidem multum ædificātes horæ
Attulerunt, tunc nos uiolauit mercedem omnem
Laomedon terribilis: minas autem dimisit,
Tibi quidem hic minatus est pedes & manus super
Ligare, & ire facere insulas in longinquas:
Promisit autem hic amborum incidere aures ære:
Nos autem retrogradi iuimus irato animo
mercedem irati quam promittens non perfecit:
Hoc iam nunc populis refers gratiam, neq; nobiscum
Conaris, ut Troiani superbi pereant
Omnino male cum filijs & pudicis uxoribus.

Hunc autem rursus allocutus est rex arcitenens Apollo:
Neptune, non me sapientem diceres
Esse, si iam tibi hominum gratia certauero
Miserorum, qui folijs similes aliquando quidem
Florentes sunt, terræ fructum comedentes:
Aliqn̄ aūt rursus corrumpuntur imbecilles: sed citissime
Desistamus à pugna: hi autem ipsi pugnent.
Sic igitur uociferans retro uersus est.
Verebatur enim patruo misceri in manibus:
Hunc autem soror ualde uituperauit casta ferarum
Diana uenatrix, & uituperosum dixit uerbum:

Fugis autem arcitenens: Neptuno autem uictoriam
Omnem concedis, uanam autem ei gloriam dedisti,

Muri Troiani à qbus extructi.

Apollo boues Laomedōtis pascit.

Laomedōtis perfidia.

Apollo cum Neptuno singulare certamen prodire recusat.

Apollo à Diana reprehēsus nihil respondit.

Stulte, cur arcum habes uanum inaniter?
Non te nūc amplius patris in domibus audiā gloriantem,
Sicut antea in immortalibus deis
Contra Neptunum contrarium pugnare?
Sic dixit: hāc aūt nō allocutus est longe iaculās Apollo:
Sed irata Iouis uenerabilis uxor,
Increpabat sagitta lætantem opprobriosis uerbis:
Quō aūt tu nunc prompta es, canis intrepida, contra me
Stare, difficilis ego fortitudine contraferri
Arcum ferenti existenti, quoniam te leonem mulieribus
Iupiter fecit, & dedit interficere quamuis.
Profecto melius est per montes feras interficere,
Agrestesq́; ceruas, q̄ cum mulieribus fortiter pugnare.
Si uis pugnam scire, ut bene scias
Quanto fortior sim, quòd mihi fortitudinem æquiparas.
Dixit, & ambas in palma manus accepit
Sinistra: dextra autem ab humeris abstulit arcus:
Ipsis autem uerberauit aures ridens
Retro uersam: citæ autem exciderunt sagittæ.
Lachrymans autem posteà dea fugit tanquam columba,
Quæq́; ab accipitre caua intrauolauit petra
Remota (neq́; illic capi fatatum erat).
Sic hæc lachrymans fugit: reliquit autem illic arcus:
Latonam autem allocutus est Iouis nuncius Argicida:
Latona, ego autem non tibi pugnabo: difficile autem
Pugnare uxoribus Iouis nubiferi.
Sed ualde prompta contra immortales deos
Gloriari me superare fortitudineq́; uiq́;.
Sic dixit: Latona autem collegit curuos arcus,
Sparsos alibi alios in conuersione pulueris.

Mercurius deorum nuncius Latonā alloquitur.

Hæc quidem arcus capiens iterum iuit ad filiam suam:
Hæc autem ad olympum iuerat Iouis ad æream domum.
Lachrymans autem patris insedit genibus puella:
Circũ aũt incorruptibile peplũ mouebatur : hãc aũt ad se
Accepit pater Saturnides,& interrogauit suauiter ridẽs:
Quis tibi talia fecit dilecta filia cœlestium,
Ab re tanquàm siquid malum facientem palam?
Hunc autem rursus allocuta est bene coronata eiulans:
Tua me uxor uerberauit pater albasulnashabens Iuno:
Ex qua immortales contentio & lis interexarsit.
Sic quidem talia inter se colloquebantur:
Sed Apollo Phœbus petijt Ilium sacrum.
Curæ erat enim ei murus beneædificatæ ciuitatis,
Ne Danai occuparent præter fatum die illo:
Hi autem alij ad olympum dei semper existentes.
Hi quidem irati:hi autem ualde exultantes:
Desederunt autem apud patrem nubiferum , sed Achilles
Troianos simul ipsos persequebatur,& solungulos equos.
Sicut autem quando fumus iens in cœlum latum peruenit — comparatio fumi.
Vrbe ardente:deorum autem ipsum ira misit:
Omnibus aũt posuit laborẽ, multis autẽ tristitias immisit:
Sic Achilles Troianis laborem & curam posuit:
Stabat autem senex Priamus grandem super turrim, — Priamus in mirãda turri Achillem prospectat.
Prospexit autem Achillem magnum,sed ab ipso
Troiani statim turbabãtur fugiẽtes,neq; aliqua fortitudo
Erat:hic autem ingemens à turri descendit in terram,
Concitans apud murum ualde inclytos ianitores
Apertas in manibus portas habentes,donec populi
Venient ad ciuitatem fugientes. certe enim Achilles
Prope hic perturbans nunc puto clades fore:

Sed postquàm ad murum respirauerit fugientes,
Iterum in post ponere postes bene compactos.
Timeo enim ne perniciosus uir in murum irrumpat.
Sic dixit: hi aũt ascẽderũtq; portas & expulerũt seras:
Hæ aũt apertæ, fecerunt lumen: sed Apollo
Obuius exiliuit Troianorum ut exitium expelleret:
Hi autem recta ad ciuitatem & murum altum
Siti aridi, puluere pleni, ex campo (ei cor
Fugiebant: hic aũt formidolose sequebat lãcea : rabiẽs aũt
Semper habebat fortis, promptus erat aũt gloriã capere.
Tunc altarumportarum Troiam cepissent filij Achiuorũ,
Nisi Apollo Phœbus Agenorem diuinum misisset,
Virum Antenoris filium strenuumq; fortemq;:
In quidem eius corde audaciam iecit: apud autem eum ipse
Stetit, ut mortis graues manus propelleret,
Fago innixus: opertus erat autem caligine multa.
Sed hic postq̃ cognouit Achillem urbiumexpugnatorem,
Stetit, multa autem ei cor cogitauit manenti:
Dolens autem igitur dixit ad suum uirilem animum:
Heu ego, siquidem à forti Achille
Fugiam, quà alij fugiunt,
Capiet me, & tanquàm imbecilli collum amputabit:
Si autem ego hos quidem perturbari sinam
Pelidæ Achilli: pedibus autem à muro aliò
Fugiam ad campum Troianum, ut eam
Idæq; adq; densas syluas ingrediar:
Hesperus autem postea lotus fluuio,
Sudorem refrigeratus, ad Ilium redibo,
Sed cur mihi hæc dilectus disputauit animus?
Ne me eleuatum ciuitatis campo intelligat,

Et me irruens corripiat uelocibus pedibus,
Neq; amplius postea erit mortem & parcam fugere.
Valde enim fortis supra omnes est homines:
Si autem ipsi ante urbem obuiam uenero:
Etenim huic uulnerabile corpus acuta lancea:
In aũt una anima: mortalem aũt ipsum dicunt homines
Esse, sed ei Saturnides Iupiter gloriam præbet.
Sic dicens in Achillem conuersus stetit: in aũt eo animus
Fortis concitabatur bellare & pugnare:
Veluti pardus uenit profunda ex sylua
Virum uenatorem contra, neq; amplius
Animo dubitat neq; formidat, quoniam clamorẽ audiuit:
Si enim præueniet, ipsum uel uulnerauerit uel pcusserit,
Sedq́; & circa lanceam transfixus non cessat
Fortitudinem, ante uel interimere, uel interimi.
Sic Antenoris filius generosi diuus Agenor
Non uoluit fugere antequàm experiretur Achillem.
Sed hic enim clypeũ quidem ante tenebat undiq; rotundũ:
Lancea autem in ipso deferebatur, & ualde clamabat:
Certe iam nimium sperasti in mentibus clare Achilles
Die hoc ciuitatem excidere Troianorum strenuorum,
Stulte: adhuc multi fient dolores in ipsa.
In enim ea multiq́; & fortes uiri sumus,
Qui ante charissimos parentes uxoresq́; & filios
Ilium defendemus, tu uero mortem hic sequeris.
Sic formidolosus existens & audiens bellator
Dixit, & acutum telum forti manu uibrauit,
Et percussit tibiam sub genu, neq; aberrauit:
Circa autem ipsum ocrea nuper facti stanni
Terribiliter insonuit: retro autem ferrum ruit

Comparatio pardi.

Agenoris cũ Achille congressus.

Percusso, neq; persuasit: dei autem prohibuerunt dona:
Pelides autem inuadit Agenorem diuinum
Secundus, neq; siuit Apollo gloriam accipere.
Sed ipsum eripuit: operuit autem caligine multa:
Tacitum autem ipsum à certamine dimisit ire.
Sed hic Pelidem dolo auertit à populo.
Ipsi enim Apollo Agenori omnia similis
Stetit ante pedes: hic autem irruit pedibus persequi,
Quousq; hic hunc per campum persequebatur foecundum,
Vertens ad fluuium uorticosum Scamandrum
Lente fugientem: dolo enim delectabatur Apollo.
Sic semper sperabat assequi pedibus suis.
Interim alij Troiani formidantes uenerunt multitudine
Alacres ad ciuitatem: ciuitas aūt implebatur reuertētibus.
Neq; sustinuerunt ciuitatem & murum extra
Expectare inter se & cognoscere quiq; fugeret,
Quiq; occubuisset bello, sed libenter infundebantur
In ciuitatē quemcunq; horum pedes & genua saluauerūt.

Apollo Agenorem liberat, ne occidatur.

Troiani in urbem se recipiunt præ metu.

ARGVMENTVM x. HOMERI COMPOSITIONIS.

TRoianis inclusis in ciuitatē, solus Hector expectans Achillem, primum quidem fugit: postea autem contra stat. Minerua ipsi suadente, & interficitur: suspendēs autem ipsum in curru Achilles per campū in nauale trahit. Hi aūt in ciuitate lugent hæc videntes inclusi.

ILIADIS X. HOMERI COMPOSITIONIS.

Chi autem, ter circa murum ducens interfecit Hectorem Achilles.



Ic hi quidem in urbem fugientes, tã quàm hinnuli — *Comparatio hinnulorum*
Sudorem siccabant, bibebantq;, sedabantq; sitim
Incumbentem pulchris propugnaculis, sed Achiui
Murum prope ibant clypeos humeris inclinantes:
Hector autem ibi manere exitiosum fatum ligauit
Ilij ante portasq; Sceas,
Sed Pelidem allocutus est Phœbus Apollo:
Cur me Pelei fili pedibus uelocibus insectaris,
Ipse mortalis existens deum immortalem? neq; dum me
Intellexisti quod deus sum? tu autem fundius irasceris. — *Apollo ad Achillem se persequentẽ*
An tibi nullo modo ẽ curæ Troianorũ labor quos fugasti,
Qui iam in urbem reuerterunt: tu autem huc diuertisti?
Non tamen me interficies, quoniam non fatalis sum.
Hũc aũt ualde indignabũdus allocutus est pedibus uelox
Læsisti me Apollo deorũ pniciosissime omniũ, (Achilles: — *Achilles Apollinem uocat perniciosissimũ deorum.*
Huc nunc uertisti à muro ubi adhuc multi
Terram mordicus accepissent ante Ilium intrare.
Nunc autem me magna gloria priuasti: hos autẽ saluasti
Facile, quoniam non ultionem formidabas in futurum,
Qua te punirem si mihi potestas adesset.
Sic dicens ad ciuitatem ualde cogitãs iuit — *Comparatio equi.*
Ruens: sicut autem equus uictor cum curribus,

Qui facile ruit extensus campo:
Sic Achilles celeriter pedes & genua mouebat,
Hunc autem senex Priamus primus uidit oculis
Vndiq; fulgentem, sicutq; stellam irruentem campo,
Quae autumno uadit, manifesti autem eius splendores
Apparent multa inter astra noctis medio,
Quemq; canem Orionis cognomine uocant:
Splendidissima quidē haec est: malū aūt signum facta est,
Et fert multam febrem timidis mortalibus:
Sic huius aes splendebat circa pectora currentis:
Ingemuit autem senex, caput autem hic pulsabat manibus,
In altum eleuatus: ualde autem ingemens ibat
Precans dilectum filium: hic autem ante portas
Stabat insatiabiliter promptus Achilli pugnare:
Hunc aūt senex miserabilia allocutus est manus extendēs:
Hector, ne mihi expecta dilecte fili, uirum hunc
Solus sine alijs, ut non cito mortem assequaris,
Ab Achille interfectus, quoniam multo fortior est
Impius: utinam dijs charus tantum esset,
Quantum mihi, cito eum canes & uultures comederent
Iacentem: certe mihi grauis curarum dolor ascenderet:
Qui mihi filiorū multorūq; & fortiū priuationem posuit
Interficiens, & mittens insulas in longinquas.
Etenim nunc duos filios Lycaonem & Polydorum
Non possum uidere Troianorū in ciuitatē reuertentium,
Quos mihi Laothoë peperit regina mulierum.
Sed siquidem uiuunt in exercitu, certe postea
Aereq; auroq; liberabimus, est enim intus.
Multa enim dedit filiae senex nomine inclytus Altes:
Si autem iam mortui sunt, & in Plutonis domibus,

Comparatio autumnalis stellae.

Hectori neq; à patre, neq; à matre persuaderi potest, quominus cū Achille cōgrediatur.

Dolor meo animoq; & matri, qui genuimus:
Populis autem aliis remissior dolor
Erit, si non moriaris Achilli interfectus.
Sed intra murum mi fili, ut salues
Troianos, & Troianas: ne aũt magnam gloriam præbeas
Pelidæ: ipse autem dilecta uita priueris.
Ante autem mei miseri adhuc sapientis miserere
Infelicis, quem pater Saturnides in senectutis uia
Fata in graui corrumpet, multa mala inspicientem,
Filiosq; interemptos, raptasq; filias,
Et thalamos prostratos, & infantes filios
Proiectos ad terram in graui pugna,
Tractasq; nurus perniciosis à manibus Achiuorum:
Ipsum autem ultimum me canes primis ianuis
Sæui lacerent, postquàm aliquis acuto ære
Verberans, uel percutiens membris ex animum capiat:
Quos nutriui domibus conuiuas ianitores,
Qui meum sanguinem bibentes superbientes circa animũ
Iacebunt in uestibulis: iuueni autem omnia conuenit
Bello interfecto, scisso acuto ære
Iacere: omnia autem pulchra mortuo, quodcunq; apparet.
Sed quando iam canum caput, canamq; barbam
Pudore deturpant canes interempti senis,
Hoc iam miserrimum est miseris hominibus.
Dixit senex: canos aũt supra capillos trahebat manibus
Euellens à capite, neq; Hectori animum persuasit.
Mater aũt rursus ex altera parte lugebat lachrymans,
Sinum denudans, alteram mamillam eleuauit:
Et ipsum lachrymans uerba uelocia allocuta est:
Hector fili mi, hæc uerere & miserere

Hecuba ostẽtãs filio mamillã, rogat ut ab Achille discedat.

Ipsum, si unquam tibi obliuiosam mamillam tenui,
Horum recordare dilecte fili: fuge autem bellicosum uirũ
Mœnia intra iens: neq; primus stes huic
Miser: si enim te interemerit, non te ego
Plorabo in feretro dilectum germen, quem peperi ipsa,
Neq; uxor ditissima: procul autem te nobis
Argiuorum apud naues canes ueloces comedent.
Sic hi plorantes alloquebantur dilectum filium
Multa precantes, neq; Hectori animum persuaserunt,
Sed hic expectabat Achillem magnum cito uenientem.
Sicut autem draco in cubili montanus uirum expectat
Pastus mala uenena: intrauit autem ipsum ira grauis:
Torue autem uidet uolutus circa cubile:
Sic Hector inextinguibile habens robur non cedebat
Turri in ante habenti lucidum clypeum firmans:
Indignabundus autem dixit ad suum strenuum animum:
Hei mihi, siquidem portas & muros intrabo,
Polydamas mihi primus reprehensionem faciet,
Qui me consulebat Troianis ad ciuitatem ducem esse
Nocte sub hãc exitiosam, quãdo motus est diuus Achilles.
Sed ego non obediui, certe multo melius fuisset:
Nunc autem postq̃ amisi populum stultitijs meis,
Verecũdor Troianos, & Troianas trahentes lõgas uestes,
Ne quando aliquis dicat imbecillior alius me:
Hector certe uiribus fretus perdidit populum.
Sic dicet: mihi autem tunc melius esset
Contra uel Achillem interficientem ire,
Vel ab ipso interfici gloriose pro patria.
Age, scutum deponam umbiculosum,
Et galeam fortem: hastam autem ad murum firmans

Comparatio mõtani draconis.

Ipse iens Achilli strenuo contrarius ibo,
Et ei promittam Helenam & possessiones cum ipsa,
Omnia ualde quæcunq; Alexander concauis in nauibus
Duxit ad Troiam, quæ fuit belli initium,
Dare Atridis ducere, simulq́; separatim Achiuis
Alia diuidere quæcunq;, quæ ciuitas hæc occultat:
Troianis aūt rursus postea iuramentum honorabile capio
Non occultare, sed bifariam omnia diuidere
Possessionem quamcunq; urbs optabilem intus continet.
Sed cur mihi hæc dilectus differit animus?
Nō ipsum ego quidē uadā iens, hic aūt mei nō miserebitur,
Neq; aliquid me uerebitur, interficiet aūt me nudū existē
Temere ut fœminam, postq̃ arma exuerem. (tem
Non quidem aliquo modo nunc est à quercu, neq; à petra
Huic loqui tanquàm uirgo adolescensq́;:
Virgo adolescensq; effœminate loquuntur inter se,
Melius rursus contentione confligere, ut quàmprimum
Videamus utri cœlestis gloriam præbeat.
Sic mouebat expectās: hic aūt ipsum prope uenit Achilles
Similis Marti galeato bellatori,
Vibrans Peliam hastam in dextro humero
Grauem, circum autem splendebat æs simile splendori
Vel ignis ardentis, uel solis ascendentis:
Hectora autem postq̃ cognouit cepit timor, neq; tolerauit
Illic manere, retro autem portas liquit, iuit autem timens:
Pelides autem irruit, pedibus celeribus fretus, Hector ab Achille fugatur.
Veluti accipiter in montibus leuissimus auium,
Facile uadit in timidam columbam,
Hæc ex obliquo fugit, hic autem de prope argute uocans
Frequenter irruit, capereq́; ipsam animus persuadet:

Sic hic promptus recta uolabat, fugiebat autem Hector
Murum sub Troianorum, uelocia aũt genua mouebat:
Hi autem apud speculam & caprificum uentosam,
Murum semper ultra in uia ruebant:
Fluentem autem deuenerunt pulchri fluxus: ubi aũt fontes
Duo scaturiũnt Scamandri uorticosi:
(Hic quidem enim aqua calida fluit: circum aũt fumus
Fit ex ipsa, tanquàm igne ardenti:
Hic autem alter æstate profluit similis grandini,
Vel niui frigidæ, uel ex aqua crystallo:
Illic autem in ipsis pelues amplæ sunt,
Pulchræ, lapideæ, ubi uestes nitidas
Lauabant Troianorum uxores pulchræ filiæ,
Prius in pace, ante uenire filios Achiuorum)
Huc cursu diuerterũt, fugiens: hic aũt à tergo persequens.
Ante qdẽ fortis fugit: psecutus est aũt ipsum multo fortior
Celeriter: quoniam non uictimum neq; pellem bouinam
Accipiebant, quæq; pedibus certamina sunt uirorum,
Sed de anima currebant Hectoris bellicosi.
Sicut aũt quando certatores circa metas uniuscuiusque equi
Leuiter ualde currunt: hoc autem ualde iacet præmium,
Vel tripes, uel mulier uiri demortui:
Sic hi ter Priami ciuitatem circum mouebantur
Velocibus pedibus: dei autem omnes despiciebant:
His autem uerbis incepit pater uirorumq; deorumq;:
Pape, certe dilectum uirum impulsum circa murum
Oculis uideo: meum autem angitur cor,
Hectore, qui mihi multa boum crura concremauit
Idæ in iugis multos monticulos habẽtis: interdũ aũt rursũ
In urbe summa: nunc rursus ipsum diuus Achilles

Vrbem circa Priami pedibus uelocibus insequitur:
Sed agè, considerate dei & consulite,
An ipsum ex morte saluemus, an ipsum iam
Pelidæ Achilli interficimus fortē existentē. (Minerua:
Hunc aūt rursus allocuta est dea glaucos oculos habens
O pater albifulminis, nigrarum nubium, quale dixisti?
Virum mortalem existentem diu fatatum Parcæ,
Rursus uis morte graui ex liberare?
Fac, sed non omnes laudabimus dei alij.
Hūc aūt respondēs allocutus est nebularū cōgregator Iu-
Confide Tritonia dilecta filia: nō certe animo (piter:
Prudenti loquor, uolo autem blandus esse.
Fac ubi iam tibi animus fuit, neq; recedas.
Sic dicens, impulit ante paratam Mineruam:
Venit aūt de olympi summitatibus ruens: (Achilles.
Hectora aūt incessanter perturbans insequebatur uelox
Sicut autem hinnulum montibus canis ceruæ insequitur,
Mouens ex cubili per ualles & per saltus:
Hunc autem si latet terrens sub frutice,
Sed inuestigans currit firmiter ut inueniat.
Sic Hector non latebat pedibus uelocem Pelidem:
Quantum autem nitebatur portas Dardanias
Contra ruere bene fabricatas in turres,
Si quo modo ei desuper auxiliarentur sagittis:
Tantum ipsum ante auertebat astans
In campum: ipse autem ad urbem uolabat semper:
Sicut autem in somno non potest fugientem insequi,
Neq; hic hunc potest fugere, neq; insequi:
Sic hic hūc non poterat capere pedibus, neq; hic fugere.
Quomodo autem Hector Parcas euasisset mortis,

Mineruæ auxilio Achilles Hectorem occīdit.

Achilles Hectorē fugat circa urbem Troianam

Nisi ei ultimóq; & extremo obuiasset Apollo
Prope, qui ei impulit robur uelociáq; genua.
Populis autem innuebat capite diuus Achilles,
Neq; sinebat mittere in Hectorem amaras sagittas,
Ne aliqs gloriā auferret pcutiēs, hic aūt secūdus ueniret.
Sed quando iam quarto ad colles peruenerunt,
Et tunc aureas pater extendit bilances:
Imposuit autem duo fata asperæ mortis,
Hoc quidē Achillis, illud aūt Hectoris bellicosi. (dies:
Traxit aūt in medio capiēs, declinauit aūt Hectoris fatat
Iuit aūt in infernū, reliquit autem ipsum Phœbus Apollo.
Pelidem autē accepit dea glaucos oculos habens Minerua,
Prope autem stans uerba uelocia allocuta est:
Nunc iam nos speraui, Ioui dilecte illustris Achilles,
Portare magnam gloriam Achiuis apud naues,
Hectora interficientes pugnæ insatiabilem existentem.
Non ei nunc amplius est fugientem nos esse,
Neq; si ualde multa patiatur longeiaculans Apollo,
Procumbens ante patrem Iouem Aegiochum:
Sed tu quidem nunc sta & respira, hunc autem ego tibi
Iens persuadebo contra pugnare.
Sic dixit Minerua: hic aūt persuasus est, gauisus est aūt
Stetit autem in fraxinea lancea firmatus, (aio:
Hæc aūt igitur hūc quidē reliqt, iuit aūt ad Hectora diuū,
Deiphobo similis corpus & indomitam uocem:
Prope autem stans uerba uelocia allocuta est:
Eugè, certe ualde iam te cogit uelox Achilles,
Ciuitatem circa Priami pedibus uelocibus impellens.
Sed age iam stemus & opitulemur manentes.
Hanc autē rursus allocutus est magnus bellicosus Hector:

Hector à Minerua decipitur.

Deiphobe, certe quidē mihi antea multo charissimus eras
Fratrum, quos Hecuba & Priamus genuit pueros:
Nunc autem item & magis intelligo mentibus honorare,
Qui sustinuisti mei gratia, postq̃ uidisti oculis,
Murum exire, alij autem intus manent.
Hūc aūt rursus allocuta est dea glaucos oculos habēs Mi
Euge certe quidē multa pater & pudica mater (nerua:
Precantur deinceps genuflexi, circum autem alij
Hic manere. talem enim tremunt omnes.
Sed meus intus animus augebatur mœrore graui:
Nunc autem recta prompti pugnemus, neq; quid lancearū
Sit cessatio, ut uideamus si Achilles
Nos interficiet, spolia sanguinolenta portet
Naues in concauas, an tua lancea interficiatur.
Sic dicens, & astutia præiuitq; Minerua:
Hi autem quando iam prope fuerunt inter se euntes,
Hunc prior allocutus est magnus bellicosus Hector:
Non te amplius Pelei fili formidabo ut antea.
Ter circa ciuitatē magnā Priami diuinā nūq̃ ꝑpessus sum
Expectare cōtrauenientē: nūc rursus me animus ꝑsuadet
Stare contra te: interimam, uel interimar.
Sed age hic deos inspiciamus. hi enim optimi
Testes erunt, & custodes pactorum.
Non enim ego te crudeliter ulciscar, si mihi Iupiter
Dabit uictoriam: tuam autem animam auferam.
Sed postquàm te spoliauero pulchra arma Achilles,
Mortuum Achiuis dabo iterum: sic autem tu fac.
Hūc aūt igit torue uidēs allocut⁹ est pedibus uelox Achil
Hector, ne mihi digne capi pacta dicas, (les:
Sicut non est leonibus & uiris iuramenta fidelia,

Neq; lupiq; & agni concordem animum habent,
Sed mala cogitant penitus inter se:
Sic non est me & te diligere, neq; in aliquo nobis
Iuramenta erunt, antequàm alterum cadentem
Sanguine satiare Martem fortem bellicosum,
Omnis uirtutis recordere: nunc te ualde oportet
Bellicosum esse, & audacem bellatorem:
Non tibi est fuga, statim autem te Pallas Minerua
Lancea mea interficiet: nunc aũt congregatos oẽs reddes
Dolores meorum sociorum, quos interfecasti lãcea currẽs.
Dixit, & uibrans proiecit longam lanceam.
Et hanc quidem contra uidens euitauit illustris Hector.
Sedebat. n. prouidens: hæc aũt superuolauit ærea lancea,
In terra aũt fixa est. iterum aũt rapuit Pallas Minerua:
Iterũ aũt Achilli dedit: latuit aũt Hectora pastorẽ populorum.
Hector aũt allocutus est strenuũ Pelidem:
Errasti, neq; aliquo modo dies ualde similis Achilles,
Ex Ioue scis meam mortem, certe dixisti:
Sed aliquis præmeditatus fuisti uerborum,
Vt te timens, roboris fortitudinisq; obliuiscar:
Non quidem mihi fugienti tergo in lanceam figes,
Sed recta prompto per pectora impelle,
Si tibi dederit deus. nunc rursus meam lanceam euita
Aeream, ut iam ipsam tuo in corpore totam portes,
Et leuius bellum Troianis fiat
Te interfecto: tu enim ipsis nocumentum maximum.
Dixit, & uibrans proiecit longam lanceam,
Et percussit Pelidæ medium scutum, neq; aberrauit:
Longe autem aberrauit scuto hasta: iratus est aũt Hector,
Quod ei telum uelox uanum effugit manu:

Stetit aũt tristatus, neq; aliam habebat fraxineã lanceam:
Deiphobũ aũt uocabat albũscutũ habentem ualde clamãs:
Petebat ipsum lanceam longam, hic non eum prope erat:
Hector autem cognouit suis in mentibus, dixitq;:
Heu, certe ualde iam me dei ad mortem uocauerunt.
Deiphobum enim ego dicebam heroëm adesse,
Sed hic quidem in muro: me autem decepit Minerua.
Nunc aũt iam prope me mors mala, neq; amplius seorsum,
Neq; fugit: certe enim diu hoc dilectius erat
Iouiq;, & Iouis filio Apollini, qui me antea
Prompti liberauerunt, nunc autem me fatum assequitur.
Non quidem sine cura, & ingloriose peribo,
Sed magnum faciens aliquid, & futuris audiri.
Sic locutus traxit ensem acutum,
Qui ei sub latere extensus erat, magnusq; grauisq;:
Iuit autem contractus, sicutq; aquila alte uolans,
Quæq; uadit ad campum per nubes obscuras,
Raptura uel agnam teneram, uel timidum leporem:
Sic Hector iuit quatiens ensem acutum:
Ruit autem Achilles, robore autem impleuit animum,
Forti: ante autem scutum pectus cooperuit.
Pulchrum, uarium: galea autem nutabat lucida.
Quatuorcristarũ: pulchri aũt circummouebantur crines.
Aurei, quos Vulcanus misit conum circa densos:
Qualis autem stella uadit in astra noctis medio
Hesperus, qui pulcherrimus in cœlo stat stella.
Sic cuspide à splenduit acuta, quam Achilles
Vibrauit dextera, cogitans malum Hectori diuino,
Inspiciens corpus pulchrum ubi cederet maxime.
Huius aũt & aliud tãtũ q̃dẽ habebat ĩ corpore ærea arma.

Pulchra, quæ Patrocli uim spoliauit interficiens:
Apparebat aut qua coniuncturæ ab humeris ceruicē tenēt
Colli, ubiq; animæ citissima mors.
Ea in ipsum promptus irruit lancea diuus Achilles:
Contra autem teneram per ceruicem iuit cuspis,
Neq; iugulum hasta abscidit ære grauis,
Vt aliquid ipsum alloquatur respondens uerbis:
Cecidit aūt in pulueribus: hic aūt iactabatur diuus Achil-
Hector, sed ubi dixisti Patroclum interficiens (les:
Saluus fore, me autem neq; curasti longe existentem,
Stulte: huius autem longe adiutor ualde melior
Nauibus in concauis ego retro relictus eram,
Qui tibi genua solui: te quidem canes & aues
Lacerabunt indecenter, hunc autem sepelient Achiui.
Hunc aūt parum potens allocutus est bellicosus Hector:
Precor per animam & amorem tuorumq; parentum,
Ne me sine apud naues canes deuorare Achiuorum,
Sed tu quidem æsq; sufficienter aurumq; suscipe,
Dona quæ tibi dabunt pater, & ueneranda mater:
Corpus autem domum meum da retro, ut igne me
Troiani & Troianorum uxores sortiantur mortuum.
Hunc aūt torue uidēs allocutus est pedesuelox Achilles:
Ne me canis auos precare, neq; parentes.
Vtinā.n. aliquo modo ipsum me robur & animus sineret
Crudas scindentem carnes comedere, qualia mihi fecisti:
Vt non sit qui tuo canes capiti expellat,
Neq; si deciesq; & uigesies magna dona
Statuant huc ducentes: promittant autem & alia,
Neq; si te ipsum auro liberari iuberet
Dardanides Priamus, neq; sic te quidem honoranda mater.

Hector ab Achille occi

Imposita feretro lugebit, quem peperit ipsa.
Sed canesq; & aues per omnia laniabunt.
Hunc autem moriens allocutus est bellicosus Hector:
Certe te bene cognoscens aspicio, neq; futurus eram
Persuadere. certe enim tibi ferreus intus animus:
Considera nunc ne tibi in aliquo deorum ira fiam
Die illo, quando te Paris & Phœbus Apollo
Fortem existentem interficient in Scæis portis.
Sic igitur ipsum dicentem finis mortis cooperuit:
Anima autem ex membris uolans ad infernum iuit,
Suam mortem lugens, linquens uirilitatem & iuuentutẽ.
Hunc & mortuum allocutus est diuinus Achilles:
Morere: mortem autem ego tunc suscipiam, quãdo iam
Iupiter uoluerit perficere, & immortales dei alij.
Dixit, & ex mortuo traxit æream lanceam,
Et hanc procul posuit: hic autem ab humeris spoliabat
Cruenta: alij autem accurrerunt filij Achiuorum,
Qui & admirati sunt indolem & speciem egregiam
Hectoris, neq; ei aliquis sine uulnere astitit,
Sic autem aliquis dicebat uidens ad propinquum alium:
Pape, certe ualde iam mollior tactu
Hector, quàm quando naues combussit igne infesto.
Sic aliquis dicebat, & uulnerabat astans.
Hunc aũt postq̃ spoliauit pedibus sufficiẽs diuus Achilles,
Stans in Achiuis uerba uelocia dixit:
O dilecti heroës Danai, ministri Martis,
Postquàm hunc uirum dei occidendum dederunt
Qui mala multa fecit, quot non omnes alij:
Eia agè circa ciuitatem cum armis experiamur,
Vt & adhuc intelligamus Troianorũ mentẽ, quã habent:

Hectorem mortuũ Græci hastis petunt.

Vtrum relinquant ciuitatem altam hoc interempto,
An manere prompti sunt & Hectore nõ amplius existẽte.
Sed quid mihi hæc dilectus differit animus?
Iacet apud naues mortuus, indefletus, insepultus
Patroclus, huius autem non obliuiscar, donec ego
Viuis insum, & mihi dilecta genua mouentur.
Si autem mortuorum obliuiscuntur in inferno:
At ego & illic dilecti recordabor socij,
Nunc autem agè canentes Pæona iuuenes Achiuorum,
Naues in concauas eamus: huc autem ducamus,
Suscipiemus magnam gloriã, interfecimus Hectora diuũ,
Quem Troiani in ciuitate Deum tanquam admirabãtur.
Dixit, & Hectori diuino indecentia curauit opera,
Amborum à tergo pedum perforauit neruos,
In talum à calcaneo, bouina autem suspendit loras.
Ex curru autem ligauit, caput autem trahi finit,
In currum autem ascendens, supráq; inclyta arma eleuãs,
Verberabat autem expellere: hi aũt non inuiti uolebant,
Huius autem erat tracti puluis, circum autem capilli
Flaui pleni erant, caput autem omne in pulueribus
Iacebat ante gratiosum: tunc autem Iupiter hostibus
Dedit deturpari sua in patria terra,
Sic huius quidem puluere plenũ est caput totũ, mater aũt
Euellebat comam, ab aũt preciosam iecit uestem
Longe, eiulabat autem ualde magnopere filium inspiciẽs:
Plorabat aũt miserè pater dilectus, circum autem populi
Lamentationéq; tenebantur & ululatu in ciuitate:
Huic autem maxime erat similiter tanquam tota
Ilius alta igne combureretur in summitate,
Populi quidem senem uix tenebant anhelantem.

Achilles Hectorem currui alligatũ trahit ad naues.

Priamus filium Hectorem deflet.

Exire promptum portas Dardanias,
Omnes autem precabatur uolutus in fimo,
Nominatim nominans uirum singulum,
Tolerate dilecti, & me solum sinite soliciti quamuis,
Exeuntem ciuitati ire in naues Achiuorum,
Precabor uirum hunc impium, fortem,
Si quo modo ætatem uerebitur, & miserabitur
Senectutem, & huic pater talis fuit
Peleus, qui ipsum genuit & nutriuit nocumentum fieri
Troianis, maxime aũt mihi supra omnes dolores posuit:
Tot enim mihi filios interemit iuuenes,
Hos omnes non tantum lugeo tristis,
Sicut unum, cuius me dolor acutus deportabit inferũ in,
Hectoris: utinam debuisset mori in manibus meis,
Quo satiati essemus flentesq́; lugentesq́;,
Materq́; quæ ipsum peperit infelix & ego ipse.
Sic dixit flens, post autem suspirabant ciues,
Troianis autem Hecuba abundanti incepit luctu:
Fili, ego misera, quid uiuo grauia patiens
Te mortuo? qui mihi noctesq́; & diem
Iactatio in ciuitate eras, omnibusq́; utilitas
Troianisq́;, & Troianis in ciuitate, qui te deum tanquàm
Suscipiebant. Certe enim ualde magnopere gloria eras
Viuus existens: nunc autem mors & fatum occupauit.
Sic dixit flens: uxor autem nondum aliquid audiuerat
Hectoris. non enim ei aliquis uerus nuncius ueniens
Nunciauit, quod ei maritus extra mansit portas,
Sed telam texebat conclaui domus altæ,
Duplicem splendidam: in aũt pigmenta uaria spargebat,
Iusserat autem ancillis bene comatis in domo

Hecubæ lamentatio.

Circa ignem statuere lebetem magnam, ut essent
Hectori calida lauacra pugna ex redeunti,
Ignara, neq; intellexerat q̄d ipsum ualde longè à lauacris
Manibus Achillis interfecerat cæsia Minerua:
Lamentum autem audiuit, & ululatum à turri,
Huius uersa sunt membra, humum aūt ei excidit nauicula.
Hæc aūt rursus ancillis bene comatis locuta est:
Agite, duæ me sequimini, uideo quæ opera facta sunt,
Venerabilis socrus uocem audiui: in autem mihi ipsi
Pectoribus mouetur animus in ore, subter autem genua
Hærent, prope iam aliquod malum Priami filijs.
Vtinam enim ab aure sit mei uerbum, sed ualde grauiter
Timeo, ne iam mihi audacem Hectorem diuus Achilles
Solum longe uulnerans ciuitate per campum insequatur,
Et iam ipsum cessare faciat uirilitate sedula, (uirorum
Quæ ipsum tenebat, quoniā nunq̄ in multitudine manebat
Sed longe præcurrebat suo robore nulli cedens.
Sic locuta, domo egreditur furenti similis,
Mota corde: simul autem ancillæ ibant ipsa.
Sed postquàm turrimq; & uirorum peruenit cœtum,
Stetit aspiciens in muro: hunc autem cognouit
Tractum ante ciuitatem, ueloces autem ipsum equi
Trahebant sine cura concauas in naues Achiuorum:
Hanc autem in oculis obscura nox cooperuit:
Decidit autem retrorsum, ab autem animam expirauit:
Longe autem à capite fudit ligamina pulchra,
Reticulum, fasciaq; & plicatum uinculum,
Coronamq;, quam ei dedit aurea Venus
Die illo, quando ipsam bellicosus duxit Hector
Ex domo Eetionis, priusquam præbuit infinita dona:

Circũ ãt ipsam mariti sororesq́; & fratrũ cõiuges abundè
Quæ ipsam inter ipsas tenebant timentẽ perire, (erant,
Hæc ãt postq̃ igit respirauit,& in mentẽ aĩm cõgregauit,
Valde eiulans inter Troianas dixit:

Hector,ego infelix,æquali nati sumus fato
Ambo,tu quidem in Troia Priami in domo:
At ego Thebis sub Oplaco syluoso
In domo Eetionis,qui me educauit paruulam existentem:
Infelix grauiter morituram utinam nõ debuisset parere:
Nũc aũt tu quidẽ inferni domus sub ꝓfunditatibus terræ
Vadis,at me tristi in luctu linquis
Viduam in domibus:puer autem infans inaniter,
Quem genuimus tuq́; egoq́; infelices: neq; tu huic
Eris Hector utilitas,quoniam occubuisti,neq; tibi ipse,
Siquidem enim bellum fugerit lachrymosum Achiuorum,
Semper huic labor & curæ in posterum
Erunt.alij enim ei auferent agros:
Dies autem orbatiuus omnibus priuatum filium facit:
Oĩa autem declinant:lachrymis impletæ sunt autẽ genæ:
Priuatus autem ibit filius in patris socios:
Alium quidem sago trahens,alium autem tunica:
Horũ ãt miserantiũ cyathũ aliquis paruulũ præbebit,
Labra quidemq́; madefaciet:palatũ aũt non madefaciet:
Hunc autem & iuuenis è conuiuio abiget
Manibus uerberans,& contumelijs insectans.
Pereas,sic non tuus pater conuiuatus est nobiscum:
Lachrymans autem ibit filius ad matrem uiduam
Astyanax,qui ante quidem sui in genibus patris
Medullam solam comedebat, & ouium pinguem adipem:
At qñ somnum accipiebat,gescebat tũc infantiã exercens,

Andromache Hectorẽ mortuũ deplorat.

Astyanax patrẽ Hectorẽ occisum dolet.

Dormiebat in lectis in ulnis nutricis,
Lecto in molli crescens impletus corde:
Nunc autem multa patietur charo à patre aberrans
Astyanax, quem Troiani cognomine uocant.
Solus enim ipsis liberasti portas & muros longos:
Nunc aūt te quidē apud naues rostratas procul parētibus
Varij uermes edent, quando canes saturati erunt
Nudum, sed tibi uestes in domibus iacent
Tenuesq;, & gratiosæ, factæ manibus mulierum:
Sed certe has omnes comburam igne combustiuo,
Neq; tibi utilitas, quoniam non iaces in ipsis,
Sed ad Troianorum & Troianarum gloriam esse.
Sic dixit flens, in autem suspirabant mulieres

Hector à suis lugetur.

ARGVMENTVM Ψ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Achilles consueta in mortuis tradit Patroclo tyrannizans, & mactans in ipso duodecim Troianos adolescentulos, & canes, & equos, & alias uictimas. Postea & certamen sepulchrale facit, in quo uincit equis quidem, Diomedes: cursu autem, Vlysses: alij autē aliter. & sic certamen dissoluitur.

ILIADIS Ψ. HOMERI COMPOSITIONIS.

Psi, Danais certamen dans perfecit Achilles.



Ic hi quidem suspirabant in urbe: at Achiui
Postquam naues & Hellespontũ peruenerunt,
Hi quidem sparsi sunt suam in nauẽ unusquisq;:
Myrmidonas autem non siuit discedere Achilles,
Sed hic suis socijs bellicosis locutus est:
Myrmidones ueloces equos habẽtes, mihi amabiles socij
Nondum à curribus soluamus solungulos equos,
Sed ipsis equis & curribus cito euntes
Patroclum comploremus (hic enim honor est mortuis)
At postquam tristi delectati fuerimus luctu,
Equos soluentes cœnabimus hic omnes.
Sic dixit: hi ãt plorabãt congregati: incepit ãt Achilles:
Hi aũt ter circa mortuum pulchriũ crinium egerũt equos
Eiulantes: inter aũt ipsos Thetis luctus desideriũ excitauit,
Madebant arenæ, madebant autem arma uirorum:
Lachrymis. talem enim desiderabant consiliatorẽ timoris:
His autem Pelides magno orsus est luctu,
Manus in homicidas ponens pectoribus amici:
Lætare mihi, ô Patrocle, & in inferni domibus:
Omnia enim iam tibi perficio quæ antè pollicitus sum:
Hectora huc trahens dare canibus cruda edi:
Duodecim autem ante pyram truncare

Græci deflẽt Patroclum.

Achilles Hectorẽ trahit circum Patrocli sepulchrum.

Troianorum nobiles filios te interfecto iratum.
Dixit, & Hectori diuino indecentia curauit opera,
Resupinum apud lectos Menœtiadæ extendens
In pulueribus: hi autem arma exuerunt singuli,
Aerea, splendida: soluerunt autem solungulos equos:
Desederunt apud naues pedibusuelocis Aeacidæ
Infiniti: at hic his cœnam lautam præbuit:
Multi quidem boues albi extensi sunt circa ferrum
Mactati: multæ autem oues & mugientes capræ:
Multi aũt alborumdentium sues uirescentes pinguedine
Vrendi extensi sunt per flammam ignis:
Vndiq; autem circum mortuum multus fluebat sanguis:
At hunc regem pedibusuelocem Pelidem
Ad Agamemnonem diuum duxerunt reges Achiuorum,
Studio suadentes socio iratum corde,
Hi aũt quando iã tabernaculũ Agamemnonis peruenerũt
Statim præconibus argutis iussit (euntes,
Circum ignẽ statuere lebetẽ magnũ, si persuadere possent
Pelidem abluere tabem cruentam:
At hic negauit fortiter, in autem iuramentum iurauit:
Non per Iouem, quiq; deorum eximius & optimus,
Non ius est lauacra capitis citim ire,
Ante in Patroclum ponere igni signumq; fundere,
Secareq; comam, quoniam non me amplius secundo sic
Accipiet dolor corde, donec uiuis cum ero.
Sed certe quidem nunc odioso suadeamur conuiuio:
Mane autem concita rex uirorum Agamemnon
Syluamq; ducere præbereq;, ut æquum,
Mortuum habentem ire sub caliginem obscuram,
Vt certe hunc quidem comburat incessabilis ignis

Cito ab oculis, populi autem in opera uertantur.
Sic dixit, hi aũt huic ualde q̃dẽ audiuerũt, & ꝑsuasi sunt:
Ruenter autem cœnam parantes singuli,
Cõuiuati sunt, neq; amplius animus egebat cõuiuio æquali:
At postquam potus & cibi desiderium fecerunt,
Hi quidem descendentes iuerunt ad tentorium unusqsq;:
Pelides autem in litore fluctuantis maris
Iacebat, grauiter ingemens multis cum Myrmidonibus,
In puro ubi undæ in litore scinduntur:
Quando hunc somnus cepit soluens curas animi
Dulcis circũfusus (ualde enim lassauerat formosa mẽbra,
Hectorem persequens circum Ilium altam:)
Venit autem anima Patrocli miseri,
Omnia ipsi magnitudineq;, & oculis pulchris similis,
Et uoce, & tales circa corpus uestes indutus erat:
Stetit autẽ supra caput, & ipsum ad uerbum locutus est: Patrocli umbra Achilli se ostendit.
Dormis, & mei oblitus es Achilles?
Non quidem me uiuentem negligebas, sed mortuum,
Sepeli me quamcitissime portas inferni transire,
Longe à me abigunt animæ simulachra laborantium,
Neq; me aliquo modo misceri super fluuio sinunt,
Sed incassum erro per latas portas habentẽ inferni domũ,
Et mihi da manũ, lamentor. non enim amplius iterum
Veniam ex inferno, postquam igne consumptum est.
Non quidem enim uiui dilectis sine socijs
Consilia sedentes consulemus, sed me quidem fatum
Absorbuit odiosum quod sortitum est natum,
Et autem tibi ipsi fatum deis simile Achilles,
Muro sub Troianorum generosorum perire.
Aliud tibi dico, & lætabor si obedies:

Ne mea tuis seorsum ponas ossa Achilles,
Sed simul, sicut nutriti sumus in uestris domibus,
Quoniã me paruuiũ existentem, Menœtius ex Opoënte
Duxit ad uestrum cæde à perniciosa
Die illo, quando filium interfeci Amphidamantis
Stultus, non uolens, circa ludos iratus.
Hic me suscipiens in domibus eques Peleus,
Nutriuit accuratè, & tuum famulum nominabat:
Sic autem & ossa nobis una urna cooperiat,
Aurea amphora, quam dedit uenerabilis mater.

Achilles Patrocli animã alloquitur

Hũc aũt respondẽs allocutus est pedibus uelox Achilles
Cur mihi diuinum caput huc uenisti?
Et mihi hæc singula mandas? at ego tibi
Omnia ualde perficiam & obediam, ut tu iubes:
Sed me prope sta paululum circum iacientes,
Vt inuicem pernicioso delectemur luctu.
Sic locutus, extensus est manibus dilectis,
Neq; accepit: anima autem sub terram tanquam fumus
Iuit murmurans: stupefactus autem exurrexit Achilles,
Manibusq; complausit, uerbum autem luctuosum dixit:
Papè, certe aliqua est & in inferni domibus
Anima & simulachrum, sed mentes non insunt omnino.
Pernox enim mihi Patrocli infelicis
Anima astitit ploransq; flensq;,
Et mihi singula mandauit similis erat autem ualde ipsi.
Sic dixit: his autem omnibus desideriũ excitauit luctus,
Lugentibus autem his apparuit purpurea Aurora
Circa mortuum miserabilem: at rex Agamemnon
Mulosq; exciuit, & uiros ducere syluam,
Vndiq; è tabernaculis: insuper autem uir bonus mouetur

Merιones familiaris fortis Idomenei:
Hi autem iuerunt incæsiuas secures in manib⁹ habentes,
Funesq; beneplicatas: ante autem muli ibant ipsos:
Multa ãt accliuia, decliuia, itineraq; trãsuersaq; pperabãt.
Sed quando iam saltus adiuerunt iugosæ Idæ,
Statim quercus altas acuto ære
Incidebant festini: hæ autem ualde sonantes
Cadebãt, has quidem postea percutientes Achiui
Ligarunt mulis, hæ autem terram pedibus scindebant,
Cupientes campi per arbusta densa:
Omnes autem incisores truncos ferebant. sic enim iusserat
Meriones famulus amantis uiros Idomenei:
De autem in littore posuerunt ordine, tunc Achilles
Fecit Patroclo magnum sepulchrum, & sibi ipsi:
At postquàm undiq; apposuerunt magnam materiam,
Sederunt illic manentes congregati: at Achilles
Statim Myrmidonibus bellicosis iussit
Ferrum cingere, iungere autem sub curribus singulum,
Equos, hi autem paruerunt, & in arma iuerunt:
Ascenderunt autem in currus milites aurigæq;,
Ante quidem equites, post aũt, ut nubes, sequebant peditũ
Infiniti: in autem medijs ferebant Patroclum socij,
Capillis autem totum mortuum tegebant, quos iniecerant
Tonsi: retro autem caput tenebat diuus Achilles
Dolens. socium enim strenuum mittebat in infernum:
Hi aũt quãdo in locũ peruenerũt, ubi ipsis dixit Achilles,
Deposuerũt: statim aũt ei desideratã cõgregarunt syluam.
Tũc rursus alia cogitauit pedibus sufficiẽs diuus Achilles,
Stans longe à pyra, flauam incidit comam,
Quam Sperchio fluuio nutrierat florentem,

Indignabundus autem dixit, uidens in nigrum pontum:
Sperchi, aliter tibi pater supplicauit Peleus
Illic me redeuntem dilectam in patriam terram,
Tibiq; comam tondere, sacrificareq; sacram hecatombem,
Quinquaginta autem masculas illic oues sacrificare
In fontes, ubi templum altareq; odoriferum.
Sic supplicauit senex: tu autem ei mentem non perfecisti.
Nunc autem postq̃ non redeo dilectam in patriã terram,
Patroclo heroi comam præbeo portare.
Sic dicens, in manibus comam dilecto socio
Posuit: his autem omnibus luctus desiderium mouit,
Et lugentibus occidisset lumen solis,
Nisi Achilles statim Agamemnoni dixisset astans:
Atride (tibi enim maxime populus Achiuorum
Obedient uerbis) luctus quidem est & satiasse,
Nunc autem à pyra dimitte & cœnam iube
Parare: hæc autem curemus quibus maximè
Curæ est mortuus, apud autem hi ductores nos maneant.
At postquam hoc audiuit rex uirorum Agamemnon,
Statim populum quidem dimisit in naues æquales, (syluã:
Curatores autem apud illic manserunt, & congregauerũt
Fecerunt autem pyram centumpedum hinc & hinc,
In autem pyra alta mortuum posuerunt tristes cor,
Multas autem pingues oues, & curuas errabundas boues
Ante pyram excoriarunt, & mactauerunt: ex autem oĩbus
Adipem accipiẽs, operuit mortuum magnanimus Achilles
Ad pedes à capite, circũ ãt excoriata corpora cõgregauit:
In autem posuit mellis & olei amphoras,
Ad lectos inclinans, quatuor autem proceraceruice equos
Festinanter iniecit pyræ grauiter suspirans:

Achillis coma ab ipso incisa.

Nouem huic regi conuiuæ canes erant:
Et quidem horum iniecit pyræ duos iugulans,
Duodecim aũt Troianorum magnanimorum filios fortes
Aere scindens, mala autem mentibus consultabat opera:
In autem igne robur misit ferreum ut pasceretur,
Lugitq; posteà, dilectum autem nominauit amicum,
Salue ô Patrocle, & in inferni domibus.
Omnia enim iam tibi perficio, quæ anteà pollicitus sum,
Duodecim quidẽ Troianorũ magnanimorum filios bonos,
Quos simul tibi oẽs ignis absumet: Hectora ãt nõ in aliquo
Dabo Priamidem igni lacerari, sed canibus.
Sic dixit minitabundus: hunc aũt non canes lacerarũt,
Sed canes quidem abegit Iouis filia Venus
Dies & noctes, rosaceo autem perfudit oleo
Diuino, ut non ipsum laceraret trahendo:
Huic autem in nigram nubem duxit Phœbus Apollo
Cœlitus ad campum: operuit autem locum omnem
Quantum continebat mortuus, ne prius uis solis
Siccet circa corpus neruos & membra:
Neq; pyra Patrocli urebatur mortui.
Tunc rursus alia cogitauit pedibus fortis diuus Achilles,
Stans procul pyra duos orauit uentos,
Boream & Zephyrum, & promisit sacra pulchra:
Multum autem & libans aureo calice rogabat
Venire, ut citissime igne comburerent mortuum,
Syluaq; rueret comburi: uelox autem Iris
Preces audiẽs, internuncia uenit uentis:
Hi quidem Zephyri grauiter spirãtis congregati intra
Conuiuium conuiuabantur: ruens autem Iris astitit
Limine in lapideo: hi autem postquam uiderunt oculis,

Ven⁹ Hectoris corp⁹ rosaceo & diuino oleo ꝑfudit.

Iris ad uentos ꝓperat.

Omnes surrexerunt,uocaueruntq́; ipsam ad se unusquisq;:
Hæc autem illic sedere quidē abnuit,dixit autem uerbum:
Non sedes.uado enim retro in Oceani fluenta,
Aethiopum in terram,ubi sacrificant hecatombas
Immortalibus,ubi iam & ego posteà discumbam sacra.
Sed Achilles Boream,& zephyrum clamosum
Venire orat,& pollicetur sacra pulchra,
Vt pyram suscitetis comburi,qua in iacet
Patroclus,quem omnes complorant Achiui.
 Hæc quidem sic dicens abijt:hi autem moti sunt
Sonitu magno nubes turbantes antè:
Statim aūt pontū peruenerunt spirare,mota est āt unda
Flatu à uehementi,ad Troiam aūt fœcundam uenerunt:
In autem igne ceciderūt:ualde aūt sonuit diuinus ignis:
Tota nocte autem hi pyræ simul flammam fecerunt
Flantes acutè:hic autem tota nocte uelox Achilles
Aureo ex cratere habens poculum rotundum,
Vinum exhauriens humū fudit,madefecit autem terram,
Animam uocans Patrocli infelicis:
Sicut autem pater sui filij lamentatur ossa comburens
Adolescentis,qui moriens misero tristificauit parentes,
Sic Achilles socij lamentatur ossa comburens,
Iens ad pyram frequenter suspirans:
Quando autem lucifer mittit lumen fundens in terram,
Quem post purpurea super mare spargitur Aurora:
Tunc pyra tabescebat,cessabat autem flamma,
Venti autem iterum retro iuerunt domum redire
Thracium in pontum:hic autem sonabat in undam ruens.
Pelides autem à pyra ex altera parte separatus,
Procubuit fessus:in autem dulcis somnus ruit.

Hi autem circa Atridem densi congregati sunt,
Horũ ipsum uenientium tumultus & strepitus suscitauit:
Sedit autem surgens, & ipsos ad uerbum locutus est:
Atridæq;, & alij optimi Achiuorum,
Primum quidem rogum extinguite nigro uino
Omnem quantum tenet ignis robur, at posteà
Ossa Patrocli Menœciadæ colligamus
Bene discernentes: ualde manifeste autem ordinata sunt,
In media iacebant pyra: hi autem alij seorsum
In ultima urebantur mixtim equiq; & uiri.
Et ossa quidem in aurea phiala, & duplici adipe
Ponamus, donec ipse ego infernum accedam:
Sepulchrũ autem non ualde multum ego laborari iussi:
Sed decens tale, postea autem & hoc Achiui
Latumq; altumq; ponere, qui mei
Secundi in nauibus multiremibus linquemini.
Sic dixit: hi autem paruerunt cito Achilli:
Primum quidem rogum extinxerunt nigro uino,
Quantum flamma uenit, profundus autem decidit cinis
Flentes autem socij pij ossa alba
Collegerunt in auream phialam & duplicem adipem:
In tentorijs autem ponentes uelo subtili operuerunt:
Designarunt autem sepulchrum, fundamentaq; iecerunt
Circum pyram, statim autem fusibilem in terrã fuderũt.
Flentes terram retrò ibant: at Achilles
Illic populum detinuit, & constituit latum certamen:
Ex nauibus autem tulit præmia lebetesq;, tripodasq;,
Equosq;, mulosq;, boumq; fortia capita,
Et fœminas bene præcinctas, albumq; ferrum.
Equitibus quidem primum uelocibus clara præmia

Achillis oratio ad Græcos principes.

Achilles in honorem Patrocli ludos instituit.

Posuit mulierem ducere pulchram opera scientem.
Et tripodem ansatam duorum & uiginti metrorum
Primo: at ipsi secundo equam posuit
Sexennem indomitam, infantem mulum concipientem:
At tertio nouum deposuit lebetem
Pulchrum, quatuor metra capientem album etiam sic:
Quarto autem posuit duo auri talenta:
Quinto autem utrinq; stantem phialam nouam posuit:
Stetit autem rectus, & uerbum inter Argiuos dixit:
Atrideq;, & alij fortissimi Achiui
Equites, hæc præmia expectantia iacent in certamine.
Siquidem nunc in alio certaremus Achiui:
Certe ego prima capiens ad tentorium portarem.
Scitis enim quantum mei uirtute induti sunt equi:
Immortalesq; enim sunt, Neptunus autem dedit ipsos
Patri meo Peleo: hic autem rursus mihi præbuit.
Sed certe quidem ego maneo, & uniusunguis equi.
Talis enim robur potens amiserunt aurigæ
Pij, qui ipsis ualde sæpe humidum oleum
Setis infudit lauans aqua alba.
Hunc hi stantes lugent: pauimento autem ipsis
Setæ pendent, hi autem stant tristes cor:
Alij autem ite in exercitum, quisquis Achiuorum
Equis fidis, & curribus coltatis.
Sic dixit Pelides: ueloces autem equites cõgregati sunt:
Motus est multum primus quidem rex uirorũ Eumelus,
Admeti dilectus filius, qui equitatu ornatus erat:
Hunc post, Tydides motus est fortis Diomedes:
Equos aũt Troianos sub duxit iugũ, quos quondã abstulit
Aeneæ: at ipsum liberauit Apollo,

Equestre certamen in honorem Patrocli.

Hunc autem post Atrides motus est flauus Menelaus
Inclytus: sub autem iugum duxit ueloces equos,
Aethen Agamemnoniam, propriumq; Podargum:
Illam Agamemnoni dedit Anchisiades Echepolus
Dono, ut non eum sequeretur sub Ilium altam,
Sed illic delectaretur manens: magnas enim ei dederat
Iupiter diuitias, habitabat autem hic in ampla Sicyone.
Hanc hic sub iugum duxit ualde cursus potentem.
Antilochus aũt quartus pulchrorumcriniũ parauit equos,
Nestoris inclytus filius magnanimi regis
Nelidæ: Pylij autem hi equi
Veloces pedibus portabant currũ, pater aũt ipsum prope a-
Locutus est in bona sapiens intelligenti & ipsi: (stãs
Antiloche, certe quidẽ te iuuenem existentẽ dilexerunt
Iupiterq; Neptunusq;, & equestrem docuerunt
Omnem. ideo te docere non multum opus est.
Nosti enim circa metas uertere: sed tibi equi
Tardissimi currere, ideo puto mala fore:
Horum aũt equi quidem sunt celeriores, neq; quidem ipsi
Plura sciunt te ipso consultare.
Sed age, iam tu amice consilium impone animo
Omne, ut non te fugiant præmia,
Prudentia incisor lignorum ualde melior quàm uiribus:
Prudentia autem rursus gubernator in nigro ponto,
Nauem uelocem dirigit iactatam uentis:
Prudentia autem auriga superat aurigam
Sed qui tamen equis ex curribus suis fidens
Stulte in multum uagatur huc & illuc:
Equi autem errant in cursu, neq; detinet:
Qui autem & astutias scit, agens imbecilliores equos,

Prudentia quid possit.

Semper metam uidens uertit de prope, neq; eum latet
Vt primum extendat bouinis loris:
Sed habet tute, & superantem obseruat:
Metam autem dicam ualde manifeste, neq; te latet.
Stat lignum aridum quantum ulna super terram:
Vel quercus, uel tiliæ (quod quidem non fatiscit imbre:)
Lapides autem huius utrinq; firmati sunt duo albi
In angustijs uiæ: planus autem Hippodromus circum,
Vel sepulchrum hominis iampridem defuncti,
Vel carcer factus est à primis maioribus:
Et nunc terminum posuit pedibussufficiēs diuus Achilles:
Huic tu ualde applicans impelle prope currum & equos:
Ipse autem flectaris benefacto in curru
Tacite in sinistras his: at dexterum equum
Stimula clamans, daq; ei habenas manibus:
In meta autem tibi equus sinister propinquet,
Vt modiolus uideatur in extremitate ire
Circuli facti, lapidem autem fugæ capere,
Ne quo modo equosq; uulneres, deq; currus fringes:
Lætitia autem alijs reprehensio autem tibi ipsi
Erit: sed dilecte sapiens seruatus sis.
Si enim in termino prætereas impellens,
Non erit qui te capiat transaltans, neq; prætereat,
Neq; si à tergo Arionem diuinum impelleret
Adrasti uelocem equum, qui ex deis genere erat:
Vel hos Laomedontis, qui hic nutriti sunt boni.
Sic dicens Nestor Neleius iterum in loco
Sedit, postquàm suo filio singuli transitus dixit.
Meriones aūt quintus pulchrorūcrinium parauit equos.
Ascenderunt autem in currus: in autem sortes iecerunt,

Mouebat Achilles: ex autem sors ilij Nestoridæ
Antilochi: post hunc, sortitus est rex Eumelus:
Hunc aũt post, Atrides inclytus lãcea Menelaus: (sus
Hũc aũt post, Meriones sortitus est impellere: ultimus rur
Tydides q̃ optimus existens, sortitus est impellere equos:
Steterunt aũt cum ordine: signauit aũt carceres Achilles
Procul in plano campo: apud autem custodem sedere fecit
Diuinum Phœnicem assectatorem patris sui,
Vt memor esset cursus, & ueritatem diceret.
Hi autem simul omnes supra equos flagella eleuauerunt,
Percusseruntq; flagellis, uociferati suntq; uerbis
Ruenter: hi autem cito per ibant campum
Procul nauibus celeriter: sub autem pectoribus puluis
Stabat eleuata tanquàm nubes, uel turbo:
Crines autem fluebant à flatu uenti:
Currus aũt aliquando quidẽ terræ propinquabant almæ:
Aliquando autem exibant sublimia: hi autem aurigæ
Stabant in sellis: percutiebat aũt animus uniuscuiusq;
Victoriæ cupientium: iubebat autem suis unusquisq;
Equis: hi autem uolabant festinantes campo.
Sed quando iam ultimum perfecerunt cursum ueloces equi
Iterum ad mare album, tunc iam uirtus singulorum
Apparebat: statim aũt equis extẽsus est cursus: cito aũt po-
Hæ Pheretiadæ pedibus ueloces efferebãt equi: (stea
Has autem post efferebant Diomedis mares equi
Troiani, neq; multo longe erant, sed ualde prope.
Semper enim currum in ascensuris similes erant:
Afflatu autem Eumelij deorsum latiq; humeri
Calefiebant. in ipsum enim capita deponentes uolabant.
Et uel peruertisset, uel ambiguum posuisset,

Nisi Tydei filio iratus fuisset Phœbus Apollo,
Qui ei à manibus excussisset flagellum splendidum
Huius autem ab oculis fundebantur lachrymæ irati.
Quoniam has quidem uidebat, adhuc multo magis eũtes:
Hi autem eius læsi erant sine stimulo currentes,
Neq; Mineruam spe frustrans latuit Apollo
Tydidem: ualde autem cito in ruit Diomedem populorum:
Dedit autem ei flagellum, robur autem equis immisit:
Hæc autem ad Admeti filium irata iuit:
Equinum autem ei fregit dea iugum, hæ autem eius equæ
In uia currebant: temo autem in terram solutus est:
Ipse autem ex sella apud rotam deuolutus est:
Cubitos autem allisus est, osq́;, naresq́;:
Trita est autem frons in supercilijs: hi autem eius oculi
Lachrymis impleti sunt: læta autem ei cohibita est uox.
Tydides autem aduertens, impellebat solungulos equos
Multum alijs exaltans. in enim Minerua
Equis misit robur, & in ipso gloriam posuit.
Huic autem Atrides impellebat flauus Menelaus:

Dimedes uictor in equestri certamine.

Antilochus autem equis iubebat patris sui,
Introite & uos, extendite quàm uelocissime.
Certe quidem enim illis contendere non iubeo
Tydidæ equis prudentis, quibus Minerua
Nunc præbuit celeritatem, & in ipso gloriam posuit:
Equos autem Atridæ assequamini: neq; deficiatis
Celeriter, ne uobis dedecus defundat
Aetha fœmina existens. cur linquimini optimi?
Sic enim dico, & quidem perfectum erit:
Non uobis cura iam apud Nestorem pastorem populorum
Erit: statim autem uos interficiet acuto ære.

Si negligentes portabimus minus præmium,
Sed sequimini & festinate quàmcitissime:
Hæc autem ego ipse machinabor & intelligam
Angusta in uia ultroire, neq; me latebit.
Sic dixit: hi autem regis timentes uociferationem,
Magis cucurrerunt paruo tempore: statim autem postea
Angustiam uiæ cauæ uidit Antilochus bellicosus,
Scissura erat terræ, qua hyemalis currens aqua
Ex rupit uia, profundum fecit autem locum omnem,
Illic tenebat Menelaus orbitas uitans.
Antiloch⁹ aũt in circulũuertẽs, impellebat solũgulos equos
Extra uiam, parum autem declinans impulit:
Atrides autem timuit, & Antilocho locutus est:
Antiloche, temere equos regis, sed retine equos.
Angusta enim uia, cito autem latiorem assequeris,
Ne quo modo ambos lædas currui obuians.
Sic dixit: Antilochus aũt adhuc & multò magis impel-
Stimulo perseuerãs, tanq̃ non audienti similis: (lebat
Quanti autem disci impetus in multitudine sunt,
Quem iuuenis iecit uir experiens pubertatis,
Tantum ultracurrerunt: hæ autem recesserunt post tergũ
Atridæ. ipse enim uolens dimisit impellere,
Ne aliquomodo obuiarent uia solunguli equi,
Currusq; prosternerent benefactos: de autem ipsi
In pulueribus caderent festimantes circa uictoriam,
Hunc & exprobrans allocutus est flauus Menelaus:
Antiloche, nullus te hominum perniciosior alius:
Pereas, quoniam non uere dicimus prudentem esse Achiui:
Sed non quidem, neq; sic sine iuramento portabis præmiũ.
Sic dicens equis iussit uociferatusq; est:

Antilochus equestri certamine uincit Menelaum, nõ uirtute, sed astu.

Ne mihi moremini, neq; estote tristes cor,
Deficient his pedes & genua fessa,
An uobis: ambo enim priuantur iuuentute.
Sic dixit: hi autem regis timentes uocem,
Magis cucurrerunt: cito autem ipsos prope facti sunt:
Argiui autem in certamine sedentes inspiciebant
Equos: hi autem uolabant puluerizantes campo:
Primus autem Idomeneus Cretensium ductor nouit equos.
Sedebat enim extra certamen altissimus in specula:
Huius autem longe existentis uocem rectoris audiens
Cognouit: cognouit autem equum ualde decentem altiorē,
Qui quidem alio tantum ruber erat: in autem fronte
Album signum erat rotundum tanquàm luna:
Stetit autem rectus, & uerbum in Argiuis dixit:
O dilecti Argiuorum duces & principes,
Solus ego equos uideo, uel & uos,
Alij mihi uidentur ante transeuntes esse equi.
Alius autem auriga apparet: hæ autem ipsius
Læsæ sunt in campo, quæ illic meliores erant.
Certe enim has prius uidi ad metam euntes:
Nunc aũt non aliquomodo possum uidere: undiq; aũt mihi
Troianũ supra campum uident inspicienti: (oculi
Aut aurigam fugerunt habenæ: neq; potuit
Bene tenere ad metam, & non attigit uertens.
Illic ipsum cecidisse puto, simulq; currus fregisse:
Hæ autem exiuerunt, quoniam robur accepit animum.
Sed uidete & uos desuper stando, non enim ego
Bene discerno: uidetur autem mihi esse uir
Aetolus patria: inter autem Argiuos imperat,
Tydei equidomitoris filius fortis Diomedes:

Hunc autem turpiter allocutus est Oileus uelox Aiax:
Idomenee, quid coram garris? hæ autem adhuc longe
Equæ ueloces ciuitate campo insequuntur,
Neq; iuuenissimus es inter Argiuos tantum,
Neq; tibi acutissime capite è aspiciunt oculi,
Sed semper uerbis garris, neq; amplius te decet
Loquacem esse. sunt enim & meliores alij:
Equæ autem rursus sunt priores, quæ antea
Eumeli: in autem ipse tenens frena iuit.
Huic autem iratus Cretensium ductor cõtra locutus est:
Aiax, contentione optime, male cogitans, sed omnia
Indiges Argiuis, quod tibi mens est immitis:
Agè nunc, uel tripodis demus, uel lebetis:
Arbitrum aũt Atridem Agamemnonem ponamus ambo:
Vtræ ante equæ ut noscas soluens.
Sic dixit: motus est autem statim Oileus uelox Aiax,
Iratus difficilibus respondere uerbis:
Et iam ulterius adhuc contentio facta fuisset ambobus,
Nisi Achilles surrexisset, & dixisset uerbum:
Ne amplius nunc molestis respondeatis uerbis,
Aiax Idomeneeq; malis: quoniam neq; decet.
Et alium reprehenderetis quicunq; talia faceret:
Sed uos in certamine sedentes inspicite
Equos: hi autem cito ipsi festini pro uictoria
Huc uenient: tunc autem cognoscetis unusquisq;
Equos Argiuorum, qui secundi, qui ante.
Sic dixit: Tydides autem ualde prope uenit impellens:
Flagello aũt semper uerberabat humeros: hi aũt sibi equi
Alteeleuabantur leuiter percutientes uiam:
Semper autem aurigam pulueris guttæ percutiebant:

Currus autem auro ornati stannoq;,
Equis uelocibus protrahebantur, neq; multa
Fiebat ferrirotarum, orbita à tergo
In tenui puluere. hi autem festinantes uolabant:
Stetit autem medio in certamine: multus autem ibat sudor
Equorum exq; ceruice & à pectore humum:
Ipse autem è curru humum desilijt splendido:
Declinauit aũt igitur flagellũ ad iugum, neq; impiger fuit
Fortis Sthenelus, sed festinanter accepit præmium:
Dedit autem dare socijs magnanimis mulierem,
Et tripodem ansatam ferre: hic autem soluit equos:
Hunc autem post Antilochus Neleius impulit equos,
Astutijs, non uelocitate, præueniens Menelaum.
Sed & sic Menelaus impulit prope ueloces equos:
Quantum autem rotæ equus distat qui regem
Trahit campo extensus cum curribus:
Huius quidem tangunt ferrumrotæ crines extremi
Caudæ: hic autem prope ualde currit, neq; multus
Locus in medio ciuitatis campi currentis:
Tantum autem Menelaus forti Antilocho
Linquebatur, sed prius & in disciimpetu relictus erat.
Sed ipsum statim assecutus esset (augebat enim robur bonũ
Equæ Agamemnoniæ pulchrorumcrinium Aethes)
Si autem adhuc ulterius factus esset cursus ambobus,
Hoc ipsum præterijsset, neq; dubium posuisset.
Sed Meriones familiaris bonus Idomenei,
Relictus est ualde glorioso Menelao hastæ iactu.
Tardissimi quidẽ enim eius erant pulchrorumcriniũ equi,
Minimus autem erat agere currum in certamine.
Filius autem Admeti ultimus uenit aliorum,

Trahens currus pulchros, impellens ante equos:
Hũc aũt uidẽs miseratus est pedibus fortis diuus Achilles:
Stans autem in Argiuis uerba uelocia concionatus est:
Vltimus uir optimus impellit solungulos equos:
Sed agè iam ei demus præmium sicut decens
Secundo: at primum auferat Tydei filius.
Sic dixit: hi autem omnes laudauerunt sicut iussit,
Et ei dedisset equam (laudauerant enim Achiui,)
Nisi Antilochus magnanimi Nestoris filius
Pelidem Achillem iure respondisset surgens:
O Achille, ualde iam tibi irascor si perficies
Hoc uerbum, debes enim auferre præmium,
Hæc cogitans, quòd ei læsi sunt currus & ueloces equi
Ipseq; bonus existens: sed debuit immortalibus
Supplicare, hoc ut non ultimus ueniret impellens:
Si autem ipsum miseraris, & tibi dilectum est animo,
Est tibi in tentorio aurum multum: est autem æs,
Et oues: sunt autẽ tibi ancillæ, & maius præmium:
Horum ipsi postea auferens dare & maius præmium,
Vel & statim nunc ut te laudent Achiui.
Hanc autem non dabo, de autem ipsa experiatur
Virorum quicunq; uult mihi manibus pugnare.
Sic dixit: risit autem pedibus fortis diuus Achilles,
Congratulatus Antilocho, quod ei dilectus erat.
Et ipse respondens uerba uelocia allocutus est:
Antiloche, siquidem iam me iubes è domo aliud
Eumelo dare, ego autem & hoc perficiam:
Dabo ei thoracem quem Asteropeum expoliaui
Aureum, quem circa fusio fulgentis stanni

Circumuoluitur: multi autem ipsi dignus erit.
Dixit, & Automedonti dilecto iussit amico
Portare è tabernaculo: hic autem iuit, & ei portauit:
Eumelo autem in manibus posuit: hic autem suscepit lætus.
His autem & Menelaus surrexit animum dolens,
Antilocho grauiter iratus, in autem præco
Manibus sceptrum posuit, tacereq; iussit
Argiuos: hic autem postea allocutus est diuus uir:
Antiloche, ante sapiens quid egisti?
Vituperasti quidem meam uirtutē, læsisti aūt mihi equos,
Tuos ante impellens, qui multo inferiores erant.
Sed agè, Argiuorum ductores & principes
In medium ambobus iudicate: neq; in auxilio,
Ne aliquando quis dicat Achiuorum bellicosorum,
Antilochum uiolans mendacijs Menelaus
Iuit equum ducens, quòd ei longe peiores erant
Equi: ipse autem melior uirtuteq; uiq;,
Eia agè ipse iudicabo, & me non aliquem dico
Alium increpare Danaorum, recta enim erit.
Antiloche, eia agè ueni generose sicut æquum est:
Stans equis ante, & curru, & flagellum
Manibus tene subtile, quo antea impellebas
Equos tangens: terræ continentem Neptunum,
Iurato, non quidem uolens meum dolo currum impedisse.
Hunc autem Antilochus prudens contra locutus est:
Tolera nunc, multo enim ego iunior sum
Te rex Menelaë, tu autem prior & melior.
Scis quales iuuenis uiri audaciæ sunt,
Promptior quidem enim animus, imbecilleq; consilium.

Ideo toleret cor: equam autem tibi ipse
Dabo quam accepi, si & è domo aliud
Maius peteres statim, tibi statim dare
Vellem quàm tibi strenue diebus omnibus
Ex animo cadere, & deis esse iniustus.
Dixit, & equam ducens magnanimi Nestoris filius
In manibus posuit Menelai: huius autem animus
Lætatus est, tanquàm circa spicas ros
Prato crescente, quando horrent campi.
Sic tibi Menelae in mentibus animus lætatus est,
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est:
Antiloche, nunc quidem tibi ego cedam ipse
Iratus, quoniam non uanus, neq; stolidus
Eras ante, nunc rursus mentem uicit iuuentus:
Melius rursus fugere meliores decipere.
Non enim me forte alius uir persuasisset Achiuorum.
Sed tu enim iam multa passus es, & multa laborasti,
Tuusq; pater bonus, & frater gratia mei.
Quo tibi precanti persuadebor, ac & equam
Dabo, meam licet existentem, ut intelligant & hi,
Quòd meus nunquàm animus superbus & sæuus.
Dixit, & Antilochi intelligenti dedit socio
Equam ducere: hic aũt postea lebetem accepit pulchrum:
Meriones autem eleuauit duo auri talenta
Quartus postq̃ impulit, quintũ aũt relictum est præmiũ,
Stans omni parte phiala, quam Nestori dedit Achilles,
Argiuorum in certamen ferens, & dixit astans:
Accipe nunc, & tibi hoc senex depositum sit,
Patrocli sepulturæ memoriã esse. non enim amplius ipsum

Videbis in Argiuis: do autem hoc tibi præmium
Gratis. non enim pugnis pugnabis, neq; luctaberis,
Neq; iaculationem ingredieris, neq; pedibus
Curres: iam enim difficilis senectus aduenit.
Sic dicens in manibus posuit: hic autem suscepit lætus,
Et ipsum uociferans uerba uelocia allocutus est:
Ita iam hæc omnia fili secundum decens dixisti.
Nō enim amplius robusta mēbra dilecte pedes neq; manus
Humerorum ex utraq; parte mouentur leues.
Vtinam sic uigerem, roburq; mihi firmum esset,
Sicut quando regnantem Amaryncea sepelierunt Epij
Buprasiæ: filij autem posuerunt regis præmia.
Vbi nullus mihi similis uir fuit, neq; Epiorum,
Neq; ipsorum Pyliorum, neq; Aetolorum magnanimorū.
Pugnis quidem uici Clytomedea Enopis filium:
Ancæum autem lucta Pleuronium, qui mihi assurrexit:
Iphiclum autem pedibus superaui fortem existentem:
Lancea autem superaui Phileumq; & Polydorum.
Solis me equis superarunt Actoridæ,
Multitudine ante iacientes admirati circa uictoriam.
Gratia huius iā maxima apud ipsos relicta sunt præmia,
Hi aūt erant gemini, hic quidem firmiter aurigabatur.
Firmiter aurigabatur, ille autem flagello iubebat.
Sic quondam eram, nunc rursus iuniores obuient
Operibus talibus: me autem oportet senectæ difficili
Obedire, tunc autem rursus inter uersabar heroas.
Sed age & tuum amicum præmijs sepeli.
Hoc autem ego libens accipio, lætatur autem mihi cor,
Quod mei semper recordaris benigni, neq; te lateo,

Honore quo me decet honorari inter Achiuos:
Tibi autem dei his pro gratiam plurimam dent.
Sic dixit: Pelides autem ad cœtum Achiuorum
Iuit, postquàm omnem laudem audiuit Nestoris.
At hic pugilum pugnæ difficilis proposuit præmium,
Mulam robustam ducens deligauit certamini
Sexennem, indomitam, quæq; difficilis domari:
Huic autem uicto ponit poculum rotundum:
Stetit autem rectus, & uerbum in Argiuis dixit;
Atridæq; & alij fortes Achiui,
Viros duos de his iubeamus, qui optimi
Cum pugnis ualde elatos percutere, cui Apollo
Dederit uictoriam (sciant autem omnes Achiui)
Mulam patientem operum ducens ad tentorium redeat,
At uictus poculum feret rotundum.
Sic dixit: prodijt autem statim uir, bonusq;, magnusq;
Sciens pugilumpugnæ filius Panopeus Epeus,
Tetigit autem mulam robustam, clamauitq;
Prope ueniat quicunq; poculum feret rotundum:
Mulam autem non dico aliquem ducere Achiuorum
Cestu uincentem, quoniam glorior esse optimus.
An non satis quod pugnæ absum, neq; aliquo modo est
In omnibus operibus doctum uirum fieri.
Sic enim dico, hoc autem & perfectum erit.
Contra corpus distraham, simulq; ossa confringam.
Curantes autem eius hic congregati hic maneant,
Qui ipsum efferent meis à manibus domitum.
Sic dixit, hi autem omnes quieti facti sunt silentio:
Euryalus autem ei solus assurrexit insignis uir,

Pugilum certamen.

Mecistei filius Talaonidæ regis,
Qui quondam Thebas uenit cadente Oedipode
In funus: illic autem omnes uicit Thebanos.
Hunc quidem Tydides lancea inclytus gubernabat
Hortans uerbis, ualde autem ipsi uolebat uictoriam.
Cingulum autem ei primum adiecit, at postea
Dedit lora benefabricata bouis agrestis.
Hi autem accincti iuerunt in medium certamen,
Contra autem eleuati manibus fortibus, simul ambo
Congrediuntur: cum autē ipsis graues manus mistæ sunt.
Grauis aūt strepitus maxillarū factus est: fluebat aūt su-
Vndiq; ex membris, irruit aūt diuus Epeus, (dor
Percussit autem aspicientem in maxillam, neq; amplius diu
Stetit, ipsius enim succiderunt clara membra.
Sicut autem quando à stridente Borea remouetur piscis
Littore in algoso, nigra autem ipsum unda operuit:
Sic percussus saltauit: at magnanimus Epeus
Manibus accipiēs erexit: dilecti aūt circūsteterunt socij,
Qui ipsum ducebant per certamen tractis pedibus,
Sanguinē crassum expuentē, caput iaciētē in alterā partē.
Alienatum mente autem cum ipsis ibant ducentes,
Ipsi autem euntes portabant poculum rotundum.
Pelides autem statim alia tertia posuit præmia,
Ostendens Danais palæstræ ludi difficilis.
Huic quidē uincēti magnum tripodē igni accommodatū:
Hūc aūt duodecim boū pretio inter ipsos appretiarūt Achi-
Viro aūt uicto mulierē in medium posuit. (ui:
Multa aūt sciebat opa, appretiabāt aūt ipsam quatuor bo-
Stetit aūt rectus, & uerbum inter Argiuos dixit: (bus.

Epeus uictor inter pugiles.

Palæstritarū certamē.

Surgite qui & huius præmij experimini.
Sic dixit: prodijt aũt postea magnus Telamonius Aiax:
Vlysses autem astutus surrexit astutias sciens.
Accincti autem hi iuerunt in medium certamen,
Cum ulnis inter se acceperunt manibus ualidis:
Sicut autẽ quando mutantes bonus coaptauit architectus,
Domus altæ impetus uentorum cauens:
Turbabantur autem humeri fortibus à manibus
Tacti fortiter: deorsum autem humidus fluebat sudor.
Densi autem liuores per lateraq; & humeros
Sanguine rubescentes percurrebant, hi aũt ualde semper
Victoriam desiderabant tripode pro fabrefacto,
Neq; Vlysses poterat mouere terræq; admouere,
Neq; Aiax poterat: fortis autem tenebat uis Vlyssis.
Sed quando iam tædio afficiebant fortes Achiuos,
Iam tunc allocutus est magnus Telamonius Aiax:
Generose Laërtiade, sapientissime Vlysse,
Vel me sursum tolle, uel ego te: hæc aũt rursus Ioui õia curæ sunt.
Sic dicẽs sustulit: doli aũt nõ oblitus est Vlysses,
Percussit à tergo poplitem assequens, soluit autem genua:
Deiecit autem retro: in autem pectoribus Vlysses
Decidit: populi aũt iterum admirabanturq; stupebantq;:
Secundus iterum sustulit multa tolerans diuus Vlysses,
Mouit autem paululum à terra, neq; sustulit:
In aũt genu incuruauit, in autem terra deciderunt ambo,
Propinqui inter se, deturpati sunt autem puluere:
Et tertio rursus surgentes luctati fuissent,
Nisi Achilles ipse surrexisset & prohibuisset:
Non amplius contendite, neq; terimini malis:

Aiax & Vlysses in palæstram descendunt.

Victoria aũt ambobus: præmia autem æqualia accipiẽtes
Ite, ut & alij certent Achiui.
Sic dixit: hi aũt huic ualde quidẽ audiuerunt & parue-
Et abstergẽtes puluerẽ induerũt uestes. (rũt,
Pelides autem iterum alia ponit uelocitatis præmia,
Argenteum cratera fabrefactum, sex autem metra
Capiebat: at pulchritudine uincebat omnem supra terram
Valde: quoniam Sidones ingeniosi bene conflauerant,
Phœnices autem duxerunt uiri in obscurum pontum,
Steterunt autẽ in portibus: Thoanti aũt donum dederunt:
Filius autem Priami Lycaonis pretium dedit
Patroclo heroi Iasonides Euneus:
Et hoc Achilles posuit præmium sui socij,
Qui leuissimus pedibus uelocibus esset:
Secũdo aũt rursus bouẽ posuit magnũ & pinguẽ adipe:
Semitalentum autem auri ultimo posuit:
Stetit aũt rectus, & uerbum inter argiuos dixit:
Surgite qui & huius certaminis experimini.
Sic dixit: prodijt autem statim Oileus uelox Aiax,
Cum hoc Vlysses multiconsilij: postea aũt Nestoris filius
Antilochus. hic enim rursus iuuenes pedibus oẽs uincebat:
Steterunt aũt in ordine, ostendit aũt terminum Achilles:
His aũt à carceribus extẽsus est cursus, celeriter aũt postea
Exiuit Oiliades, post autem iuit diuus Vlysses
Prope ualde, sicut quando quædam mulieris pulchræ
Pectoris est nauicula, quam bene ualde manu explicat
Subtegmen extrahens ad licium, prope autem tenet
Pectus: sic Vlysses currebat prope, at retro
Vestigia uerberabat pedibus ante puluerem circumfundi:

Certamen eorum qui pedum cursu contendere uellent.

In autem eius capite fundebat flatum diuus Vlysses,
Semper celeriter currens: acclamabant aűt omnes Achiui
Victoriæ incumbenti, ualde autem festinanti iubebant.
Sed qñ iam ultimum perficiebant cursum, statim Vlysses
Precatus est Mineruam glaucopidem suo in animo:
Exaudi dea, felix mihi fautrix ueni pedibus.
Sic dixit precans: hũc autẽ exaudiuit Pallas Minerua,
Membra autem fecit leuia, pedes & manus super.
Sed quando iam citò debebant irruere certamen,
Tunc Aiax quidem lapsus est currens, nocuit.n. Minerua
Qua boum fusus erat fimus interfectorũ ualde mugientiũ
Quos in Patroclo mactauit pedesuelox Achilles.
Tunc fimo bouino impletus est oreq́; naribusq́;:
Cratera rursus eleuauit patientissimus diuus Vlysses,
Postq̃ uenit præueniẽs: hic ãt bouẽ accepit illustris Aiax,
Stetit cornu cum manibus tenens bouis agrestis
Fimum expuens: inter autem Argiuos dixit:
Heu, certe me læsit dea pedes quæ ante
Mater tanquam Vlyssi astitit, & auxiliata est.
Sic dixit: hi autem omnes in ipso riserunt.
Antilochus autem iam ultimum exiuit certamen
Ridens, & uerbum in Argiuis dixit:
Scientibus uobis dico omnibus amici, quod adhuc & nũc
Immortales honorant natumaiores homines.
Aiax quidem enim me paulo grandior est,
Hic autem prioris generationis, priorumq́; hominum.
Morosum senem autem ipsum dicunt esse: difficile autem
Pedibus contendere Achiuis, præterquàm Achilli.
Sic dixit: laudauit autem pedibusuelocem Pelidem,

Hunc autem Achilles uerbis respondens allocutus est:
Antiloche, non quidem tibi cantus dicetur laus,
Sed tibi semitalentum ego auri addam.
Sic dicens in manibus ponit: hic autem accepit laetus.
At Pelides ualde quidem longam lanceam
Certamē telis certātiū. Posuit in certamen ferens ualde scutum & galeam
Arma Sarpedontis, quae ei Patroclus abstulerat:
Stetit autem rectus, & uerbum in Argiuis dixit:
Viros duos circa haec iubeamus, qui optimi,
Arma indutos incidens corpus aes capientes
Inuicem ante multitudinem experiri.
Vter corruptionem extendens corpus pulchrum,
Tanget āt in uolutionibus, pq; arma & nigrū sanguinē:
Huic quidem ego dabo hunc ensem argenteum,
Pulchrum, Threicium, quo quidem Asteropaeum priuauit
Arma autem ambo communia haec ferant,
Et eis conuiuium bonum apponemus in tentorijs.
Sic dixit: prodijt aūt postea magnus Telamonius Aiax:
Post autem Tydides prodijt fortis Diomedes:
Hic autem postq̄ igitur utrinq; multitudinis armati sunt,
In medium utrorumq; simul iuerunt prompti pugnare
Torue aspicientes: stupor autem accepit omnes Achiuos.
Sed quando iam prope fuerunt inuicem uadentes,
Ter quidem irruerunt, ter autem prope impetū fecerunt:
Tunc Aiax quidem postea in scutum undiq; aequale
Percussit neq; corpus inuenit, impediuit.n. intus thorax:
Tydides autem postea super scuto magno
Semper in ceruice percussit splendidae lanceae cuspide,
Et tunc iam Aiaci timentes Achiui,

Cessantes iusserunt præmia æqualia accipere,
At Tydidæ dedit magnum ensem heros
Cum uagina ferens & beneinciso loro.
At Pelides posuit discum conflatum, Certamẽ disco certãtiũ.
Quem anteà proiecerat magnum robur Eetionis,
Sed certe hunc interfecit pedibus fortis diuus Achilles:
Hunc autem duxit in nauibus cum alijs possessionibus,
Stetit autem rectus, & uerbum in Argiuis dixit:
Surgite qui & huius præmij experimini,
Si ei & ualde multum à longe pingues agri,
Habebit ipsum, & quinq; existentes annos
Indigens. neq; enim eo indigens ferro
Pastor, neq; arator ibit ad ciuitatem, sed præbebit.
Sic dixit: prodijt autem posteà bellicosus Polypœtes,
Cum hoc Leontei forte robur diuini,
Cum hoc Aiax Telamoniades, & diuus Epeus,
Deinceps aũt steterũt, discum aũt accepit diuus Epeus:
Misit autem uoluens, riserunt autem omnes Achiui.
Secundus rursus proiecit Leonteus ramus Martis:
Tertio rursus proiecit magnus Telamonius Aiax
Manu à forti, & supertransiuit signa omnia.
Sed quando iam discum accepit bellicosus Polypœtes,
Quantum aliquis proijcit uirgam bubulcus uir,
Quæ adhuc uoluta uolat per boues gregarias,
Tantum omne certamen superauit hi aũt clamauerunt,
